





JO. GOTTL.
HEINECCIUS IC.

C. D. Glabbeon. J. G. B. B.

ELEMENTA
IVRIS CIVILIS
SECUNDVM
ORDINEM
INSTITVTIONVM

Handwritten signature or initials

COMMODA AVDITORIBVS METHODO
A D O R N A T A

A


IO. GOTTL. HEINECCIO, IC

POTENTISS. PRVSSOR, REGIS A CONSIL. SECRET.

IVRIVM AC PHILOSOPH. IN ILL. FRIDERIC.

P. P. O.

EDITIO BEROLINENSIS ALTERA PRIORI
AVCTIOR MVLTQVE EMENDATIOR



Halae 1777

CVM GRAT. ET PRIVILEG. SACR. REG. MAIEST.
PRVSSIC.

BEROLINI
APVD ARNOLDVM WEVERVM
c1s 10cc LXV.



7387




94855

17

ILLVSTRI
AC
SPLENDIDISSIMO
VIRO
SICCONI A GOSLINGA,
AGRI FRANEQVERANI PRAETORI, MVLTIS LE-
GATIONIBVS SPLENDIDISSIMIS ET OMNIBVS
IN RE PVBLICA REGVNDI DIGNITATIBVS CVM
EAVDE PERFVNCTO, ACADEMIAE FRISIORVM
ILLVSTRIS CVRATORI OPTIME
MERITO

S. P. D.

IO. GOTTL. HEINECCIUS.

Destinaui TIBI libellum, cui forsan a solo hoc splendidissimo nomine TVO decus aliquod accesserit: et eo quidem consilio destinaui, VIR ILLVSTRIS, vt, si non alia re, certe hoc munusculo, quanta TE veneratione colam, quamque sancta mihi sit TVORVM in me beneficiorum memoria, publice demonstrarem. Equidem si virtutes, quibus enitescis, si immortale decus, quod TIBI perpetuis pro re publica laboribus peperisti, si innumerabilia, quae in Academiam nostram
2
exstant.

DEDICATIO.

exstant, merita TVA, ornata et copiosa oratione enarrare constituissem, nae ego mihi et modestiae TVAE vim facere, et rem, quae aliud ingenii flumen, maioremque dicendi vim et copiam desiderat, temere in me suscepisse viderer. Quemadmodum enim omnia refers ad conscientiam, et beatam illam, quae praemia incorrupta rependit, aeternitatem: ita non mirum est, TE malle facere laudanda, quam a mei ordinis hominibus collaudari. Praeterea mihi, si me recte noui, nec tantum ingenium superest, nec istud litterarum praesidium, quod par sit, non dicam exornandis, sed enarrandis tot praeclaris virtutibus, quas in TE omnium laudandarum rerum auctor, DEVS, cumulatissime contulit. Id vnum ergo mihi, haec scribenti, consilium est, vt publice exstet hoc quaecumque venerationis erga TE meae, gratique animi, quem per omnem vitam seruabo, monumentum. Quamuis sane, qui virtuti TVAE iustum statuunt pretium, habeas quamplurimos: velim tamen TIBI persuadeas, me nulli mortalium in te admirando colendoque quidquam concessurum. Accipe itaque, quod offero, pignus, et conatum meum, ipsumque libellum aequi bonique consule. Id enim si fuero consequutus, fructum me vigiliarum, quas huic opusculo adornando infumsi, cepisse vberimum arbitror. Vale, vir illustris et rem publicam nostram quam diutissime orna. Franequerae XII. Kal. Mart. c10, Idcc xxv.

PRAE-



PRAEFATIO

AUCTORIS.



ELEMENTA haec IVRIS, quae, adornata in usum auditorum, scriniis meis excidere passus sum, ea tibi lege exhibeo, candidè lector, ne illico poscas tabellam, neque me prius, quam causam dixerim, praecipiti suffragio condemnes. Quamuis enim in tanto libellorum huius generis proventu nihil tibi opus esse videatur lucubratione mea, et ipse ego satis intelligam, non tantum mihi esse vel auctoritatis, vel doctrinae, vt me tot celeberrimorum virorum diligentiam imitaturum, nedum aliquid rectius et praestabilius traditurum, confidam: tamen, si instituti mei rationes, si genus scribendi, et ipsum, quo singula tradidi, ordinem paulo adcuratius expendere, constabit mihi, vt opinor, otii ratio, et de iudicio aequitateque tua spem paulo meliorem concipere licebit. Quare vt, quae tandem illa sint, in quibus et aliquam operam posuisse me dico, dum libellum hunc concinnaui, et multam ponendam esse omnibus, qui adornandis iuris prudentiae praeceptis animum adiiciunt, puto, intelligas; exponam ea, vt poterò, breuiter, tibi que facultatem
* 3 faciam,

faciam, ex iis de infumta huic opusculo opera, eiusque fructu, iudicandi.

Primum, ut instituti rationem perspicias, liceat mihi pace tua rem paullo altius ordiri ab iis temporibus, quibus Irnerius, eiusque successores, studium aliquod iuris Romani, iam paene sepulti, hominibus iniecerunt. Quum his ratio interpretandi iura ἀνάλογικῆ videretur pulcherrima: id sibi negotii credebant solum dari, ut diffusum istud iuris Iustiniani volumen, vel amplissimis commentariis, vel scholiis brevioribus illustratum, in cathedra proponerent, et ita leguleios a se formatos dimitterent in fora, ibi non sine vberissimo quaestu in fas nefasque verba et iras suas locaturos. Verum ea docendi ratione, pro tironum captu, et eorum temporum caligine, nihil poterat reperiri deterius. Primum enim quum ab elegantiorum litterarum, historiarum, ac philosophiae praesidiis, quae ἀνάλογικῆ requirit, plane destituti tantum opus adgrederentur: ipsi sibi praescripserunt leges istas interpretandi, quas a Guidone Pancirolo *a)* exponi animaduertimus, taediosissimas, quibus adstricti tot verba inania faciebant, tot nihil ad rem pertinentes quaestiones mouebant, ut tironibus, qui se huic oceano commiserant, vix vlla spes esset, illum vnquam enauigandi. Deinde, si qui inter illitteratissimas illas litteras consenuissent, id essent diuturnis vigiliis consequuti, ut vniuersum ius Iustinianum, Bartoli et Accursii absinthio probe conditum, deuorassent: tamen et hi non tam veram iurisprudentiam, sibi per omnia similem et inter se cohaerentem, quam aliquam eius vmbra, tenebant. Fieri enim non potest, ut disciplinam aliquam videatur adsequutus, qui,

negle-

a) De clar. legum interpret. lib. II. cap. 6.

neglectis principiis, quasdam eo pertinentes quaestiunculas edidicerit: nec tirones tam sunt perspicaci ingenio, ut ex tot relatis in Digesta et Codicem veterum legum fragmentis, id est, ex dispersis Hippolyti membris, iustum sibi iuris prudentiae corpus et σύστημα suo Marte exstruant. Eo itaque factum, ut doctores illi, quum in tanta principiorum ignorantia non esset, ubi pedem figerent, paene omnia, quae in iure traduntur, subtiliore argumentorum collectione in disputationem vocarent; nihil ut hodie sit aequum, iniustum, iustum, iniustum, ad quod defendendum deesse alicui possit doctorum auctoritas. Ita fieri oportuit, quum de iuris prudentiae principiis pernoscendis tam parum solliciti essent iuris interpretes. Quemadmodum enim sapienter ait Plato, *semper inter se consentire eos, qui aliquid sciunt*: ita non potuerunt non illi omnia labefactare, subvertere, et in perpetua opinionum varietate et discrepantia versari, quum scirent nihil, siquidem scire, recte definiente Aristotele a), est τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τὸ πρῶτον ἐστίν, ὅτι ἐκείνη αἰτία ἐστὶ, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι τῆς ἄλλως ἔχειν, γινώσκων, *causam, propter quam res est, eandem esse rei causam, nec posse eam aliter se habere, cognoscere*. Haec est prima illa iura tradendi ratio, quae ut prouectioribus, et solidiore principiorum notitia imbutis insignem adferat utilitatem, tironum tamen rationibus tam parum accommodata est, ut eam post illam felicissimam temporum reparationem satis mature dereliquerint magni nominis iureconsulti.

Ex eo enim tempore magis plerisque se probauit ratio docendi συνθέσει, eatenus, ut, ea saltem praemissa, iuuenes in ipsum ius Iustinianicum intromitte-

* 4

REN-

a) *Analyt. poster. lib. I. cap. 2. n. 1.*

rentur. Hinc Cuiacius, Pacius, Wefenbecius, alii-
 que viri doctissimi dispersa per vniuersum volumen
 Iustinianum praecepta colligere, et in suos singula
 loculos disposita iusto ordine proponere coeperunt.
 Quorum exemplum quamuis pluribus postea incita-
 mento fuerit ad eandem viam ingrediendam, tamen
 et hi postea in diuersa iuerunt. Alii enim memoriae
 auditorum consulturi, solis inhaerebant conclusioni-
 bus, easque modo per causarum genera, quae vo-
 cant, modo per quaestiones disponebant: modo se
 praeclare suo functos officio existimabant, si ad singu-
 los titulos aliquot casuum leuiter enucleatorum cen-
 turias proponerent. Alii iudicii discentium habita ra-
 tione id potissimum agebant, vt conclusiones ad sua
 principia referrent, nihilque traderent, cuius non
 ratio ex iis, quae antea explicauerant, ab vnoquoque
 perspiceretur. Illi ad memoriam omnia referebant,
 et si qui ieiuna ista praecepta edidicerant, et ad singu-
 las quaestiones ipsa compendii verba poterant redde-
 re, eos aliquot casuum et quaestiuncularum myriadi-
 bus suffarcinatos, et phaleris ornatos doctoralibus,
 ablegabant in forum, strepitum his armis non sine
 horrore iudicis daturus. Hi parum de casibus, parum
 de verbis compendiorum solliciti, ita induxerant in
 animum, ius nostrum non esse disciplinam hiulcam,
 et male cohaerentem, vel ex innumeris legibus, parum
 sui similibus, conflatam, non rudem indigestamque
 molem,

*Frigida ubi pugnent calidis, humentia siccis,
 Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus:*
 sed esse, si iusto ordine tradatur, *σύνημοι* pulcherri-
 mum, in quo omnia principiis suis firmo nexu cohae-
 reant. Ex quo consequi existimabant, vt, qui ista
 theo

theoremata probe perspexerint, iis non possit deesse facultas, quaestiones omnes et species in vita humana obuinentes enodandi. Iam si ex me quaeras, vtra docendi ratio mihi se magis probet, fatebor, a priorum opinione sententiam meam semper discrepasse. Quum enim scire sit rerum causas perspicere: an tu eum ius, in quo versatur, scire dixeris, qui nullam vumquam principia iuris peruestigandi curam animum subire passus est? qui, vbi aliqua quaestio, in compendio suo non explicata, incidit, se expedire non potest, nisi Bartoli, Baldi, Accursii, Imolae, Iferniae, Buticellae, Caccialupi et sexcentorum aliorum Manibus euocatis? cui denique eo vno nomine quam maxime placuit iuris prudentia, quod *non omnium, quae a maioribus constituta sunt, rationem reddi posse, nec ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri oportere*, ipsi iuris auctores a) prudenter mouerint? An non miseram illam dixeris disciplinam quae, quum maxime ad teli iactum venitur, ira sui cultores destituit, vt, quum in forum venerint, putent, se in alium terrarum orbem delatos? Et quis, quaeso, quantocumque studio eo adspirabit, vt casus, qui quandoque inciderint, omnes, quidque de singulis responsum sit, in promptu habeat? Sane si quis mille Decisionum voluminibus impalluerit, nedum si systema iuris casibus refertissimum memoria comprehenderit: tamen id ei semper continget, vt mille alias quaestiones, in vita humana obuinentes, nec legerit vumquam, nec memoriae mandarit. Quapropter grauius eam stoliditatem infectatus Franciscus Duarenus b): *admirari*, inquit, *soleo eorum*
 * 5 *stul-*

(a) L. 20. l. 21. D. de legiò.

(b) *Comment. de ratione docendi discendique iura*, pag. 1104

*stultitiam, qui in vulgatissimis interpretum commentariis omnem aetatem terunt, ut inde singulorum negotiorum cognitionem hauriant, ei profecto non absimiles, cuius meminit Lucianus, qui, in maris littore sedens, conabatur singulas undas pernumerare, donec undas undis trudentibus obrueretur, animoque angeretur, quod eas numero amplecti non posset. Nam ut quis memoriae mandet, quaecumque a Bartolo et ceteris scripta sunt, quod fieri profecto nequit, quota tamen erit portio eorum, quae quotidie inter mortales contingunt, nec ullis adhuc scriptis definita sunt? Omnium sane scientiarum ratio in principiorum intelligentia, et conclusionum cum iis cohaerentia posita est: et quemadmodum, qui diuinas illas et sublimiores mathematicum disciplinas tradunt, non iubent auditores aliquot milena problemata ediscere, sed definitiones, axiomata, theoremata illa inculcant et demonstrant, quibus perceptis ipsi facultatem quaeuis problemata promte soluendi consequantur: ita nec iureconsultum suo munere functum arbitror, qui auditores solis conclusionibus et casibus iubet implere cerebrum, mox forsitan aliquot Antyciris purgandum, nec illos ad ea intronmittit artis aequi bonique principia, quibus accurate intellectis, ipsi species et quaestiones obuinentes, adhibita in consilium ratione et lege, promte enodarent. Eam itaque ego ICTum dicere soleo, qui, ut iterum Duareni verbis utar, *praeceptionum & theorematum uniuersalium, quibus ad iudicandum ex bono et aequo de singulis negotiis praeparatur et informamur, cognitionem sibi adcuratam pepererit. Nam singularia, quae infinita sunt, sub nullam artem aut praeceptionem cadunt.* Eam ego ICTi laudem
 putō*

puto maximam, si ita percepta habeat artis suae praecepta, ut iurium singulorum rationes et principia intelligat, eaque in promptu habeat axiomata, ex quibus quaestiones omnes enodare possit, ut, obueniente bella aliqua specie, non opus ei sit, responsum ex Bartoli cortina petere. Quam principiorum intelligentiam, si quis cum solida legum interpretatione et usu coniungit: tunc vero illud nescio quid praeclarum et singulare in iuris prudentia solet efflorescere.

Equidem pulcherrimam hanc ius tradendi rationem esse paullo difficiliorem, facile largior, et hinc factum existimo, ut ea paucioribus, quam quidem merebatur, placeret. Nam qui eam sequuntur, eis primum perspectas esse oportet iurium rationes, quas nemo facile intellexerit, nisi paullo adcuratiore antiquitatum Romanarum, philosophiae Stoicae, et iuris anteiustiniani notitia instructus. Deinde quum hic conclusiones omnes ad principia sua reuocandae sint: non satis feliciter tantum opus adgredietur, nisi qui eam praeterea didicerit artem, *quae docet rem uniuersam distribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera et falsa indicarentur, et quae, quibus positae, essent, quaeque non essent consequentia.* Quam facultatem dum summo illi ICto tribuit Cicero a), ea sola id effectum esse arbitratur, ut, quum iuris civilis magnus usus apud multos fuerit, ars in solo Ser. Sulpicio reperireretur. Postremo et in melioris aevi ICtorum aeternis operibus eum non mediocriter versatum esse decet, qui
hoc

a) Brut. cap. 41.

hoc capit consilium. Si enim passim, ex quibus fontibus iura Romanorum promanarint, acute perspexerunt, et explicarunt solide.

Haec de instituti mei ratione. Etsi autem satis intelligo, me, ab istis praesidiis vix mediocriter instructum, longe ab illa ingenii felicitate, quae ad hoc perficiendum requiritur, abesse, iuuat tamen vel periculum facere tam praeclarae exercitationis, si forte alios, rebus omnibus instructiores, commouere, et ad eandem suscipiendam cogitationem excitare possem. Conatus itaque sum, quam praeclare ius nostrum cohaereat, specimine aliquo commonstrare, finalque re ipsa refellere eorum opinionem, qui omnia in iuris prudentia fastidiunt, et pleraque, si non absurda et stolidia, saltem ἀνακολυθια et sui dissimilima esse contendunt: a qua sententia, quo maiores in iure progressus facio, eo magis me quotidie fieri intelligo alienum.

Genus dicendi neque artificiosum adhibui, (quas phaleras huius generis libellis haud convenire arbitror), neque barbarum, neque diffusum, neque abruptum, et sua breuitate obscurum, probe memor, me cum auditoribus, non cum Euandri matre, loqui, nec unquam in eorum ingressus sententiam, qui ius non posse doceri censent, nisi adhibeatur horridum, incomtum, et inficetum quoddam dicendi genus, quo glossatores vfos animaduertimus, et nisi scripta vbique redoleant illud pus Accursianum, illam faniem, illud virus, quod optima quaeuis ingenia auertit et exanimat.

Denique eum ordinem seruauit, quem scopo meo credidi adcommodatissimum. Notionibus enim rerum paullo distinctioribus inuestigatis, inde definitio-

nes

nes elicui, seruatís plerumque antiquis, si probae essent, vel nouis, si istae haud fatissacerent, constructis. Hinc progressus sum ad axiomata, quo nomine propositiones, ex definitiõibus ἀπέσας fluentes, intelligo. Haec excipiunt corollaria vel consecutaria, ita disposita, vt ea, quae ex vno eodemque axioma te fluunt, semper coniungantur. His adscripsi leges potiores, vt adpareret, illa consecutaria in libris Iustinianeis omnino reperiri. Saepe et ex pluribus definitionibus inter se comparatis doctrinas quasdam collegi, imitatus geometras, qui eius generis propositiones, si theoreticae sint, theoremata; sin practicae, problemata solent adpellare. Aliquando et scholia inspersi, quibus vel doctrinae paullo difficiliore illustrarentur, vel id aliunde demonstraretur, quod in ipso paragrapho fuerat traditum, vel iuris antiqui a nouo discrimen explicaretur. Quum pleraque vna veluti serie cohaereant: nolui paragraphorum numerum in singulis titulis abrumpere. Cuius instituti hunc quoque fructum cepi, vt ex quo principio singulae conclusiones fluant, citato per parenthesis paragrapho, eo facilius possem demonstrare. Vt vtilitatem harum citationum intelligas, exemplo illam ostendam. Diximus §. 728. arrogatori olim omnes res, corporales et incorporales, arrogati pleno iure fuisse adquisitas. Si rationem quaeris; eam ostendent paragraphi, quos citauimus, 179. et 472. quia videlicet arrogatio sit modus acquirendi patriam potestatem, et pater veteri iure omnia indistincte per filium adquisuerit. Si porro scire aueas, cur liberi omnia parentibus adquisuerint, rationem reddet citatus ibi § 135. vbi ostensum, patriam potestatem vere fuisse dominium iuris Quiritium: dominum autem per rem suam

XIII PRAEFATIO AVCTORIS.

suam adquirere, nemo dubitat. Atqui forsan dubium videbitur, liberos in dominio iuris Quiritium fuisse: sed exinet scrupulum idem paragraphus, vbi liberos ratione patris fuisse res Mancipi, demonstrauius. Quis vero dubitet, res posse esse in dominio? Porro mirum videbitur, liberos fuisse res, quum fuerint homines. Sed et hic in viam te reuocabit §. 76. *sequ.* ibi adscriptus, vbi ostendimus, qui nullo statu civili gauisus sit, cum hominem quidem habitum fuisse, sed non personam, ceu ex ipsa definitione personae adparet. Maximam itaque vtilitatem ex his citationibus capies, si iis dextre vteris. Ceterum aequitatem tuam, beneuole lector, vbi quid peccatum existimabis, spero, id vnice precatus, ne, si qua conclusio tibi displiceat, me illico condemnes, nisi simul destruxeris principium, ex quo illam deriuauit. Alioquin haud abfimilis futurus esses scholastico illi faceto apud Hieroclem, qui, domum venditurus, euulsum ex illa lapidem in specimen circumferebat. Non magis enim de huius generis libellis ex vna propositione, extra nexum suum posita, quam de aedibus ex lapide vno pariete euulso, potest iudicari. Tu vale, candide lector, et, si vitam produxerit Deus, Pandectas etiam adcuratissime dispositas, a me expecta. *Fraequeræ a. d. xii. Kal. Martii clō Id ccxxv.*

Scripseram haec ante biennium. Iam altera prodixit editio, in qua et menda quamplurima sustuli, et numeros omnes, quos turbatos animaduerti, restitui, quaedam etiam, quae vel dubia, vel obscuriora videbantur, illustraui. Quas curas posteriores vti auspicas esse iubeat supremum Numen, ex animo precor. *Fraequeræ e museo ipsis Kal. Martiis clō Id ccxxvii.*

PRAE.

PRAEFATIO NOVA.

HONORATISSIMO LECTORI

S. P. D.

EDITOR.


Post tot alibi typorum beneficio excusas elegantissimi libelli editiones non miraberis, lector honoratissime, etiam Berolinensem prioribus addi, quae tamen sic saltem superflua esse cuique videri possit: non tamen vere esse, mecum senties, si rationes medium prolatas ponderare, qua es benevolentia, volueris.

Et primo quidem recentiores fere omnes typhotetarum aberrationibus adeo sunt inquinatae, maxime si numeros spectes, ut saepius allegatum locum potius negligendum necesse habuerint lectores, quam ut eundem, ut par erat, conferre potuerint. Deinde diuus auctor, veriora edoctus, sententiam priorem subinde mutabat, quod facile videbis, si scripta posteriora conferre Tibi libuerit. Ne vero amplius reiecta opinio auctori tribuatur, substituiimus ubique ex recentioribus scriptis, quae simul allegauimus, eam, quam ipse nouissime probarat; neque enim pertinaciter, quae primum vera putabat, defendebat verum ingenue, meliora edoctus, falsa reiecta, veram profitebatur. Omissam in Institutionibus *de sponsalibus* materiam ex Pandectis suppleuimus; ne tamen §§. numeri turbarentur, illas per litteras significandas duximus. Adiecta hinc inde ex *Historia iuris, Elementis iuris naturae & gentium, dissertationibus*, atque *Historia edictorum & edicti perpetui* videbis loca, quibus auctor sententiam suam vel ab aliorum obiectionibus vindicarat, vel explicarat vberius atque illustrarat: quae uti in oculos facilius incurrant, hoc signo [] notauimus, quamuis quam maxime do-

lea-

leamus, id non vbique esse adpositum. Indicem editionum, adiecto vbique anno, ex bibliopolarum catalogis confecimus: qui num accuratus sit, spondere quidem non ausim; dabimus tamen operam, vt & is in posterum supplerus appareat. Adiecta denique vides bina clarissimorum de hisce Elementis testimonia, quibus plura, si opus fuissent, addi potuissent facillime, sed iam sufficiant. Typothetarum aberrationibus emendandis ipsi proesse ob absentiam a loco non quidem poteramus; negotium tamen hoc viro docto commissum esse, bibliopola asseuerabat. Quodsi opera nostra, quam huic editioni adhibuimus, non ingrati Tibi, honoratissime lector, fuisse intellexerimus, Pandectas quoque eadem ratione recensitas proxime dabimus. Scribebamus Francofurti ad Viadrum d. 20. Augusti 1762.

En alteram, quae Berolini prodit, editionem, de qua pauca tantum modo monebimus. Prima cura fuit, vt typothetarum aberrationes, quae priorem inquinarent editionem, quantum fieri posset, tollerentur, quem in finem exemplum quidem reuictum typographo transmissimus, nihilo minus tamen id hinc inde fuisse neglectum, aegre videmus. Neque chartae nitore, neque eiusdem forma augusta promissio satisfecit, quem defectum bibliopola inopia eiusdem exculabat: dabimus tamen operam, vt in posterum si quae sequutura est, editio etiam ex hoc capite commendare sese possit. Quumque nuper b. Auctoris *Observationes theoretico-practicae ad Institutiones auctiores sine recusae*, illustrisque filius Patris *Recitationes* publici iuris fecerit: bene rationibus tuis consulere poteris, si easdem Tibi comparaueris. sic vale, nobisque faue. Scrib. Francofurti d. 20. Aprilis 1765.



VV. CC.

TESTIMONIA ATQUE IUDICIA DE HISCE ELEMENTIS

CHRISTOPH. FRID. HARPPRECHTUS
*in der näheren Anzeig derer Lehren, und beson-
ders der Lehrart. welcher er sich theils bey eini-
gen Iahren her bedienet hat, theils vornemlich
noch künftighin bedienen wird. (Tübing 1734, 4.)*
S. 9. pag. 19. seqq.

Endlich kamen fast mit Antritt meiner außer-
ordentlichen Professur allhier des berühmten,
und um Holländische so wohl, als Deutsche hohe
Schulen bestverdienten Heineccii *Elementa iuris ci-
vilibus secundum ordinem Institutionum* an das Licht.
in deren Vorrede er nicht nur auf vorbelegte Art
seine Gedanken und Sammlungen einzurichten ver-
spricht, sondern auch in dem Buch selbst, so viel
die rechtliche Argumenta immer zulassen, und so
viel man von einen, der mit wirklichen Angriff
der Sache das Eis so zu reden gebrochen, fordern
mag, ia weit mehrers, als alle vorhergehende, solch
sein Versprechen mit der That gehalten hat. Ich
muß mir hier Gewalt anthun, daß in Anführung
meiner Ursachen hierüber die Gedancken weder
frey, noch zu weit auslauffen lasse, nothfolglich
Schrancken setzen. Es ist nicht dermalen die Fra-
ge, ob die bürgerliche Rechts-Gelehrsamkeit sich in
die Form mathematischer Lehrart füglich bringen
lasse? indem erst benannter Herr Professor sich nie-
malen

malen träumen lassen, ein Systema oder Compendium, da durch das ganze Recht ein mathematischer Zusammenhang unter neuer Ordnung derer Titulorum iuris beobachtet werden sollte, heraus zu geben, und mit dem Duareno auch selbst erkennt, singularia, (wie seine Worte lauten,) quæ infinita sunt, sub nullam artem aut præceptionem cadere, hingegen nur dem ludicio mehrers aufzuhelfen, so viel thunlich, der mathematischen Methode immer näher zu kommen, wahrhafte und bewiesene Axiomata mit einer gründlichen Erklärung und Anwendung derer Gesetze in ieden Titul zu verknüpfen, die in das kleinste zergliederte Schlüsse allergrößen theils daraus herzuleiten, und, wie artig übereinstimmend die rechtliche Wissenschaft in denen mehresten Stücken seye, mit dem Werck selbst zu zeigen sich beflissen. Nenne nun meinethwegen jemand dieses Methodum mathematicam: mir gilt es gleich viel, ich nenne es die natürlichste, angenehmste, je weiter es einer bringen kann, und nützlichste Lehrart. Andere mögen es noch mehrers versuchen, und sich in eine gewisse Piece * an ihrem guten Vorhaben nicht übertäuben lassen. Leibnizens, Wolffens, * Cramers, Buckii, Ickstattts, theils Aufmunterungen, theils Exempel werden

* * 2 die

* Gottfried Jacob Schützens Examen methodi axiomaticae, qua -usus est Io. Gottl Heineccius, ist zu Frankfurt 1733. herausgekommen, hält aber viele unerfindliche Imputata in sich, schadet dem Haupt Endzweck des Heineccii weniger als nichts, wiederlegt unüberlegter Dingen das herauszustreichen vorgenommene Compendium, wieder welches ich nichts habe, bin und her selbst, ohne hinlänglichen Grund, methodus

die Laßt bey einem Verständigen allemal vermehren. Unserm Herrn Auctori haben es bereits Herr Professor Böhmer, der üüngere, in peinlichen, und Herr Fertsch in Kirchen-Rechts-Sachen bestens nachgethan, und wer an vorigen Schalenbehangen bleiben will, dem nimmt man es ja nicht ungleich. Ich aber weiß, was systematische Methode auch nur in einzelnen Stücken, (geschweige wo man sie in dem ganzen hätte,) thun kann, und werde, wie wohlten niemalen mit blinder Verehrung, in der Haupt-Sache meine wohl überlegte, und durch Erfahrung geprüft-und beglückte Wahl des Heineccii nicht so leicht fahren lassen. Kein Vorurtheil seiner Auctorität oder einer etwa vorgefasseten Meynung solle mich dißfalls einnehmen, sondern, wie ich es inzwischen gemacht, so will ich es fernerhin ausüben, nemlich, wo das Buch zu kurz, hinzu thun, wo es, wie zwar selten, sich in etwas selbst zu widersprechen scheint, der Schwierigkeit abhelfen; wo um des Zusammenhangs willen etwas ieszuweilen zu weitläufig, nur lesen, und das nöthigste remissive darvon sagen, wo ein Schluß vielleicht noch eines Beweises, als der eben in dem vorausgeschickten da ware, bedarf, solchen anfügen,

** 3

wo

methodus axiomatica schicke sich auf das Römische Recht schlechter dings nicht, führt eine irraisonable Rechtsgelehrsamkeit mit Gewalt ein, verdrehet wissentlich so wohl Lügen 177. D. verb. sign. (wo gerade das Gegenteil.) als die Urtheile grosser Männer *de axiomatibus*, welche doch in dem Grunde mit Heineccio eines sagen, und ist so ausgearbeitet, daß es keine grosse Kunst kostet darauf zu antworten.

* *Wolffii* Horae subsec. Marburg trimestr. brumal. num. 2. pag. 84. seqq.

wo ich in dem Satz selbst abgehe, solches mit Grund anzeigen, wo der heutige Gebrauch zu viel in Zweifel gezogen wird, denselben darthun, und mit einem Wort der nöthigen Freyheit und Bescheidenheit mich bedienen, daß meine Herren Zuhörer, wann sie ihrerseits auch den gebührenden Fleiß angewandt, solchen Weg gefülret worden zu seyn niemalen gereuen solle. Sind einige, welche das Buch vor allzuschwer für junge Leute ausgeben, so möchte ich wohl ihre Raisons wissen, dann ich bin ernstlich der Meynung, diejenige Lehrart, da einer, wann er bey Anfang ieden Tituls aufmerksam gewesen, sich selbst gleichsam lehren kann, seye die allerleichteste und bequemste, ia das dadurch gefasste lasse sich auch am wenigsten vergessen. Ich habe auch bey sechs bis sieben Jahren her nicht wenige Auditores gehabt, sowohl von guten, als mittleren Gaben, die es mit dieser Weise so weit gebracht, daß sie sich in die schwereste Fälle bald und mit reifer Beurtheilung finden können, und dem Auctori solches noch täglich dancken. Andre hätten nichts gethan, wo sie auch ein Buch vom Himmel herunter gehabt hätten. Ist etwa die Schwierigkeit in des Heineccii Lateinischer Schreibart, weil sie zierlich, deutlich, rein, und nicht barbarisch, oder verwirrt, wie grossen Theils derer Juristen in vorigen Zeiten ausgehen? Diese Vrsach verdienet keine Wiederlegung. Ist vielleicht das beschwerlich, daß in folgenden Articulis einer oft wiederum weit zurück gewiesen wird, und allda den hinlänglichen Grund suchen muß? Dieses willich von keinem, der Vernunft und Einsicht hat, hoffen. Hat man das vordere darum gelernet, daß man es vergessen wolle,

ehe man zu dem weitern kommt; Ich sehe hier vielmehr einen gleichen Vortheil vor Faule und Vnachtsame, wie vor Fleissige und Aufgeweckte. Icne wissen feingleich, wo sie sich wieder erholen können, und muss ihnen, wenn sie sich nicht mit Fleiss vernageln, zuletzt wenigstens doch etwas bleiben; diese können sich daran prüfen, wie weit sie in ihren Grundsätzen bevestigt, und werden in dem Fortgang wenig mehr Noth haben aufzuschlagen. Oder Schreckt einen dieses endlich ab, dass Heineccius selbst die Erinnerung thut, man müsse dabey mit Sorgfalt dencken lernen, und habe vielerley Hülfsmittel nöthig, ohne welche wenig oder nichts werden können gethan werden? Solches ist abermal nicht wohlzuglauben. Ich bitte mir Zuhörer, die nicht dencken wollen, ab. Die Vernunft-Lehre aber, die Moral, die Historie, und dergleichen muss einer haben, der auch durch andere Bücher in der Rechts-Gelehrsamkeit etwas sich und anderen nütliches zu ergreifen verlangt. Mit einem Wort, ich sehe nichts erhebliches wieder dieses Buch, und hingegen vieles, so dasselbe anderen vorzuziehen mich bis anhero bewogen.

CAROL. FERD. HOMMELIVS.

in *Litteratura iuris*, lib. I. cap. 2.

§. 16. pag. 63.

Inter elementarios libros seu Institutionum compendia extra omnem controuersiam Heineccii Elementa ceteris meliora.

IDEM c. I. cap. 14 §. 72. pag. 231.

Haec cum ita sint, ego quidem Heineccii methodum, non tam arctis doctrinae vinculis adstrictam,
atta-

attamen ex primis media, ex his postrema deducen-
tem, longe aptiorem iudico, licet eam Pfaffius reie-
cerit, et Io. Wolfgang Trierus, adsumto Schürzii
nomine, eidem Lauterbachianam docendi viam prae-
tulerit. Erat nempe Trierus, Heineccii in Viadrina
quondam collega, homo admodum inuidus, cui in-
somnes noctes iniiciebat aduersarii gloria. Neque ta-
men palam aggredi ausus, nomen dissimulauit. Ita
autem hunc immortalem virum refutasse dixerim, ita
meliora docuisse, vt sus Mineruam. Causam Hei-
neccii egit ipse Heineccius in *Praefatione ad Corpus
iuris ciuilib ab ipso editi*, itidemque in *Praefatione
Opusculorum ad historiam iuris Pertinentium*, ex
professo autem Sellius in *Vindiciis methodi, qua in
Elementis iuris ciuilib vsus est Io. Gottlieb Hei-
neccius*.

SERIES EDITIONVM.

- Franequerae 1725, 8.
Giesae 1727, 8. cum animaduersionibus Io. Ge. Estor-
ris, quae editio ibidem undecies est repetita.
Amstelod. 1727, 8.
Amstelodami 1733, 8. mai.
— — 1738 ead. 10rm.
Lipsiae 1732, 8.
— ✓ 1740, 8. mai.
Veniis 1743, 12. cum animaduersionibus Estoris.
Genuae 1747, 4 |
Lipsiae 1748, 8. mai.
Göttingae 1749, 8.
Viennae Austriae 1755, 8.
Lugduni Batavorum 1756, 8. mai.
Lipsiae 1758, 8. mai.
Berolini 1762, 8.
— — 1765, 8.



Q. D. B. V.

ELEMENTA IVRIS
SECUNDVM ORDINEM
INSTITVTIONVM.



PROOEMIUM.

§. I.

Quam ius Romanum in tantam molem paulatim excreuisset, ut iam *lib. III. qui moles.* cap. 34 illud immensum aliarum super alias acervatarum legum cumulum; Eunapius vero in *Vita Aedes. p. 92.* ἀχθος καμήλων πολλῶν, multorum camelorum onus, appellare non dubitent: omnino e re publica videbatur, tam diffusam, ac per tot volumina dispersam iuris prudentiam in unum veluti corpus compingi. *Const. tanta pr. de conf. Digest.*

§. 2.

Quamuis vero nec Ciceroni, qui id consilium, *Eius collectio ante Iulio* teste Gellio *lib. I. cap. 22.* ceperat, nec Cn. Pompeio, *stianum frustra tentata.* quem Isidorus *lib. V. Orig. cap. 1.* nec denique Iulio Caesari, quem Suetonius *Jul. cap. 44.* d. huius modi collectione cogitasse ferunt, is labor successerit: felicior tamen ea in re saeculo sexto fuit FLAVIUS IV-
TINIANVS imperator.

A

§. 3.

§. 3.

*Iustiniani
mores et in-
genium.*

Hic obscuro loco natus, adoptatusque, ut aiunt, ab auunculo Iustino, Illyrico, imperatore, IUSTINIANI nomen, ipsumque per orientem imperium accepit anno saeculi sexti vicesimo septimo, eique per quadraginta fere annos praefuit, princeps, non quidem a vitis immunis, quae iusto acrius Procopius in *Anecdotis* infectatur; nec tamen illiteratus, multoque minus *αἰναλ. φαβητος*, (ut quidam ex depravato loco Suidae, Iustinianum et Iustinum confundentis, perperam colligunt*), nec ab omni prudentia legislatoria, qualem illa saecula ferebant, destitutus.

Procopius *Gothic. lib. III.* Iustinianum magis in dogmatum, quam rei publicae cura defixum fuisse ait. Theodahatus et Vitiges apud Cassidor. *Var. lib. X. epist. 9. 22. 31.* eius doctrinam et sapientiam laudant. Alia Vigili et Eustachii pontificum testimonia Suidae opponit Baron. *Annal. eccl. ad ann. 528.* quum tamen idem sui oblitus eandem dicam Iustiniano scribat *ad ann. 551.* ex merito ideo castigatus a V. C. Schurzschio in *Iustiniano orthodoxo §. II.*

§. 4.

*Res bello
gestas.*

Res, dum imperavit, praeclaras gessit. Nam et bello cum Persis vario Marte gesto, amissa quaedam recuperavit; (Procop. in *Pers. lib. II. cap. 19.* Agath. *lib. III. extr.*) et Gelimere, Vandalorum rege, capto, Africam recepit: (Procop. *Vandal. lib. II. cap. 3*) et victis Vitige, Totila, et Teio, Siciliaeque et magna Italiae parte recepta, finem Gothorum regno in Italia fecit. (Procop. *Goth. lib. III. cap. 52.**) Quos bellicos sudores et triumphos ex parte ipse imperator memerat §. I. *proem. Iust. l. 1. pr. l. 2 pr. C. de offic. praef. pract. Afric.*

* Ex quo facile patet, cur in proemio Institutionum Gothicorum, Vandulicorum, Africanorum, cognomina nomini suo adscripserit. Gothos enim et Vandalos perdomuerat, Africam receperat, quumque Alani, a Vallia, Visigothorum rege, in Lusitania, anno Christi 418. ad intercessionem caesi, Gunderico, Vandalorum regi, se submisissent,

issent, (Idat. Chron. ad h. ann.) et hinc cum Vandali postea a Iustiniano essent excisi: *Alanici* quoque cognomine uti coeperat. Pro *Anticus* Ez. Spanhem, de usu et praest. numism. diff. XII. §. 12. pag. 44. tom. II. monuit legendum esse *Ponticus*. Lazos enim, Abasgos, et Tzanos ad Pontum Euxinum subegerat. Unde et alibi in Nov. 43. pro *Antico*, vel *Pontico*, se vocat *Lazicum*: quamvis et *Antium* gens tunc sui terrorem circumferret, posteaque et Mauritius imp. diceretur *Anticus*. Vid. Hadr. Vales. Rer. Franc. XIII. p. 365. Interim recte sese habere scripturam, monuimus ad Brisson. de verb. signif. b. v. *Germanicum, Alamannicum, Francicum* frustra se adpellauit, quum non deicisset eas gentes. Quare eo nomine Iustiniano indignatum esse Theodebertum, Francorum regem, auctor est Agath. lib. I. pag. 15.

§. 5.

Nec minus in toga profuturus, legibus paulatim rem publicam armauit, siquidem primum opera visus Tribonianus, aliorumque virorum eius aevi iuris peritorum, constitutiones selectas principum ab Hadriano ad sua tempora, antea in Codices *Gregorianum, Hermogenianum* et *Theodosianum*, collectas, in nouum Codicem *† compilari iussit, quem, ut fere alia omnia, a suo nomine *IUSTINIANEVM* vocauit, ediditque VII. Id. Apr. anno 529. *Constitutio summa reip.* §. 3. 4. 5. de *Iustin. Cod. confirm.*

Corpus iuris sub eo compilatum, et quidem primo Codex Iustinianus.
Sophocles Gubio
pro dicitur a uti
aut in iura.

Ita enim proprie adpellatae sunt constitutionum principalium collectiones. Hinc *οἱ τῶν νομοθετῶν κώδικες* apud Isidor. Pelus. *Epist.* IIII, 91. Euagr. *Histor. eccl.* I, 12.

§. 6.

Deinde sequente anno ad immensa veteris prudentiae volumina, * (quorum duo millia erant, et tricenis centenis millibus versuum composita, l. 2. §. 1. *C. de ver. iur. enucl.*) curam suam extendit, ex iisque per XVII. viros conficiendas curauit *PANDECTAS*, seu *DIGESTA*,† publicata demum XVII. Cal. Ian. anni 533. l. 2. *C. de ver. iur. enucl.* Paull. Diac. lib. I. cap. 25.

Deinde *Sexto in Pandectis. nat. xl. em. adant. leg.*
Coment. Buddae
Coment. ad Pandectas
ad digesta.
Quidam par. 2.
ill. a.

A 2

* Nec

Uellhelm Marani in suis operibus. *Post. tome ad Pandectas.*

Nec tamen Pandectae collectae sunt ex iureconsultorum antiquorum scriptis. sed ex eorum potissimum, qui ab Hadriani temporibus floruerunt, ut Saluii Iuliani, Papiniani, Ulpiani, Pauli, Marcelli, aliorumque, Causa in promptu est. Ab Hadriani enim temporibus per Edictum perpetuum et principum constitutiones ita immutata fuerat iuris prudentia vniuersa, ut nihil utilitatis redundaturum fuisset ad rem publicam, si ex P. Mucio Scaeuola, Manilio, Bruto, aliisque, qui liberam viderant rem publicam, excerpta dari iussisset Iustinianus. Vid. Dodwell. *Praelect. Casubden VIII. pag. 319.* Obiter moneo, IVRIS PRUDENTIAM MEDIAM, cuius mentio fit §. 3. *Inst. de legis. agnator. success.* ab eo tempore, quo praetores ex edictis perpetuis ius dicere lege Cornelia iussi, id est, ab A. V. C. 485. esse inchoandam: NOVA enim, cui cit. §. 3. *Inst.* opponitur *media*, non aliunde, quam ab Hadriani temporibus arcessenda videtur: reliqua omnia, quae ante Hadrianum constituta sunt, ad ANTIQVAM pertinent. (Conf. *Histor. edictor. et Edict. lib. II. cap. 2.*)

§. 7.

Hinc I.
Decisiones.

Antequam Pandectae conficerentur, anno 530. Lampadio et Oreste coss. et duobus insequentibus, Iustinianus edidit L. DECISIONES, quibus varios iuris articulos, ob diuersas iureconsultorum sectas * perquam ambiguos, (l. penult. C. de necess. seru. ber. inst.) opera potissimum Tribonianii (§. 3. *Inst. de libertin.*) definiuit. Hae deinde in Codicem repetitae praedlectionis migrarunt, vnde eas colligerunt, et luculentis commentariis illustrarunt Em. Merillius et Io. Strauchius

Sectae a iureconsultis celeberrimis, Labeone et Capitone, duobus pacis decoribus, natae. l. 2 §. 7. *D. de orig. iur.* A Capitone descendunt Sabinus, vnde *Sabiniani*, et C. Cassius Longinus, vnde *Cassiani*. Labeonis sequaces sunt Nerua, Proculus, vnde *Proculiani*, et Pegasus, vnde *Pegasiiani*, d. l. 2 §. 47. *D. de orig. iur.* De his sectis plura notabimus ad Pandectas. (*Part. I. §. 85. seqq.*)

§. 8.

Nec non
Institutiones.

Hinc porro INSTITVTIONES EXETERUM iureconsultorum enchiridiis, et maxime ex Cui In-

Eberhard Otto Comment ad Inst.

Arnold Drüner lib. II Inst. Comment

tionibus, Triboniani, Dorothei, et Theophili * opera conscribendas curavit, vt essent totius legitime scientiae prima elementa. §. 3. 4. 6. *proem. Inst.*

Qui Theophilus non diuersus est ab eo, cuius Graeca Institutio exstat paraphrasis. Car. Ann. Fabrotus dissentit, et obseruat tamen, Theophilum a Thalelaeo citari. Thalelaeus autem procul dubio fuit Iustiniano σύγχερος Vid. Praefat. nostr. Vinnii Commentario in *Instit. praemissa.*

§. 9.

Qui libellus, vtut post pandectas compositus, ante eas tamen publicatus est xi. Kal. Dec. anni 533. Iustiniano A. tertium consule. §. 7. *proem. Inst.* *Earum publicatio et confirmatio.* plenissimum illud constitutionum Iustinianearum robur, de quo §. 6. *proemii*, vna cum Pandectis demum obtinuit ex iiii. Kal. Ian. anni 533. l. 2. §. 23. *C de vet. iur. enucl.*

§. 10.

Quum paullo post editas Pandectas et Institutiones deprehenderet imperator, non paucas superesse Codicis Iustiniani et Pandectarum dissensiones: e re visum est, Codicem illum retexi, nouumque adornari, qui ideo vocatur CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS, abolito Iustiniano *, editus publicatusque xvi. Kal. Dec. anno 534. Iustiniano A. quartum et Paullino cons. *Const. cordi nobis §. 3. 4. §. 6. de emend. Cod. Iustin.* *Codex repetitus praelectionis.*

* Hinc saepe in Institutionibus laudantur constitutiones, quas frustra quaesieris in Codice. Exempla vide utis §. 20. *Inst. de legat.* §. 27. *Inst. eod.* §. 7. *Inst. de legis. agnator. success. pr.* *Inst. de bonor. possess.* §. 24. et 33. *Inst. de actione.*

§. 11.

Sequutae sunt postremo hanc compilationem variae constitutiones νεωγαί, seu NOVELLAE, Graece maximam partem conscriptae *. Has se ipsum in aliam congregationem, quae nouellarum nomiae constitutionum significatur, relaturum, promiserat Iustinianus *Const. cordi nobis §. 4. de emend. Codic.* *Novellae a Iustiniano collectae.* *Eniclii nouellarum explicatio.*

Codic. quin et praestitisse eum, quod promiserat, testantur Io. Malala in Justin. pag. 168. Agath. lib. V. pag. 140. et Paull. Diacon. Histor. Longobard. lib. I. cap. 25. quippe qui Iustinianum novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactas, CODICEM NOVELLARVM vocari sanxisse, scribit.

- Maximam partem dicimus. Quaedam enim Latine editae videntur, (vid. *Nou. 66, cap. I. §. 2.*) veluti 9. 11. 23. 62. 143. 150. Quamvis enim et in his Graecismos repererit V. C. Io. Frid. Hombergk in *praef. nou. Vers. Nouell.* id tamen facile contingere potuit acuo Iustiniano et Constantinopoli scribentibus.

§. 12.

Earum collectio et versio Latina.

Et volumen sane istud, ipsius Iustiniani collectum auspiciis, non diuersum videtur ab illo, quod hodie pars Corporis iuris est, quodque in *NOVEM COLLATIONES* distinctam esse, animaduertimus, quamvis alicubi laciniis quibusdam auctum, veluti sub finem, vbi eparchica quaedam sub nomine *NOVELLARUM* occurrunt. Pro' textu authentico habemus hodie versionem Latinam, antiquam illam quidem, quippe qua iam Gregorius M. papa vsus videtur *lib. XI. epist. 53.* aliquando et satis accuratam, obseruante Cuiacio *lib. VIII. obseruat. cap. 40.* sed barbaram tamen, et hinc inde obscurissimam. *

- At quum ipsas constitutiones Graecas iam editas habeamus ab Haloandro, Heruagio, Scringero, Ruffardo: Graecarum litterarum non imperiti inde facile genuinum sensum haurient. Quin notum est, nouam Graeco textu versionem adornasse V. C. Io. Frid. Hombergk zu Vach, quae prodit *Marburgi 1717, 4.* Sed textum ramen in foro non alium, quam illum semibarbarum, receptum esse, recte obseruant Alb. Gentilis *de libris iur. ciuil. cap. 7.* et Arthur. Duckius *de auctoritate iur. ciuil. I, 4, 16.*

§. 13.

*Authenticae
129 quid?*

Ex Nouellis istis, et constitutionibus quibusdam Fridericorum, imp. Germ. ab Innerio, vti videtur, aliisque quibusdam iurisprudentiae restauratoribus, decerpae sunt *AVTHENTICAE*, id est summaria

nouel-

*gloriosissimus
qui semper
vidi totum iuramentum*

Quidam coment authenticarum

vid. § 18.

nouellarum constitutionum, legibus Codicis, quibus derogant, subiuncta. *

* De Authenticarum auctoribus et erroribus videndus est Io Strauchius in *Irnerio non errante*, et inter quos actis ea de re contentio fuit Alex. Arnould Pagenitecherus *Sicilim manip.* 3. et in *Irnerio iniuria vapulante*, ac V. A. Cornel, van Bynkerhoeck *de auctoritate auctoribusque Authenticarum*, quod cum aliis Opusculis prioribus nuper recusum est *Lugd. Bat.* 1730, 4.

§. 14.

Praeterea ab Hugolino a Porta Rauennate, iure-
consulto Bononiensi, uti Guid. Pancirol. *de clar. leg. ad Mincucc.* §. 4. ex Odofredo ostendunt, Nouellis sub titulo decimae collationis additi sunt libri FEVDORVM, medio circiter saeculo duodecimo a Philiberto episcopo, Gerardo Nigro, Oberto ab Orto, Coss. Mediolanensibus, qui ab Ottone Frisingensi, *de gest. Frider.* II, 13. memorantur, et ab aliis fortassis compilati. Unde et hi vna cum Corpore iuris recepti in forum, iuris communis feudalis auctoritatem obtinuerunt, saluis tamen moribus cuiusque gentis patriis. Conferenda hic omnino *Thomasi Selecta feudalia.* (Add. *Histor. iur. lib. I. §. 42.*)

§. 15.

Quum ergo sensim in hanc molem excreuerit ius Iustinianum, (§. 5. sequ.) et lex posterior deroget priori: (*l. ult. D. de const. princ.*) consequens est, 1) ut Codicis Gregoriani, Hermogeniani, et Theodosiani, quae existant, fragmenta, quamuis ad iuris interpretationem vtilissima, tamen nullius in foro auctoritatis sint, nec sine facti crimine ad decisionem causarum citentur. *l. 2. §. 19. C. de vet. iur. enucl.* 2) Ut Nouellae derogent libris omnibus, quia postremo prodierunt. (§. II.) 3) Ut Codex deroget Institutionibus et Pandectis, quippe vtrisque posterior. (§. 10.) 4) Ut Institutiones et Pandectae, quae ab eodem tempore robur suum ob-

Qui libri Iureas sibi, quas dicit hic pro Corporis ponit, vera crepat in genere inimi iuris sibi cum disputat de radice gentis ius, inuicem istigues et alit, tamen id potest derogent? de temporib. Iurisdictioni m. d. e. n. ponit, neque. Iureas inuicem vera sunt quae dicit, in casu vero posteriori falsis sunt quae dicit. Nam omnes istae partes sunt vtriusque temporis in Germania receptae sunt, nullatenus potest honoris nulla antiquior idea, si istae partes contra se pugnant. a legis latore respondeat, et reconuicti habito.

tinuerunt, (§. 9.) eiusdem auctoritatis sint, et neutrae alteris derogent. *

* Quia tamen in quibusdam pugnant, obseruandae sunt regulae: I. *Institutiones cedunt Pandectis, tamquam auctoritatibus suis, quatenus ex his descriptae sunt.* Hinc e. c. lex 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom.* merito praefertur §. 25. *Inst. de rer. diuis.* II. *Pandectae cedunt Institutionibus, quoties, his nouationem ex instituto fieri, aspares.* Hinc e. c. §. 7. *Inst. ex quib. causis, manum.* merito praefertur *legi 9. et l. II D. de manumiss. vind.* Vid. *Huber Praelecti. ad Inst. prooem. §. 10.*

§. 16.

An Authenticae auctoritate polleant?


Quia deinde priuatus non condit leges: consequens est, 5) vt Authenticae, quippe a priuatis confectae, (§. 13.) non polleant auctoritate legum, nisi quatenus cum Nouellis, ex quibus decerptae sunt, conueniunt *. *Rittershuf. Promulsf. error. Irnerianor. Wissend Syll error. Irner.*

* Saepe autem non conueniunt. *Exempla vide in Auth. Bona damnatorum C. de bon. proscript Auth. Ex causis C. de lib. praeterit. et exher. Auth. Haec ita C. de verb. oblig. Auth. Sed hodie C. de iudic. quas si contenderit cum auctoritatibus suis, discrimen statim in oculos incurret.*

§. 17.

Quanta hodie sit iuris Romani auctoritas?

Quia denique Iustiniano, qui Orienti praefuit (§. 3) pars maxima Europae, in qua hodie ius Romanum viget, numquam paruit: consequens est 6) vt ius Iustinianum hodie obliget, quatenus receptum. 7) Vt illi leges et statuta. nec non mores patrii singularum ciuitatum et gentium praeferrantur. 8) Vt *Nouellae Leonis*, quamuis cum iure Iustiniano edi soleant, nec non *Edicta Iustiniani 13.* et constitutiones quaedam, a *Iac. Cuiacio, Contio*, aliis que viris doctis restitutae, contra ius Iustinianum non valeant. *Cuiac. lib. XVII. Obs. Cap. 31.*



LIBER I.

TITVLVS I.

DE IVSTITIA ET IVRE.

§. 18.

Finis vniuersi iuris est IVSTITIA, cuius se sacer- *Finis iuris*
dotes profitentur iureconsulti. * l. 1. §. 1. *prudenciae*
iustitia.

D. h. r.

Aemulati philosophos, imprimis Stoicos, quorum
praeceptis plerique veteres iureconsulti imbuti fue-
runt. Vid. Em. Merill. *Obs. lib. I. cap. 8. sequ. V.*
G. Eu. Ortonis *Orat. de philof. veter. Ictor. Stoi-*
ca. Nam et philosophi olim se vocare solebant
τῆς ἀρετῆς προσεῳτάς καὶ μόνους ἱερεῖς,
virtutis antisites et solos sacerdotes. Diog. Laërt. prooem.
Merill. lib. I. Obs. cap. 11.

*Iuris prudentia
est. et ea iustitia
sive iuris ac iustitiae
cognitio*

§. 19.

IVSTITIA ex principiis philosophiae moralis *Iustitia iustitia est sensu*
Stoicae * est constans et perpetua voluntas *iuris suum*
cuique tribuendi. *quid? Idcirco est ea quae in
in homine quod alteri in cuius
intere est ut acta tribuat. Ita
leges tribui voluit.*
pr. Inst. l. 10. pr. D. h. r.

149

• Stoicis enim, quibus additi iureconsulti veteres (§. 18.)
omnis virtus consistere dicebatur in constantia, vel con-
stante ac perpetuo animi proposito. Cic. *Parad. III.*
cap. I. Seneca Epist. 66. 120. Conf. V. C. Ger. Noodt.
Probabil. lib. III. cap. I. Ast in ciuitate is etiam ha-
betur vir iustus, qui externas actiones ad legem com-
ponit, quamuis non accedat constans illa ac perpetua
voluntas. Cogitationis enim poenam in foro nemo
patitur. l. 18. *D. de poen.*

§. 20.

Quandoquidem itaque iustitia ius suum cuique *Ea vel ex-*
tribuit, (§. 19.) homines vero alia iure perfecto, *plexrix,*
alia iure imperfecto a se invicem exigere possunt, *vel attribu-*
vel, (ut Paullus l. 17. §. 3. *D. commod. vel contr.*
loquitur), *quaedam voluntatis et officii magis, quam*

necessitatis sunt; iustitia recte in EXPLETRICEM, et ATTRIBVTRICEM diuiditur a Grotio lib. I. de iure belli et pac. cap. 1. §. 8.

§. 21.

*Viriusque
differentia.*

EXPLETRIX est, quae cuique tribuit, quod iure perfecto debetur: ATTRIBVTRIX, quae cuique tribuit, quod voluntatis et officii magis est, quam necessitatis. (§. 20.)

§. 22.

*Praecepta
iuris.*

Qui iustitiam attributricem colit, *boneste vivit.* Qui expletricem, *is neminem laedit, et suum cuique tribuit.* Vnde habes tria iuris praeepta *, de quibus §. 3. *Inst. et l. 10. §. 1. D. b. 1.*

* Quomodo eadem cum virtutibus cardinalibus Stoicorum concilianda sint, docet Thomas. *Not. ad Inst. b. 1.*

§. 23.

*Iustitia
vniuersa-
lis, particu-
laris, com-
mutatiua et
distributi-
ua.*

*A iustitia
ius, a iure
iuris pru-
dentia.*

Qua diuisione iustitiae (§. 20. 21.) quum multo obscurior sit altera in *vniuersalem et particularem*: de ea aeque, ac de tertia in *commutatiuam et distributiua*, commodior ad Digesta erit dicendi locus.

§. 24.

A iustitia, (non quidem grammaticae, sed moraliter), IUS; (*l. 1. pr. D. b. 1.*) a iure IVRIS PRVDENTIA dicitur.

§. 25.

*Iuris pru-
dentia quid
veteribus?*

IVRISPRVDENTIA veteribus est *rerum diuinarum et humanarum notitia, iusti iniustique scientia* §. 1. *Inst. l. 10. §. 1. D. b. 1.* Cuius definitionis priora verba alias ad definitionem philosophiae pertinent: Senec. *Epist. 89.* adeoque sensus est, iuris prudentiam esse *philosophiam, quae in iusti atque iniusti scientia consistit.* * (Conf. praefatio Fasciculo scriptorum de iure nautico et maritimo praemissa.)

* Iureconsultis enim perpetua erat aemulatio cum philosophis ἀπειράτοις, qui sola barba et pera id nomen tuebantur. Quemadmodum ergo iureconsultos veram,

non simulatam, philosophiam affectare, dicit Ulpianus l. 1. §. 1. D. h. t. ita ab eodem iuris prudentiam philosophiae definitione exornari, minime mirandum.

§. 26.

Concinnius tamen definiiri potest, quod sit *habitus* *Quomodo* *us* *practicus* *leges* *recte* *interpretandi* *applicandique* *nobis* *definiatur?* *rite* *quibus* *suis* *speciebus* *obuenientibus.*

§. 27.

Interpres non ad verba tantum legum, sed et *Interpretatio* *legum* *ad* *earum* *vim* *et* *potestatem* *respicit.* *l. 17. D. de* *interpreta-* *legib.* *Qui* *enim* *leges,* *quas* *memoria* *tenet,* *non* *tur.* *intelligit,* *LEGULEIVS* *vocatur* *a* *Cicerone* *lib. I. de* *orat. cap. 55.*

§. 28.

Vis et potestas legum ex ratione earum perspici- *Interpreta-* *tur,* *quae,* *si* *latius* *patet* *verbis,* *interpretationis* *tio* *quota-* *EXTENSIVAE;* *si* *verbis* *angustior* *est,* *RESTRICTI-* *vae?* *VAE;* *si* *cum* *verbis* *pari,* *passu* *ambulat,* *DECLA-* *RATIVAE* *fundamentum* *habetur.*

§. 29.

Leges interpretatione explicatae applicantur a iure *Applicatio* *consulto* *factis* *vel* *speciebus* *obuenientibus,* *(§. 26.)* *legum* *ad* *adeoque* *ille* *legum* *et* *consuetudinum* *earum,* *quibus* *facta.* *privati* *in* *ciuitate* *utuntur,* *et* *ad* *RESPONDENDVM,* *et* *ad* *AGENDVM,* *et* *ad* *CAVENDVM,* *(adde* *et* *ad* *iudicandum),* *peritus* *esse* *debet,* *iudice* *Cicerone* *lib. I. de* *orat. cap. 48.* *Qui* *ergo* *nulla* *accuratioe* *iuris* *notitia* *imbutus,* *cruda* *studia* *in* *forum* *propellit,* *euertendis* *que* *aliorum* *fortunis* *quaestum* *facit,* *AV-* *BVLA* *vocatur* *ab* *eodem* *Cicerone* *ibid. cap. 55.*

§. 30.

Quum vero iuris prudentia in interpretandis ad- *Iuris* *diui-* *plicandisque* *legibus* *versetur,* *(§. 26.)* *leges* *autem* *sio* *in* *publi-* *vel* *de* *status* *publico,* *vel* *de* *privatorum* *negotiiis* *feran-* *tur:* *ius* *recte* *diuiditur* *in* *PUBLICVM* *et* *PRIVA-* *tum,* *quae* *et* *duae* *iuris* *positiones* *** *vocantur* *§. 4.* *Inst. l. 1. §. 2. D. h. t.*

* Positio, *τόπος, θέσις* Stoicis dicebatur pars, seu species Cuiac. ad l. 115. D. de verb. signif. Eodem vocabulo positionis eodem sensu usum esse Palladium de re rust. lib. III. tit. II. observavit V. C. Car. Andr. Duker. de Latin. Ict. ves. p. 336.

§. 31.
 Quid publicum? quid priuatum? PUBLICUM ^{de} de statu iuribusque rerum publicarum, (vel de imperantium ac ciuium nexu), praecipit; PRIVATUM ^{ad} ad singulorum utilitatem, (id est, ad meum et tuum,) spectat * l. 1. §. 2. D. h. t.

* Ab obiecto ergo dicitur haec partitio; non a causa efficiente vel finali. Secundum has enim et priuatum ius recte vocatur publicum. l. 38. D. de pact. l. 8. D. de tutel. l. 29. D. de testam. tut. l. 18. §. 1. D. de damn. inf.

§. 32.

Vtriusque triplex origo. Vtrumque, (non solum priuatum*), tripartitum est, collectum quippe ex NATURALIBVS praecipit, GENTIVM, et CIVILIBVS. §. vlt. Inst. l. 1. §. 2. D. h. t. De quibus agendum erit titulo sequente.

* Si semper recte ius naturae definias, uti nos infra §. 40. Ulpianus vero, qui ius naturale hominibus cum reliquis animantibus commune putabat, (§. 36.) non poterat inde deriuare ius publicum, cuius nec vestigium nec umbram inter bruta notamus.

TITVLVS II.

DE IVRE NAT. GENTIVM ET CIVILI.

§. 33.

Ius, vocabulum alias maxime *πολύσημον*, (l. 11. et 12. D. de iust. et iur.) hic pro lege, vel potius complexione legum omnium vnius generis, accipitur. Quales ergo sunt leges, tale ius emergit.

§. 34.

Leges igitur quum vel diuinae, vel humanae sint: ius quoque vel DIVINVM, vel HUMANVM esse oportet. (§. 33.)

§. 35.

Ius quo sensu hic accipitur? Ius, vel est positivum, quod cognoscere nequeo nisi a profusione spe factae cuiusmodam revelacionis. Afflictum iterum est vel Divinum vel humanum prout michi notum vel ex revelacione Dei vel hominis

347
 Conventas distracti
 orum dicitur non
 jus vel est naturale humanum
 a priori cognoscitur sine
 fide vel est positivum quod cognoscere
 leve ab initio. Afflictum iterum est
 vel ex revelacione Dei vel hominis

§. 35.

DIVINUM, prout vel per rectam rationem, vel *Diuini di-*
per sacras litteras promulgatur, aut NATURALE *usio.*
et GENTIVM dicitur, aut POSITIVUM, Sed hanc
distinctionem veteres negligunt.

§. 36.

NATURALE ex principiis Stoicorum (§. 18. *) *Quid ius*
definit Ulpianus, *quod natura omnia animalia docuit. naturae?*
l. 1. §. 3. D. de iust. et iur. pr. Inst. h. t. Stoicis
enim iuste viuere erat secundum naturam viuere.
Natura iisdem erat vel hominibus cum brutis com-
munis, vel illis propria. Ex *communi* IUS NATU-
RAE; ex *propria* IUS GENTIVM deriuabant *, *l. 1.*
§. 3. et 4. D. de iust. et iur.

Vnde dici nequit, Stoicos, brutis tribuisse rationem.
Alia omnia discimus ex Plutarch. *de sollert. animal.*
Nec magis id faciebant iureconsulti. *l. 1. §. 3. D. si*
quadr. pauper. fec. dic. Conf. V. C. Barbeyrac. *ad Pufen-*
dorff. de Iur. nat. et gent. lib. II. cap. 3. §. 2. Nec
tamen brutis negabant facultatem viuendi secundum natu-
ram, eiusque leges, atque inde et ius naturae illis
cum humano genere commune esse adseuerabant.

§. 37.

Quemadmodum ergo *ius naturae* omnibus ani- *Quid ius*
malibus; ita IUS GENTIVM *solis hominibus inter se gentium?*
commune esse docebant: *l. 1. §. 4. D. h. t.* idque illis
vel PRIMARIUM, vel SECUNDARIUM erat, quam-
uis haec vocabula artis veteres ignorent.

§. 38.

PRIMARIUM dicitur, *quod naturalis ratio*, (non *Eius diui-*
natura communis, sed propria hominibus §. 36.) *sio in pri-*
inter omnes homines constituit, et apud omnes peraeque marium.
custoditur. §. 2. Inst. h. t. l. 1. pr. D. de acquir.
ver. dom.

§. 39.

SECUNDARIUM, *quod usu exigente et humanis ne-* *Et secun-*
cessitatibus est introductum, §. 1. Inst. h. t. vel, uti Mo- *darium.*
desti-

destinus l. penult. D. de legib. definit, quod necessitas constituit. Merill. Variant. Cuiac. lib. I. cap. 1. Primum ergo absolutum; secundarium hypotheticum est.

§. 40.

Quid nobis ius naturae? Ita veteres. Nobis, quos nemo Stoeae, tamquam glebae, adscriptis, IUS NATURALE est ius ab ipso Deo generi humano per rectam rationem promulgatum. Epist. ad Rom. cap. 2. v. 15.

§. 41.

Quid ius gentium? IUS GENTIUM VERO est ipsum ius naturale *, integrarum gentium negotiis et causis applicatum. Pufendorf. lib. II. de iur. natur. et gent. cap. 3. §. 23.

* Quod et veteres quidam videntur agnouisse, Vid. l. ult. pr. iunct. l. 14. D. de rit. nupt. l. 19. pr. D. de captiu. et postlim. l. 31. pr. D. de pos. l. 84. D. de reg. iur. quos sequitur imperator §. 11. Inst. de rer. diuis. ibi: iuris naturalis, quod appellatur ius gentium.

§. 42.

⁴²⁾ Non est quod cuiusque Ius diuinum positivum. Ius diuinum POSITIVUM denique (35), quod per sacras litteras promulgatum, ex recta ratione sola non innotescit, vel humano generi commune, vel genti Iudaicae proprium est, et hinc in VNIVERSALE et PARTICVLARE distingui solet. Ad prius re- leg. sed promulgata sunt tibi praeferebantur precepta et leges Genes. cap. 9. v. 6. Le- ferunt, sed reuelatae sunt diuina ob- uit. cap. 18. et 20. et similia. leg. humana. de iur. con. fundit cum triba. iocum

§. 43.

⁴³⁾ Ius humanum vel civile. Huic iuri diuino opponitur HUMANVM (§. 34.), quod et CIVILE dicitur, et Caio nostro est ius, quod quisque populus sibi constituit, et cuiusque civitatis proprium est. l. 9. D. de iustit. et iur. κατ' ἐξοχήν civile vocatur ius Romanum, vel Quiritium; quemadmodum et Roma κατ' ἐξοχήν urbs dici solebat. §. 2. Inst. h. t.

§. 44.

⁴⁴⁾ Ius diuinum seu in scripto. Populus vero liber vel expresse sibi ius constituit, vel tacite. Quid enim interest, suffragio populus volun- non esse promulgatum, si suo in scri- legem promulgatam non esset plane illud non valeret, sed ipsa sui existeret potentia, qua promulgatio affluenter constituit differentia inter scripta et non scripta. Quid autem est promulgatio et legem promulgatam? Epist. ad Rom. cap. 2. v. 15. Ius diuini legis est quod non est legem promulgatam: et in scriptis, cuius auxilio iudicium adhibentur ad sciendum legis tenore attingitur legem vocatur promulgatio.

voluntatem suam declaret, an rebus ipsis et factis? *ptumet nos*
l. 32. §. 1. D. de legib. Unde differentia iuris *SCRIPTUM*.

PTI, ἔγγραφος, et *NON SCRIPTI*, ἀγγράφος.
 §. 3. *Inst. h. t. l. 6 §. 1. D. de instit. et iur.*

* *SCRIPTUM* IUS iureconsultis non est in scripturam redactum, sed promulgatum: *NON SCRIPTUM*, non promulgatum. Sequuntur ea in re Graecos, quibus γράφειν νόμους saepe non est leges scribere, sed promulgare. Hinc Libanius' tom. I. pag. 476. Lycurgum ait γράψαι νόμους, scripsisse leges: quum tamen leges ab eo latae in scripturam redactae non fuerint. Plutarch, in *Lycurgo* p. 47. Et Plato, qui apud Laërtium itidem ius diuidit in γεγραμμένον καὶ ἀγγράφον, hoc definit, quod sit νόμος κατὰ ἔθνη γεγόμενος, ius per consuetudinem constitutum, Itaque diuersa Atheniensium et Lacedaemoniorum instituta potuerunt quidem occasionem dedisse huic iuris partitioni, ut ait imperator §. 10. *Inst. h. t.*, nam Athenienses omnino iure scripto, Lacedaemonii non scripto usi sunt: sed tunc alio sensu, puta grammatico, distinctio ista accipitur. Occasionem ergo istae ciuitates dedere partitioni iuris in ἀγγράφον et ἔγγραφον, sed non illi acceptioni harum vocum, qua iureconsulti vtuntur.

§. 45.

Iuris scripti species apud Romanos ob mutatam *Species iuris scripti.*
 subinde formam rei publicae erant plures. Nam eo

§. 3. *Inst. h. t.* referuntur I. *Leges*, II. *Plebiscita*, III. *Senatusconsulta*, IIII. *Principum placita*, V. *Magistratum edicta*, VI. *Responsa prudentum**, quae et strictissime ius civile dici solent. l. 2. §. 5. *D. de orig. iur.*

* Atqui ius istud civile strictius acceptum sine scripto venire, et sine scripto in sola prudentum interpretatione consistere dicitur l. 2. §. 5. et §. 12. *D. de orig. iur.* Responsum cape. Ἄγγραφος haec iuris pars fuit ratione originis, quia, non promulgata, tacite in foro auctoritatem obtinuit. Posteaquam vero illam, Corpori iuris insertam, cum legibus reliquis publicauit Iulianus, ἔγγραφος esse coepit.

§. 46.

§. 46.

Quid lex?

LEX est, quam populus Romanus, (id est patricii et plebs coniunctim, qui et Quirites dicuntur), senatorio magistratu rogante, veluti consule, (dictatore, tribuno militum cos. potest decemviris, praetore, et quidem in comitiis olim curiatis, l. 2. §. 2. D. de orig. iur. postea centuriarum, vel tribuum suffragiis), constituit. §. 4. Inst. b. t.

§. 47.

Quid plebiscitum?

PLEBISCITUM, quod plebs, (a patriciis discreta) plebeio magistratu rogante, veluti tribuno plebis, (in comitiis tantum tributis, et tribuum suffragiis), constituit. §. 4. Inst. eod. Quibus plebiscitis quum initio teneri nollent patricii; postea iis eadem auctoritas data, ac ipsis legibus*, per legem primum HORATIAM, latam anno V. C. 306. Liu. lib. III. cap. 55. deinde per PUBLILIAM anno V. C. 416. Liu. lib. VIII. cap. 12. ac denique per HORTENSIAM, anno V. C. 465. l. 2. §. 8. D. de orig. iur. Gell. lib. III. cap. 38.

Vnde ex eo tempore et plebiscita dici coeperunt *leges*, veluti *lex Aquilia, Falcidia, Voconia, Cincia, cetera.*

§. 48.

SCtorum origo.

SENATVSCONSVLTA libera adhuc republica erant decreta senatus de rebus, amplissimi eius ordinis curae demandatis*. Vid. Polyb. Hist. lib. VI. cap. 12. seqq. Posteaquam vero Tiberius, euersurus antiquum leges ferendi morem, comitia ex campo transfulerat in curiam: (Tacit. lib. I. Annal. cap. 15.) non ambigebatur, senatum ius facere posse. l. 9. D. de legib. l. vi. C. de SCtis.

Senatus consulta ergo libera republica ad curam aerarii, legationes, administrationem prouinciarum, cognitionem de maleficiis per Italiam admissis, triumphos, comitia, ferias, supplicationes, aliaque huius generis, pertinebant. Polyb. *ibid.* Sed non faciebant ius, nisi populi suffragiis probata, quod saepe factum nouimus. Dionys. Halic. lib. X. pag. 676. Alias populum

lum non tenebant, Liu. *lib. VIII. cap. 8.* sed senatum tantum illius anni, tamquam *πολιτεύματα καιρὸν ἐνιαύσιον ἔχοντα ἰσχύον*, instituta unius anni, ut idem vocat Dionys. *lib. VIII. p. 595.*

§. 49.

Quum ergo senatus ab eo tempore populum vel *Quid SC?* comitia repraesentaret: (§. 48.) SENATUSCONSULTVM definiri poterit, quod sit ius, a senatu, loco populi, ad orationem principis, vel consulis relationem constitutum. §. 5. *Inst. b. t. l. 2. §. 9. D. de orig. iur.*

§. 50.

Talia SC. vel, uti nonnumquam vocantur, iura *Quamdiu* ORATIONIBVS PRINCIPVM constituta, l. 8. *D. de durarint?* *transact. l. 1. D. in quib. causf. pign. iunct. l. 52. §. 10. D. pro soc. l. 60. pr. D. de rit. nupt.* post Antoninorum tempora paullatim ab usu recesserunt, postquam multo ante principes, in quos ius omne populus per LEGEM REGIAM * contulerat, §. 6. *Inst. b. t. constitutionibus* vel edictis suis iura noua sancire coeperant. Exemplum Vespasiani habes in l. 4. §. 6. *D. de legation.*

* LEX illa REGIA, quae et LEX IMPERII dicitur in l. 3. *C. de testam.* nec non AVGVSTVM PRIVILEGIVM in l. vn. §. 14. *C. de caduc. toll.* nihil aliud erat, quam complexio praerogatiuarum, imperatoribus decretarum sub auspiciu imperii. Adeoque ea constitit variis SCtis, paullatim factis in honorem principum, de quibus plura diximus in *Antiqu. Rom. b. t. §. 63. seqq.*

§. 51.

CONSTITVTIONES huius modi sunt *princi-* *Constitu-* *tiones quid* *sint?* *placita, quae, si hi voluit, (§. 6. Inst. b. t.) legis* *habent vigorem. l. 1. pr. D. de const. princ.*

§. 52.

Quum ergo illae a principis voluntate auctoritatem suam fortiantur, (§. 51.) princeps vero iis vel *Quotupli-* *ces?* omnes ciues velit obstringere, vel quibusdam extra ordinem aliquid aut indulgere, aut imponere: prio-

B

res

KA



res vocantur *generales*, quales sunt *RESCRIPTA*, *DECRETATA*, *EDICTATA*; posteriores *speciales*, quales sunt *PRIVILEGIA*, quae ad exemplum non trahuntur *. §. 6. *Inst. b. t. l. 1. §. 1. et 2. D. de const. princ.*

* Hac sola ratione privilegia vocantur constitutiones *speciales*. Nam alioquin et ea, maxime favorabilia, omnes obligant, eatenus, ne eum, qui privilegium impetravit, in eiusdem exercitio turbent, vel impediant.

59.) = 55.)

Haec species con, Rescripta, Ait ut nonum imp, eorumque tantum ele p d nos, variae sp. quidem a quibus, circa lris, statum edique mulatione distingimus nimum rescripta et edicta illa, et rescriptum vocemus legem, quae in singulari causa jus facere debent, citra con sequentiam. Edictum vero vocatur ea lex, quae non so, censio uno vata singulari, sed etiam in Decreto. omnib. simi lib. jus constituit decreta, seu species legum in sensu Iuris Romani: accepta hodie non occurrunt. Edicta vero et Mandata non quod nec sunt ignominia Edicta.

§. 53.

RESCRIPTIS princeps vel ad libellos, seu *ἑρωσεις partium*, vel ad consultationes *magistratum*, vel ad desideria *universitatum* responderet: l. 19. §. 9. *D. locat. l. 3. §. 1. D. de testib.* quorum ista *ADNOTATIONES* seu *SVBNOTATIONES*, illa *EPISTOLAE*, haec *SANCTIONES PRAEMATICAE* dicuntur. l. 6. l. 7. *C. de divers. princ. rescr. l. 12. C. de vectigal.*

§. 54.

DECRETA dat imperator, dum, *caussa inter partes cognita*, siue *sententiam fert*, siue *de plano interloquitur*. l. 1. §. 1. in fin. *D. de const. princ. l. ult. pr. C. de legib.*

§. 55.

EDICTIS denique princeps *motu proprio ius novum ad universorum civium utilitatem constituit*. l. 1. §. 1. *D. de const. princ.* * Unde ab *edictis* facile distinguas *MANDATA*, quae et ipsa *motu principis proprio*, sed ad *certas tantum personas diriguntur*, l. 1. *C. de mandat. princip.* maxime ad magistratus provinciales. Jac. Gothofr. ad l. vii. *C. Th. de mandat. princip. p. 28. tom. I.*

Videntur primo imperatores ea, quae senatus ad orationem principis decreverat, edictis publicasse; V. C. Burmanno, *de vectigal pop. Rom cap. 6. Maran. Paratit. p. 61. edit. nou.* postea, firmata suis auctoritate sua, etiam inconsulto senatu, quid pro lege futurum sit, edicere paulatim coepisse.

§. 56

§. 56.

Ex eodem principio, quod principum constitutiones legis habeant vigorem, si princeps velit (§. 51.) consequens est, 1) ut rescripta non faciant ius, si preces veritate haud nitantur, *l. fin. C. de divers. rescr. et pragm. sanct.* vel si princeps non subscripserit, vel si dies et consul desideretur, *l. 3. et l. 4. C. eod.* vel si aut in rei publicae detrimentum, aut in praedudicium iuris, tertio quaesiti, tendant, *l. 3. l. 7. C. de precib. imp. offer. l. 6. C. si contra ius vel util. publ.*

36)
An rescripta ius faciunt?
 Non sibi caveas, nec officium iudicis subverti con-
 feras, et obligationem legis latore
 ex am Deo, quatenus imperans est Atiam
 catenus observari debet, quae auctoritas
 sed si legistator suus ex tua sententia
 contra suum officium legislatoris pe-
 separe non vult usque subit tibi non
 semper tibi iudicium, sed tunc in modo
 officium.

§. 57.

Ex eodem consequitur, 2) ut decreta ius tantum faciant *inter partes*, *l. 2. C. de leg. et constit.* nisi princeps iis vel ius obscurum et ambiguum interpretetur, *l. 12. §. 1. C. eod.* vel id decretum ad similes species proferri diserte iubeat, *l. 3. C. eod.*

An decreta?

§. 58.

Denique inde fluit, 3) sola edicta * proprie ius facere, et pro lege esse. Vnde et LEGES EDICTALES PERPETVAE, vel in PERPETVUM VALITURAE dicuntur, *l. 6. C. de sec. nupt. l. 2. C. ubi quis de curial. vel cohort. l. 6. C. de divers. rescript.* itemque EPISTOLAE GENERALES, *l. 1. §. 2. D. de fugit. SACRAE LEGES. Nou. 48. in fin.*

An edicta?

* Ita res sese habet, si constitutiones in se considerentur. Nam quatenus rescripta et decreta veterum imperatorum aequae ac edicta in foro sensim auctoritatem obtinuerunt, et demum a Iustiniano Corpori iuris inserta sunt, eatenus et ipsa ius facere, et pro lege esse dicuntur.

§. 59.

Constitutionibus generalibus opponuntur speciales, **Privilegia**, (§. 52.) quae et PRIVILEGIA, quasi privatae leges, adpellantur. Gell. lib. X cap. 20.

§. 60.

PRIVILEGIA ergo sunt constitutiones, quibus imperans vel ob meritum aliquid indulget, vel poenam irrogat

60)
Quid sint? Privilegium est lex
 qua lex anterior generalis subditur
 ear oetorum subditorum in futurum
 manente ejus obliganti a ratione reli-
 quorum.

gat extra ordinem, ut tamen ad exemplum non tra-
hantur *. (§ 52) §. 6. Inst. b. r.

Ab his ergo privilegiis recte accuratiores distinguunt
beneficia legis, cum generalia, veluti restitutionis in in-
tegrum, inventarii, ordinis, diuisionis, tum specialia, qui-
busdam hominum generibus, ut mulieribus, studiosis,
fisco, collegiis et corporibus data, quae et nonnum-
quam iura singularia, et improprie privilegia adpellan-
tur. Cuiac. *Obs. lib. XII. cap. 8.*

§. 61.

Haec vel Proinde privilegia vel ODIOSA sunt, quibus poe-
ostiosa, vel na extra ordinem maior, quam lege definita, infligitur *,
favorabilia. vel FAVORABILIA, quibus ob merita aliquid indul-
getur. (§. 60.) §. 6. Inst. b. r.

* Illa legibus 12. tabularum vetita. Cic. *pro domo cap.*
18. Saepe tamen irrogata sunt a tribunis turbulentis,
Cic. *pro dom. cap. 17.* et postea a principibus. l. 2. in
fin. D. de his, qui sui vel alien. iur. l. 28. §. 3. D. de
poen. l. ult. D. si quis a par. manum. Quum vero
ea bonus princeps vix irroget: multo minus iudicem
vel mitiorem, vel seueriorem lege esse decet, quia pri-
uilegia sunt constitutiones solius principis. (§. 60.) l. 8.
§. 2. C. ad leg. Jul. de vi publ. vel prin. Vnde non ex-
cusanda Galbae, adhuc proconsulis, seueritas, de qua
Sueton. in Galba cap. 9.

§. 62

ut advertebat cum
obstantibus aliis in Nec non vel Eadem privilegia vel PERSONAE tribuuntur,
ratione iuris et prin- vel CAUSSAE. Illa personalia; haec realia dicuntur
legis oriundi, alia sunt vel causae. doctoribus. Illa cum persona expirant, nisi quod
vel transitoria, alia vero non sed moribus hodiernis nonnumquam et viduae, mor-
sed ex sola voluntate conceduntur tuo marito conceduntur; haec ad heredes transeunt.
dependet quaestione delictis nunc
aliquos privilegia sunt sed transi- l. 3. §. 1. D. de cens. l. 196 D. de reg. iur.
torum nec ne.

§. 63.

Priuegia Quum ergo privilegia sint constitutiones: (§. 60.)
solas impe- consequens est, 1) ut ea solus imperans concedat.
rans conca- 2) Ut ea concedendi ius non sit magistratibus. (§.
dit. 61. *) , 3) Ut eiusdem imperantis sit, statuere,
quem modum esse velit sui beneficii, l. 191. D. de
reg. iur. cui non opponenda l. 3. D. de constit. princ.

§. 64.

§. 64.

Ad ius scriptum porro pertinent MAGISTRATVVM EDICTA. (§. 45.) Solebant enim praetores, procoff. aediles curules, immo et alii magistratus sub auspicium magistratus edicere, quo ordine, quae ratione ius dicturi essent de rebus ad iurisdictionem suam pertinentibus. Vnde edicta urbana vel praetoria, prouincialia vel proconsularia, et aedilitia, quae coniunctim IVRIS HONORARII nomine venire solent. §. 7. *Inst. b. t. l. 7. §. 1. D. de iust. et iur. l. 52. §. 6 D. de oblig. et act.*

Magistratus edicta.

§. 65.

Quamuis enim magistratus non essent legislatores: (§. 44.) l. 12. §. 4. *D. de Public. in rem act. l. 12. §. 1. D. de bon. possess. sensim tamen sibi sumferant facultatem ius adiuvandi, supplendi, corrigendi propter utilitatem publicam. l. 7. §. 1. D. de iust. et iur.* Et ita intelligenda verba Iustiniani *Nou. 25. praef. et Nou. 26. cap. 1. §. 1. vbi praetores legislatores vocantur.* Vnde tot actiones praetoriae et aedilitiae, interdita, restitutiones in integrum, bonorum possessiones. Quae omnia initio usu fori comprobata, denique iuris scripti auctoritatem propter vetustatem obtinuerunt; Cic. *de inuent. lib. II. cap. 22. maxime postquam compilata sunt Edicta perpetua.*

An ius facere potuerint?

§. 66.

EDICTVM PERPETVVM praetorium vel urbana auspiciis Hadriani compilauit Salu. Iulianus. *Const. tanta §. 18. de confirm. Digest. Eutrop. lib. VIII. Hist. cap. 9. Edicti prouincialis perpetui auctor ac aetas ignorantur, nisi quod et illud Dodwell. Praelect. Cambden. VIII. §. 10. p. 335. sub Hadriano; Ez. Spanhem. sub Marco in lucem editum esse suspicatur in Orb. Rom. exerc. II. §. 12. p. 97. * Vtrumque periit, nisi quod ex iis multa in Digesta inigrarunt, quemadmodum et tria edicta aedilitia in iis supersunt. l. 27. §. 28. D. ad leg. Aquill. l. 1. §. 1. et l. 38. l. 40. seq. D. de aedil. edicto.*

Edicta perpetua.

Neutrum tamen satis expeditum est. Mihi proconsulare ac praetorium vtrum idemque fuisse videtur, et vocabulis tantum discrepasse. Nam Caius in *Commentario ad Edictum provinciale* eundem ordinem servat, quem servarunt Icti, qui edictum praetoris illustrarunt, quin promiscue modo *praetorum*, modo *proconsulem* ait edicere, quoties verba edicti citat. Vid. l. 4. D. *quod quisque iur. in al. statuer. l. 1. D. si quis caut. l. 1. §. 2. D. quod cuiusc. uniuers. nom.*

§. 67.

Responsa prudentum.

Denique et **RESPONSA PRUDENTVM** ad ius scriptum referuntur, (§. 45.) id est, *sententiae eorum, quibus permissum erat * de iure respondere.* §. 8. *Inst. h. t.*

*multa iura ex parte eorum
dividit h. t. in 2. partes
in mult. fundum.*

* Permissum vero id erat initio omnibus, quibus studiorum esset fiducia: l. 2. §. 47. *D. de orig. iur.* postea Augustus certis tantum hominibus eam facultatem respondendi concessit, obstrinxitque iudices, ne ab eorum sententiis discederent, §. 8. *Inst. h. t.* Ab Hadriani temporibus denuo haec facultas non peti, sed praetari solebat. d. l. 2. §. 47. *D. de orig. iur.* Postremis tamen temporibus denuo principis beneficio indultam esse, exemplum Innocentii Icti docet apud Eunap. in *Vita Chrysosth.* p. 286.

§. 68.

Is varia iura innecta.

Ex iureconsultorum illis interpretamentis, responsis, disputationibus, multa nata sunt iuris capita, veluti legitima patronorum tutela, querela inofficiorum, actiones utiles, legis actiones, et actus legitimi cet. l. 2. §. 6. *D. de orig. iur.*

§. 69.

Maxime actiones legis.

Dicebantur vero **LEGIS ACTIONES** *, 1) formulae et conceptiones verborum, quibus inter se homines disceptabant, l. 2. §. 6, *D. de orig. iur.* 2) quilibet actus tum voluntariae, tum contentiois iurisdictionis, apud magistratum, apud quem legis actio erat, sollempni ritu certisque formulis explicandi, veluti manumissio, adoptio, emancipatio, cessio in iure. l. 3. *D. de offic. procos.* l. 4. *D. de adopt. l. 1. D. de offic. iurid.*

* Ele-

Elegans est coniectura Guil. Marani, qui ad l. 77. D. de reg. iur. Oper. tom. II. pag. 620. LEGIS ACTIONES dictas esse putat, quae non nisi lege lata, adeoque apud populum, explicari potuerint. Id enim saltim de adrogatione tradit Geil. No. 1. Attic. lib. V. cap. 19. de testamentis Iustinianus pr. Inst. de testam. ord. Postea tamen quibusdam magistratibus eam facultatem datam esse specialibus legibus, ut apud eos esset legis actio, eo- que facto pristinum nomen nihilominus mansisse. (Hist. iur. lib. I. §. 45.)

§. 70.

ACTVS VERO LEGITIMI erant negotia, publice vel priuatim, sollempniter, nec tamen coram magistratu, apud quem legis actio erat, celebranda*. Actiones legis omnes, legitimique actus ex parte**, nec conditionem, nec diem, nec procuratorem admittebant, veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, serui optio, tutoris datio: l. 77. l. 123. pr. D. de reg. iur. nec iterari poterant, a. l. 123. nec a pupillo explicari sine tutoris auctoritate l. 19. D. de auct. tut. Add. Scip. Gentil. de iurisdict. lib. I. cap. 34. p. 144.

* Sic legitimus actus erat tutoris datio: d. l. 77. D. de reg. iur. et tamen etiam legatus procol apud quem non erat legis actio, l. 3. D. de offic. procol, tutores dabat. l. 15. D. eod. Conf. Petr. Fabri Semestr. lib. II. cap. 22.

** Vulgo omnibus hanc qualitatem tribuunt doctores: sed vide sis Iac. Gothofr. Comment. ad l. 77. D. de reg. iur.

§. 71.

Haecenus de iure scripto. NON SCRIPTVM, Ius non (§. 44.) seu consuetudo, est ius tacito populi suffragio, scriptum. (libera adhuc re publica, vel tacito consensu principis, sub statu monarchico,) introductum. l. 32. §. 1. D. de legib. Qui enim iuri scripto, idem et non scripto dat auctoritatem, id est, summus cuiusque ciuitatis imperans, quem penes est potestas legislatoria.

Negotium iudicium vel eum certo sollempnitate dari oportere, dicendum vel non, si prius vocabatur actus legitimus originari, si prius vel ista sollempnitas coniegebatur, in adhibendis verbis praescriptis nec nuncupandis, vel non, si posteriorius vocabatur actus legitimus in specie si prius vel non legis actionis genere. In legis actione vel requirebatur praesentia magis iudicis legitimi, si prius erat locus actio in specie, qua vero positum vel negotium iudicium cum eorum vel praesentia actionis vel minus, si prius vocabatur legis actio in sensu specialis hinc.

Confuetudinis vis et potestas.

§. 72.

Quum ergo consuetudo sit ius tacito consensu legislatoris introductum: (§. 71.) consequens est, 1) vt quaestio facti sit, an consuetudo huius modi in republica inoleuerit? quod ex diuturnitate temporis et actuum vniformium frequentia probandum. *l. 1 C. quae sit long. consuet. l. 34. D. de legib.* 2) Vt introductae eadem vis sit, ac ipsius legis. §. 9. *Inst. b. r. l. 32. §. 1. D. de legib.* 3) Vt et legibus anterioribus deroget, et easdem plane tollat. *l. 32. §. 1. D. de legib. §. 2. Inst. b. r.* 4) Vt, si qua consuetudo rectae rationis et bonis moribus repugnet, non praesumatur a legislatore probari. *l. 39 D. de legib. cap. 1. 2. 3. 7. 10. 11. X. de consuetud.*

§. 73.

Quum vero tot species iuris scripti ex mutata subinde rei publicae Romanae forma natae sint: (§. 45.) facile patet, 5) eas hodie fore extra usum esse. Hodie itaque LEX est praecipuum commune summi imperantis, obligans cunctos, vt ad eius normam actiones suas componant. *7 ab mala coniectura legis huius adiuncta.*

§. 74.

Ceterum omne ius vel ad PERSONAS, vel ad RES, vel ad ACTIONES pertinet. §. ult. *Inst. b. r.* Vnde iam hoc libro primo de iure personarum; libro secundo, tertio, et initio quarti de iure rerum; libri quarti capite sexto et sequentibus de iure actionum agitur.

TIT. III.

DE IVRE PERSONARVM.

§. 75.

Quid bono? quid persona?

HOMO et PERSONA in iure maxime differunt. HOMO est, cuiuscumque mens ratione praedita in corpore humano coningit. PERSONA est homo, cum statu quodam consideratus. §. 1

18) ad verbum *Homo* Homini verbum huius etiam compo. et illis euentia §. 76. quae homines non sunt quibus tamen lex legis in positione personae iure dicitur nisi hominibus competunt, hinc notatas velis.
 1) Embryones
 2) Surtolos
 3) Semine etiam et
 4) Collegia approbata sine personas morales.

18) dep. si licet posita est voluntas imperantis replicata determinans vis scripti consuetudinis determinans species sint? tota actionis non de eo legitur sed legis lator civilis ut huius libido sit norma agendi, quam civilis permittat, si velit eam in negotium agendi adhibere. sed si contra normam datam agitur, tunc sic sita et facta et applicatur in ea qui obediunt voluit.

§. 76.

STATVS est qualitas, cuius ratione homines diuerso iure vruntur: ilque est vel NATVRALIS, vel CIVILIS, qui iterum in statum LIBERTATIS, CIVITATIS, et FAMILIAE dispescitur. l. ult. D. de cap. minur. Certissimum ergo iuris axioma est: quicumque nullo statu gaudet, iure Romano non persona, sed res habetur. (§ 75.)

76) Quid sit? *Compositus est ex* *tertia, et quo nationum accidentia, et cum in homine occidit, u* *Philadelphus. Atus hominis, iam in esse* *pedis, ual dico sitis, iurium et obliq* *tiorum in eum cadentium utrum, si* *prus vocatus, status iudicis si postea,* *rius status, uel a res. Atus iuris, cuius* *quam in refractu ad ius Romanum voce x Deles ingenere, ut homin* *ce, potit qua mentio civitatis, uel extra esse et cum, quod membrum civi* *tatis sit, h' s' ius, habet statum iudicium, ut in legi in sensu ius, i* *mani, si, potenus, totum naturalem si sensu, iuris Romanum.*

§. 77.

Seruus itaque est homo: (75.) est etiam persona, quatenus cum statu naturali consideratur: l. 22. pr. D. de reg. iur. sed ratione status civilis est ἀπερώσωπος, Theoph. pr. Inst. de stipul. seru. personam legibus non habens, Cassiodor. lib. VI. Var. cap. 7. res mancipi, Vlpian. Fragm. tit. 19. §. 1. inter res, quae in fundo sunt, comprehensus, l. 32. §. 2. D. de legat. 2. sine capite, §. 4. Inst. de cap. demin. immo pro nullo et mortuo habendus, l. 32. et 209. D. de reg. iur. * quia nec statu familiae, nec ciuitatis, nec libertatis gaudet. (§. 76.)

An seruus sit persona?

* Hisce testimoniis addendus locus insignis Paschasii, diaconi Romani, de Spiritu sancto lib. II. cap. 4. qui saeculo quarto scripsit: apud nos homines filii familiae iuxta patrem, vel seruus iuxta dominum PERSONAE propriae locum non habent. Et quibusdam interiectis: persona res iuris est, substantia res naturae.

§. 78.

Ad priorem ergo personae notionem & statum libertatis (§. 76.) pertinet prima personarum partitio in LIBEROS et SERVOS, et illorum subdivisio in INGENVOS et LIBERTINOS. pr. et §. 5. Inst. b. t.

Prima personarum diuisio.

§. 79.

Liberi a LIBERTATE; serui a SERVITUTE dicuntur. Illa est naturalis facultas eiu, quod cuique facere liber, nisi quid vi aut iure prohibeatur. §. 1. Inst. b. t. Haec contra constitutio iuris gentium, (secundarii §. 39.) qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur *. §. 2. Inst. b. t.

Quid liber? *Seruum uocabant* *Romani hominem, qui per* *dominus suum, uel in dominio* *alterius et ista qualitas alicujus ho-* *minis est seruitus. Huius ergo uoluntas* *et libertas quae cum libertatis notio-* *ne uoluntate eam quae in iure*

B 5

* Vtraque substantia est, quae in se dependet ab alio, potest sua determinare actiones

* Vtraque haec definitio et antiqua, et Stoica est. (S. 18. *) Quemadmodum enim Stoicis omnes homines natura liberi erant, adeoque seruitus naturae repugnare videbatur: Merill. *Obseru. lib. I. cap. 15.* ita et idem sentiebant iureconsulti, l. 4. D. de iust. et iur. l. 32 D. de reg. iur. Seruitutis vero definitio totidem paene verbis apud Stoicos legitur. Vid. Arrian. *Diff. Epictet. lib. I. cap. 1. et lib. III. cap. 1.* Simplic. *Comment. ad Epictet. Enchir. cap. 2.* Perf. *Sat. V.* et ibi Casaub.

§. 80.

*Seruitus
cur contra
naturam?*

Et sane apud Romanos seruitus ideo quoque contra naturam esse videbatur, quod esset conditio, qua homo persona esse desinebat, et in classem rerum redigebatur. (S. 76. 77.)

§. 81.

*Serui vel
nascuntur
ex ancillis,*

Serui vero aut nascuntur, aut fiunt. NASCUNTUR ex ancillis nostris: S. 4. *Inst. h. t.* quia serui sunt res, (S. 77.) et ex iuris principiis foetus, tamquam accessio ventris, ad dominum ventris pertinet. S. 19. *Inst. de ver. diu. l. 6. D. de acqu. rer. dom.* (Vid. infra S. 356.)

§. 82.

*Vel fiunt
iure gen-
tium capti-
uitate.*

FIUNT serui vel ex iure gentium, vel ex iure civili. EX IVRE GENTIVM per captiuitatem, unde serui dicti, quasi seruati, mancipia, quasi manucapta. S. 3. *Inst. h. t.*

* Etymologia vere Stoica. Solebant enim Stoici, eorumque exemplo iureconsulti, loco etymologiarum grammaticarum, allusiones quasdam, satis aliquando contortas, dare. Talis est etymologia testamenti, pr. *Inst. de testam. ordin. mutui, l. 2. S. 2. D. de reb. cred. peculii, l. 5. S. 3. D. de pecul. reddhibitionis, l. 21. pr. D. de aedil. edict. diuortii l. 2. pr. D. de diuort. Conf. de iureconsultorum etymologiis Scip. Gentil. *Origines, Menag. Amoen. iur. ciu. cap. 39.* et Car. Andr. Duker. *V. C. de Latin. vet. Clor. p. 25. 27. 462.**

§. 83.

*Iure civili
in poenam.*

EX IVRE CIVILI Iustinianeo in poenam serui fiunt, 1) maiores viginti annis, qui se pretii participandi causa venumdari passi sunt, S. 4. *Inst. h. t.* 2) liberti ingrati aduersus patronum, S. 1. *Inst. de cap. demin. l. 28. C. de ingrat. lib.*

* Anci-

Antiquo enim iure etiam serui fiebant, 3) qui censum vel militiam subterfugerant, Cic. *pro Caecin. cap. 34.* 4) ad supplicium capitale damnati, vel serui poenae, §. 3. *Inst. quib. mod. ius patr. pot. solu.* 5) mulieres liberae, seruorum alienorum, amore bacchantes ex SC. Claudiano, 6) qui ab alio adserti, praestitaeque cautione per edictum citati, intra annum se haud stiterant. Sed census et militia lecta tempore Iustiniani pridem ab usu recesserant: seruitutem poenae, quod ad fauorem et successione[m] cognatorum attinet, ipsa sustulit Iustinianus *Nov. 22. cap. 8.* nec non SC. Claudianum, *l. vn. C. de SC. Claud. toll.* Adsertionem idem admodum restrinxit *l. 1. et l. 2. C. de adsert. toll.* Vid. Cuiac. *Paratitl. C. eod.*

§. 84.

Quia serui e personis res fiebant: (§. 80.) recte *An aliqua sane dicitur, nullam eatenus in eorum statu esse differentiam, §. 5. Inst. h. r. quamvis negari nequeat, varia eorum officia, varioque ordines occurrere, alium seruum altero liberalius habitum, immo et paullo tollerabiliorem fuisse conditionem STATV LIBERORVM, qui statutam in tempus aut conditionem libertatem habebant, l. 9. D. de statu lib. et ADSCRIPTIORVM COLONORVM QVE. §. 2. l. 4. C. de agric. et cens. et ibi Cuiac. Nou. 162. cap. 3.* *in seruorum statu differenzia?*

§. 85.

Ceterum Germanicae originis gentes semper haec *An serui- principia ignorarunt. Tacit. de mor. Germ. cap. 25.* Seruos quidem habebant, & hodiernum passim habent *tus hodie abolita?* *homines proprios: sed eos non res esse, iudicant, vtrum personas, gaudentes iure connubii, contra-ctuum, et testamentifactionis. Attamen glebae vel fundo adscripti, cum fundo venduntur, dominisque operas et censum debent, nec non quibusdam locis certam pecuniam pro libertate matrimonii, et praecipuum ex hereditate, veluti optimum caput, optimas exuias, cet. Vid. Harprechti Tract. de iure mortuarii, et Potgiesser. Tract. de statu et condit. seruor. Et haecenus seruiunt: reliqua sibi adquirunt.*

§. 86.

§. 86.

Servi in Germania nascuntur et fiunt.

Hi quoque vel nascuntur, vel fiunt. NASCUNTUR ex ancillis, FIUNT non quidem per captiuitatem, sed alibi per additionem voluntariam, alibi per nuptias cum aliena ancilla, alibi per solam habitationem, domiciliumque iis locis constitutum, ubi valet adagium: *Aër seruos reddit*, (die Luft machet cigen,) veluti in Alouia, Sueviae tractu. Hert. et Thomaf. *Diff. de homin. propr.* Potgiess. *de statu et condit. seru. in Germ.* (Elem. iur. Germ. lib. I. tit. 1.)

§. 87.

Liberi homines vel ingenui, vel libertini.

Haec de seruis. His oppositi LIBERI quum iam ingenuos et libertinos distinguantur: (§. 78.) de illis titulo 4. de his tit. 5. agitur.

TIT. IIII.

DE INGENVIS.

§. 88.

Utiq. et dicitur, quomodo in Ingenui variis serui in se ipse de dicti? Juris Romi qui tamen in se vel homines proprios magnum discrimina credit. No. rines tunc proprii qui se ipse non, nites in Romis Italia, Prussia, Alesia 4. quasi qui in genere habent libertatem, non in factio. Exemplum est in l. 4. D. de iust et iur. ubi Ulpianus liberos, seruos, et tertium genus, liberos, etes qui sunt ex praesentibus hominibus, 101. Quae observatio prodest ad textus aliquot paulo quod innotum se sequuntur, sedem aut ut, difficiliore explicandos, e. gr. l. 2. pr. C. Tb. de libertate genus mutare possunt domus ergo comparat. causs. pet it in eorum corpus non hominum, sed ius aliquid in se simile ei quod patrimonii pte. tate in conditum eorum Quinam situbet, tandem et sint? distine, iactis nostris qui se i li cel homines sunt iactos alienos obentibus quibus in quere non possunt. nisi ante multos seruis Axioma utantibus intra de do ingenui. finitum palium de rate. mro quidi indicaverunt qui pte. pmissis occurunt in praesentibus. laeare Nef. manduq. pte. Distig. vandi conditiois.

INGENVI, (qui et κατ' ἐξοχήν liberi dicuntur,) a gignendo nomen habent, quasi quibus ingenuitas est libertas, vel, ut Isidor. lib. VIII. Orig. cap. 4. quasi qui in genere habent libertatem, non in factio. Exemplum est in l. 4. D. de iust et iur. ubi Ulpianus liberos, seruos, et tertium genus, liberos, etes qui sunt ex praesentibus hominibus, 101. Quae observatio prodest ad textus aliquot paulo quod innotum se sequuntur, sedem aut ut, difficiliore explicandos, e. gr. l. 2. pr. C. Tb. de libertate genus mutare possunt domus ergo comparat. causs.

§. 89.

Ingenuus itaque est, qui statim, ut natus est, liber est. pr. Inst. b. t.

§. 90.

Quum vero ad natales hic respiciatur: fauore ingenuitatis inualuit axioma: ingenuus est, quicumque est natus e matre, quae tempore vel conceptionis, vel partus, vel intermedio, dum vterum gessit, saltem per momentum libera fuit. dict. pr. Inst. b. t.

§. 91.

§. 91.

Ex quo consequitur, 1) ut ingenuus nascatur ex *Confectaria* parentibus libertinis, 2) nec non ex libera et seruo, *de ingenuis* 3) item vulgo quaesitus, si mater sit mulier libera * *natiuitate.* 4) Ut non officiat ingenuitati manumissio, si quis ingenuus natus iniuste in seruitutem detrusus fuerit, §. 1. *Inst. b. r. e. gr. a latronibus captus. l. 13. pr. D. qui testam. fac. poss.* 5) Ut liberi, olim permittente iure vetere a patre venundati, vel noxae dediti, nec non obserati, addicti creditoribus, posteaque manumissi, non libertini essent, sed ingenui. *Quin-tilian. lib. VII. Inst. orat. cap. 3. lib. V. cap. 10. Declam. 311. 340. et 342.*

* Quamuis enim alias liberi sequantur conditionem patris: id tamen non procedit extra nuptias, quia sine iis pater non intelligitur. Vnde extra matrimonium conditio matris spectatur. *l. 19. D. de stat. homin.*

§. 92.

An quis statim, ut liber fuerit, facti *De ingenuis ob iusiurandum* quaestio est: super quibus facti quaestionibus quum iurandum et res iudicata pro veritate habeantur: *l. 207. D. de neg. iur. l. 8. C. de reb. cred. consequens* est, 6) ut et libertinus habeatur ingenuus, qui sententia iudicis ingenuus pronunciatus, *l. 25. D. de stat. hom.* nec non 7) qui deferente patrono iurauit, se ingenuum esse. *l. 30. §. 4. D. de iureiur.*

T I T V.

DE LIBERTINIS.

§. 93.

Hactenus de *ingenuis*. LIBERTINI*, his oppositi, sunt, qui ex iusta seruitute (§ 91, 4.) *manumissi sunt.* *pr. Inst. b. r. l. 6. D. de stat. hom.* *Quinam libertini?*

* *Libertini* dicuntur ratione status; *liberti* in relatione ad patronos. Illi sunt ἀπελεύθεροι, hi ἀπελευθερωμένοι. Vid. Laur. Vall. *lib. IIII. Eleg. Lat. lingu. cap. 1.*

cap. 1. Olim tamen libertus erat manumissus, libertinus e liberto natus, Sueton, in *Claud.*, cap. 24.

§. 94.

Manumissionis definitio.

MANUMISSIO est de manu ^{datio}, pr. *Inst. h. t.* Manus autem potestatem denotat in iure nostro, ut et olim veteribus. Vid. Liu. *lib. XXXIII. cap. 11.* Quum enim serui essent res; (§. 77.) dubium non erat, quin domini dominio suo se abdicare, adeoque seruis libertatem reddere possent.

§. 95.

Modi manumittendi veteres et sollemnes.

Modi manumittendi veteres et sollemnes ^{erant} CENSUS, TESTAMENTUM, VINDICTA. Cic. in *Top. cap. 2.* Ulpian. *Fragm. tit. 1. §. 8.* Sed quum census lustralis iam a Vespasiani temporibus ab usu recessisset, Cenforin. *de die nat. cap. 18.* nisi quod eum longo interuallo interiecto repetierat Decius: Trebell. Poll. in *Valerian.* Constantinus M. in eius locum substituit manumissionem IN SACROSANCTIS ECCLESIIS, l. 1. et 2. C. de his, qui in SS. eccles. quae solae restant ex tribus constitutionibus, quas eum in hanc rem edidisse tradit Sozom. *Hist. eccles. lib. I. cap. 9.* Hinc, omisso censu, hunc tantum modum reliquis accenset Iustinianus §. 1. *Inst. h. t.*

§. 95.

Modi noui et minus sollemnes.

Modi noui, et minus sollemnes erant plures*, veluti PER EPISTOLAM, INTER AMICOS, §. 1. *Inst. h. t.* PER CONVIVIUM, Cai. *Inst. lib. I. tit. 1. §. 2.* PER NOMINATIONEM FILII, §. 12. *Inst. de adoptr.*

* Caue enim existimes, hos solos fuisse. Liberae enim v. c. fiebant ancillae, quas dominus matronali habitu ornauerat. Liberi credebantur serui, qui volente domino tabulas signauerant; Quintil. *Decl. 341. et 342.* vel quos dominus domi dextra prehensos circumegerat. Appian. *de bello ciu. lib. I.* Sic puerum liberum iudicatum nouimus, cui bullam et praetextam togam imposuerant venalicii, Sueton. *de clar. rhet. cap. I.* Conf. Merrill, *Obs. lib. VII. cap. 14.*

§. 97.

§. 97.

Per CENSVM LVSTRALEM liberabantur serui, Manumif- qui nomen suum in censum, iussu domini, confe- sio per cen- rebant, Vlp. *Fragm. tit. 1. §. 8.* ac deinde intererant- sum lustra- lustro, Cic. *de orat. lib. I. cap. 40. Fragn. e veteri lem.* l. 17. apud Schulting. *Iurispr. anteuistin. p. 809.* Sed hic modus iam Iustiniani tempore pridem ab vsu recesserat. (§. 95.)

§. 98.

IN SACROSANCTIS ECCLESIIIS liberabant ser- In sacro- uos, qui die in primis paschali (Greg. Nyssen. *Orat. sanctis ec- II. de resurr. Christi. l. 7. C. de fer.*) sub adspetu clesiis. plebis, adstantibus Christianorum antistitibus, ita manumittabant, ut propter facti memoriam vice actorum recitaretur libellus solemnns, vel scriptura, in qua ipsi vice testium signarent. *l. C. de his, qui in SS. eccles. Conf. lac. Gothofr. ad l. vn. C. Tb. lib. III. tit. pag. 355. tom. I.*

§. 99.

TESTAMENTO seruus manumittitur, quia serui *Per testa-* sunt res (§. 77.) et de rebus cuique legare permit- amentam. *Manumissio per testa-* tit lex 12. tabularum. *l. 120. D. de verb. signif.* Fit *libertatem suam ex testamento alicuius* hoc vel DIRECTE, vel per MODVM FIDEICOM- de iure potest, si vel quis dicit, *quod dies* MISSI. *Directe* ipse testator manumittit, vel EX- seruus in iustorio a testatore, *et cum li-* PRESSÉ: *Stichus liber esto;* vel TACITE: *Stichus* bertatis, testamento ad hunc possit, *et* heres, vel tutor liberorum meorum esto. Dum enim *quod testator ad unum alen-* voluit seruum suum heredem, vel tutorem fieri, pro- *quam manumittendo seruo recedat, vel* cul dubio et liberum fieri voluit. §. 2. *Inst. qui ce-* *minimur nisi, quo testator ad unum alen-* *namumittit et tunc. In casu priori vel men-* *tempore possit recedere et recedat* *relino seruum seruo factum speciem un-* *quod nisi liberum pedem possit. si prius* *manumissus erat ex pressé si prius ta-* *cite. Ad fundamentum si ante adere-* *relinquitur, qui testatoris voluntas* *erat vel non: si prius fidei commissa non erat, et* *seruus alienus manumitti poterat, si vero potestus di-* *recta erat libertas.*

§. 100.

Manumissio PER VINDICTAM erat actio legis, *Per vindic-* (§. 69, 2.) et hinc coram eo magistratu, apud quem *erat* *Manumissio per vindictam nihil*

aliud est nisi manumissio quae fit interposita auctoritate e. Magistratu magis sine cui com- petit, ius vindicandi et munda. Vindictae nomen ei cadit in haec, de qua notum est quam quod potest suum ius se ipsum iuris ditionis Magistratibus magis concessa et actum per vindictam et haec expone, esse expedire apud Magistratum. ius vindictae competit.

erat legis actio, sollempni ritu et formula explicanda*. Quia tamen simul erat actus iuris dictionis voluntariae: (§. 69, 2.) non opus erat, ut pro tribunali fieret, sed videbatur recte manumitti servus, etiam quando praetor aut praefes in balneum vel in theatrum ibat. §. 2. *Inst. h. t. l. 7. D. de manumiss. vind.*

* Qui ritus in eo consistit, quod dominus servum in gymrum ageret, *Perf. Sat. V. v. 75.* colaphum eidem infligeret, et ita percussus e manu dimitteret, addita formula: HVNC HOMINEM LIBERVM ESSE VOLO, Quo facto, licitor virgula, quae vindicta a Vindicio servo, ita manumisso, dicebatur, (*Liu. lib. II. cap. 5. l. 2. §. 24 D. de orig. iur.*) caput serui percutiebat. *Sidon. Carm. II. ad Anthim. v. 545. Claudian. Consul. III. Honor. v. 613. seqq.*

§. 101.

Per epistolam. Hi modi sollempnes sunt manumissionis. PER EPISTOLAM manumissio sine sollempnitate fiebat, (§. 95.) unde et absens hoc modo manumittebatur. (§. 250. *) *l. 38. pr. D. de acquir. vel amitt. possess.* Postea Iustinianus primus requirebat quinque testium subscriptionem, *l. vii. §. 1. C. de Lat. libert. toll.*

§. 102.

Inter amicos. INTER AMICOS manumittebat dominus, quando servum, quinque conuocatis testibus, liberum esse iubebat. *L. vii. §. 2. C. de Lat. libert. toll.*

§. 103.

Per conuiuium. Quumque indecorum olim videretur, cum seruis accumbere dominum: (vid *Antiqu. nostr. Rom. h. t. §. 8.*) et is PER CONVIVIUM manumisisse censebatur, qui servum adhibuerat mensae*. *Cai. lib. I. Inst. tit. 1. §. 2.*

* Eo nonnulli, sed parum accurate, referunt verba Scruatoris *Luc. cap. 12. v. 37.*

§. 104.

Per nominationem filii. Denique, uti olim servus, a domino adoptatus, liber fiebat: ita Iustinianus auctoritate Catonis, aliorumque veterum, statuerat, ut is servus, quem dominus,

minus, actis interuenientibus, FILIVM SVVM ADPELLAVERAT, liber esset, licet hoc ei ad ius filii accipiendum non sufficeret. §. 12. *Inst. de adopt.*

§. 105.

Omnes ita manumissi e seruis fiebant liberi, e rebus personae (§. 76) Et olim quidem ex instituto Seruii Tullii (Dionys. Halic. lib. III. pag. 126.) vna erat omnium libertinorum conditio, quoniam omnes non modo libertatem, sed et ciuitatis Romanae iura consequiebantur. Cic. *pro Corn. Balbo* cap. 24.

§. 106.

Posteaquam autem domini scelestissimos seruos ob varias causas manumittere coeperant, (Dionys. Halic. *ibid.* pag. 228.) et ciuitas pessimorum hominum colluue adfluere videbatur: anno V. C. 757. Sext. Aelio Catone et C. Semio Saturnino coff. lege AELIA SENTIA cautum, vt serui sceleris aut noxae causa publice caesi, vincti, torti, aut stigmate vsti, ad ferrum damnati, bestiaeue obiecti, impetrata a dominis quocumque modo libertate, non melioris essent conditionis, ac dedititii: Dio *Cast. lib. LV. pag. 556.* Suet. *Aug. cap. 40.* Vlpian. *Fragm. tit. 1. §. 1.* Cai. *Inst. lib. I. tit. 1. §. 3.* id est, ii populi, qui se, diuina humanaque omnia Romanis dederant. Car. Sigon. *de antiquo iure Ital. lib. I. cap. 1. p. 47.*

§. 107.

Postea ob eandem causam anno V. C. 772. M. Iunio Silano et L. Iunio Norbano coff. lata lege IUNIA NORBANA sancitum, vt modis minus sollempnibus (§. 96. §. 101. usque 104.) manumissi, quosue lex Aelia sentia in libertate merari passa erat, non ciuitatis, sed *Latinorum coloniariorum*, iura consequerentur. Vlpian. *Fragm. tit. 1. §. 10.* Cai. *Inst. ibid. §. 11.* Add. *Comm. nostr. ad leg. Iul. et Pap. Popp. lib. II. cap. 10. (Hist. iur. lib. I. §. 197.)*

C

§. 108

105)

Olim vna ita communiter a doctoribus libertas. res docetur, inagnum diuini men nos attendentibus, quod non est inter libertum a partu patris manumissa: Quod tamen dicitur non et nisi ad Iuliam Romanam diuisas ostendit. Quasi vis enim pepererunt dominus domi nisi qui in patri capy iam esset, tunc seruum habebat in domo demititio manumittra poterat, tunc solemniter a puo praetorem percurram: Tunc minus demititio per vatum. Adiste libertum mag. libertate consequentis est, cum iure ciuitatis romanae inprimis conuictam, neq. subiecta Sentia datus, ius patronatus sed quies quidam libertus esset a eius sum. pat. ter libertatem nullus ius. terti deditio consequeratur, imo cum orare ius patronatus.

§. 108.

Tria libertinorum genera.

Ex eo ergo tripartitus esse coepit libertinorum status Alii enim iustam consequebantur libertatem, et fiebant CIVES ROMANI: (§. 105.) alii LATINI IYNIANI; (§. 107.) alii DEDITITII dicebantur. (§. 106.) §. 3. *Inst. h. t.*

§. 109.

Civium, Latino- rum, atque dedititio- rum condi- tio.

CIVES gaudebant iuribus connubii, contractuum, et testamentifactionis, aliisque, quae ad ius publicum et priuatum Romanorum pertinebant. LATINI participes quidem quodammodo erant iuris commerciorum: (Ulpian. *Fragm. tit. 19. §. 4. tit. 20. §. 8.* non autem testamentifactionis, neque iuris connubii, nisi hoc speciatim concessum esset. Ulp. *tit. 17. §. 1. et tit. 5. §. 4.* DEDITITII nullo horum iurium gaudebant, ac ne spes quidem illis supererat, ad meliorem conditionem iustamque libertatem adspirandi. Cai. *Inst. lib. I. tit. 1. §. 4.*

§. 110.

Discrimen inter libertinos, immo et ingenuos et libertinos sublatum.

Ast Iustinianus primo id discrimen sustulit: §. *ult. Inst. b. t. l. vn. C. de Lat. libert. toll. l. vn. C. de dedit. lib. toll.* deinde et *ingenuitatem* libertinis concessit, et ius aureorum annulorum dedit, adeoque omne fere discrimen ingenuorum et libertinorum aboleuit, salvo tamen IVRE PATRONATVS. *Nou. 78. cap. 1.*

§. III.

Patroni libertinorum veluti parentes vel agnati.

Nimirum magna olim necessitudo erat inter manumittentem et libertum. (§. 93. *) Libertus illi debebat, quod persona esse coeperat, quum antea in classe rerum esset. (§. 105.) Ex quo consequebatur, vt patronus illi veluti pater ac proximus agnatus esset, cuius et nomen adsumere solebat. *Lactant. Inst. diu. lib. III. cap. 3. l. 94. D. de legat. 3. l. 88. §. 6. D. de legat. 2. l. 108. D. de condit. et demonstr. Vinn. ad princ. Inst. de success. libert. et quae nos ibi notauimus pag. 566.*

§. 112.

Quum itaque manumissores libertis essent instar parentum: (§. III.) consequens erat, 1) vt testamento *directe* manumissi patronum non haberent; *indirecte* libertatem ex fideicommisso consequuti, heredi vel legatario iura patronatus deberent. Vnde illi liberti *orcin* dicuntur, quasi qui patronum in orco habent. Cuiac. *lib. III. Obs. cap. 23.* 2) Vt liberti patronis deberent obsequium et reuerentiam. *l. 9. D. de obsequ. par. et patr. praest.* 3) Vt illis obstricti essent ad praestandas *operas officiales*, *l. 9. §. 1. D. de oper. libert.* non autem ad *fabriles*, nisi sponcione vel iureiurando promissas. *l. 3. pr. l. 5. l. 7. §. 3. D. eod.* 4) Vt patronus liberto, qui improles obierat, ab intestato succederet. *pr. Inst. de success. libert.* 5) Vt libertus *ἀπαις* testamento ei relinquere teneretur partem tertiam bonorum, si esset centenarius maior, alioquin patrono daretur tantae portionis bonorum possessio contra tabulas. §. 3. *Inst. de success. libert.* 6) Vt iura patronatus, quod ad *operas officiales* attinet, capitis deminutione quacumque; reliqua maxima et media perimerentur. §. 1. *Inst. de adquis. per arrogat.*

§. 113.

Ceterum haec omnia hodie fere extra usum sunt. Manumittuntur homines proprii, vbi ea seruitus adhuc recepta: sed per solam fere epistolam. Cessant vero reliqui modi manumissionis; cessat ius aureorum annulorum; cessant iura patronatus. In vniuersum fere adhuc obtinet in Germania, quod iam obliuauerat Tacit. *de mor. Germ. cap. 26. liberti non multum supra seruos sunt.* Vid. Potgiess. *de statu et condit. seru. Germ. lib. III. (Elem. iur. Germ. lib. I. tit. 2.* *Vfus huius doctrinas hodiernus.*

T I T. VI.

QVI ET EX QVIBVS CAVSSIS MANVMITTERE NON POSSVNT.

§. 114.

Manumittendi libertas lege Aelia Sentia circumscripta.

Quum Romani saepe seruos impudenter manumitterent: lege AELIA SENTIA hanc manumittendi licentiam quodammodo fuisse circumscriptam, iam supra monuimus. (§. 106.) Dio Cass. lib. IIII. pag. 556.

§. 115.

Duo eius capita huc pertinentia.

Eadem ergo lex AELIA SENTIA inter alia et bina haec capita * complectebatur, quorum altera cautum fuerat, ne quis in fraudem creditorum manumitteret: pr. Inst. h. t. altero, ne domino minori viginti annis manumittere liceret, nisi certis conditionibus. §. 4. Inst. eod.

* Non enim his duobus capitibus solis constabat lex Aelia Sentia, vt nonnullis visum: veluti Voetio Elem. iur. h. t. §. 1. sed plura alia passim memorantur. Vid. Antiqu. nostr. Rom. h. t. §. 3. seqq. Haec duo tantum recenset Iustinianus, quia ad hunc titulum sola pertinent. Totam legem ordini ac integritati suae restitutam reperies in editione tertia Antiquitatum nostrarum Rom. h. t.

§. 116.

Causa prius.

PRIORE ergo capite cautum, vt, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agat. pr. Inst. h. t. l. 16. §. 2. D. qui et a quib. manumiss. Manumissio igitur ita facta erat nulla, et manumissi serui manebant *, quia libertas semel data reuocari non potuisset actione Paulliana, qua alioquin creditores in fraudem suam alienata reuocant **. l. 1. D. de his, quae in fraud. credit.

* Improprie ergo loquuntur veteres iureconfulti ipsique principes, dum libertates per legem Aeliam Sentiam dicunt RESCINDI, l. 5. §. 2. D. qui et a quib. manumiss. RETRAHI, l. 45. §. 3. D. de iur. fisc. immo et REVOCARI, l. 1. C. qui manum. non poss. Non au-

sim

sim enim cum Pr. Broëo ad b. §. erroris Iustinianum arguere.

** Actio enim Paulliana dabatur tantum aduersus possessorem rei alienatae, fraudis conscium l. I. pr. l. 6. §. 8. l. 9. D. quae in fraud. cred. Seruus vero manumissus rem alienatam, id est seruitutem, non possidebat. Libertas, quam seruus consequutus erat, a domino non fuerat alienata, nec seruus semper erat fraudis conscius.

§. 117.

FRAUS vero et, *affectum* vel consilium defraudandi inuoluit, et *effectum* et datis libertatibus defraudem sinat manumittens soluendo esse. §. 3. Inst. b. t. *creditor in manumittere?*
l. 10. D. qui et a quib. manumiss.

§. 118.

Ex quo consequitur, 1) ut ignoscendum sit ei, Non manumittit in est, sperat, seruos manumittit, d. §. 3. Inst. b. t. *fraudem, qui se soluen- do esse* nisi libertas tantum fideicommissaria data sit, ubi *ueni- endo esse* solus effectus sine fraudandi consilio sufficit. l. 4. putat.
§. 19. fin. D. de fideic. libert.

§. 119.

Ex eodem sequitur, 2) ut non sit nulla manu- *Nec qui seruum neces- sarium heredem instituit* missio, si dominus, qui soluendo non est, seruorum suorum vnum, cum libertate, vel sine ea, *heredem instituit* instituit necessarium, dum ne alium heredem *stituit* ex eo testamento habeat. §. 1. 2. Inst. b. t. Non enim fraudandi, sed ignominiam, sibi mortuo imminuentem, amoliendi animo id fecisse videtur *
§. 1. Inst. eod.

* Perquam enim ignominiosa erat possessio bonorum a creditoribus impetrata. Cic. pro P. Quinct. cap. 15. Herede vero necessario instituto, bona non defuncti, sed heredis nomiae venibant.

§. 120.

Posteriore capite cautum fuerat, ut minor viginti *Posterius legis caput.* annis non aliter manumitteret, quam l. vindicta, (§. 100.) II. ad consilium, quod Romae ex quin-

que senatoribus, totidemque equitibus, (i. e. ex decemviris flitibus iudicandis,) in provinciis ex XXV. recuperatoribus civibus Rom. constabat, Vlpian *tit. 1. §. 12. 13.* Ger. Noodt *de iurisdic. lib. I. cap. 12 III. ex iusta causa, §. 4. Inst. b. t.* qua semel probata, libertas non retractabatur, licet falsa adpareret. *§. 6. Inst. b. t.*

§. 121.

Iustas causas, ex quibus minor xx. annis manumittebat.

Iusta vero causa videbatur, si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut paedagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnamve, aut collectaneum manumitteret, aut seruum non minorem septendecim annis procuratoris habendi causa *, aut ancillam matrimonii gratia, dum tamen intra sex menses vxor duceretur, ni iusta causa (quales in *l. 17 D. de sponsal. recententur*,) impediret **. *§. 5 Inst. b. t. l. 9. l. 11. sequi, D. de manumiss. vind.*

* Procul dubio ad litem: quum ad id, vt quis alterius negotia extra iudicium procuraret, nec libertate, nec septendecim annorum aetate opus sit, *Arg. l. 7. §. 1. 2. l. 8. D. de in iur. net. Cl. Voet. Elem. iur. b. t. §. 4.*

** Nec tamen hae causae omnes e lege Aelia Sentia sunt. Saltem eo tempore nondum licebat civi libertinam ducere, quod lex demum Papia Poppaea concessit anno V. C. 762. Dio Cass *lib. LIII. p. 831.* Senatusconsulto potius is ius adscribendum, teste Vlpiano *l. 13. D. de manumiss. vind.*

§. 122.

Abrogatio capitis posterioris.

Verum id posterius caput eatenus sustulit Iustinianus, vt cuius post impletum XVII. annum manumittere liceret *inter vivos*: *§. ult. Inst. b. t.* per testamentum autem cuius, qui ea aetate esset, vt possit testari. *Nov. 119. cap. 2.*

T I T. VII.

DE LEGE FVRSIA CANINIA TOLLEND.

§. 123.

Quum tam imprudenter Romani inter viuos ma-^{Romano-}numitterent: (§. 106.) facile ad existimandum ^{rum mori-}est, multo liberaliores eos fuisse moribundos. Tunc ^{bonorum} sane sæpe tota seruitia libertate donabant, tantum ^{ambitio in}vt liberalitatis laudem ferrent post mortem, et liber-^{manumit-}tini isti pileati defunctorum patronorum lecticas ma-^{tandis ser-}gno ægmine prosequerentur. Dionys. Halicarn. lib. III. pag. 228.

§. 124.

Ne itaque dedecori rei publicæ essent impurif-^{Lex Fvrsia}simi illi pilei: manumissionum huius modi modum ^{Cininia ei}terminandum putabat Augustus, Suet. Aug. cap. 40. ^{opposita.} idque factum lege FVRSIA CANINIA, lata anno V. C. 752. Sex. Furio Camillo et C. Caninio Gallo cons. Vid. Antiquit. Rom. h. t. §. 1. (Histor. iur. lib. 1. §. 166.)

§. 125.

Fa cautum erat, 1) vt qui plures, quam decem, ^{Eius legis}seruos non haberet, plus parte dimidia ne manumit-^{sancto.}teret: qui ad XXX, ne plus tertia: qui ad C. ne plus quarta: qui ad l^o, non plus quinta, nec unquam testator plures, quam C. libertate donaret. 2) Vt, si quis iusto plures manumiserit, ii tantum, qui priores nominati, libertatem consequerentur: 3) sin plures scripti, nemo nominatus, vel nomina ^{δισέξοδικῶς}δισέξοδικῶς, seu in orbe tereti scripta essent*, nul-
lus liberaretur. Vlpian. Fragm. tit. 1. §. 24. Paull. Sentent. recept. lib. III. tit. 15. Cai. Inst. lib., I. tit. 2. §. 1.

* Quid sit scribere ^{δισέξοδικῶς}δισέξοδικῶς, in circulo, in orbe tereti, ἐν κόκλῳ, luculenter et crudite docet Em. Merill. Obs. lib. VII. cap. 40.

§. 126.

Eiusdem
abrogatio.

Verum hanc quoque legem, vtut rei publicae antea vtilissimam, sustulit Iustinianus, interfrens causam parum idoneam, quod tantumdem licere debeat morientibus, quantum viuus. §. vn. *Inft. b. t.*

TITVLVS VIII.

DE HIS, QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT.

§. 127.

Secunda
persona-
rum diui-
sio.

Haftenus de prima personarum diuisione in *liberos* et *seruos*. (§. 78.) Sequitur altera earumdem partitio in eos, qui sunt **SVI** vel **ALIENI IVRIS**, *pr. Inft. b. t.* quae ad statum familiae pertinet, (§. 76.) et omnino priore latius patet, quia omnes quidem homines sui iuris sunt liberi, omnes serui alieno iuri subiecti; sed non omnes liberi homines sui iuris, nec omnes alieno iuri subiecti serui sunt.

§. 128.

[26.]

*non omnium erit est, manus
et potestatis verbum item his
tracto, quod cum sit sui iuris
alii vero alieno iuris praeuocati
suo isti quod per quam uerent. Est michi
vel ius dicitur dicitur ut non, si praeuocati
tamen meum ius est l. reale in persona alterius
l. ad rem, si praeuocatus meum ius vis et
potestas, aliqui isti potestati subiectus est
homo alieno iuris. Ex ista re autem dicitur descendunt iura et obligationes
proprie familiae sunt et constituent in sensu iuris romani. Ius perso-
narum, in obsequio personae
in dominio
genti michi non est, uti
iuris tantummodo michi, ut dicitur in iura
apud eum ius uocatus obligati uocatus
et per se iuris in alieno iuris iuris est ergo
potestati subiecti sunt l. de omni iure l.
patet et dicitur l. de iuris, merito in causa primo et secundo
uocantur alieno iuris homines et
eminet iuris.*

SVI IVRIS habentur, qui nec *dominicae*, nec *patriae* potestati subijunt. ALIENO IURI subiecti, qui *matres* et *filii filidiae* familias; hi vel *fili filidiae* familias, vel *serui ancillae*. de PATRIA potestate agendum erit.

§. 129.

Quum serui essent res mancipi: (§. 77.) conseruus erant, ut essent in *dominio Quiritario*, Ulpian. *Fragm. tit. 1. §. 16.* adeoque domino eadem iura in seruos competebant, quae ei competebant in res alias, dominio suo subiectas. #

§. 130.

Itaque 1) domino erat *ius vitae ac necis* in seruis in seruos uos. §. 1. *Inft. b. t. l. 1. §. 1. D. b. t.* 2) Serui erant

erant in commercio, adeoque vendi, donari, legari, et quocumque titulo in alios transferri poterant. 3) Serui nihil habebant *proprii*, sed quidquid adquirebant quocumque modo, id omne adquirebant domino. Vid. infra lib. II. tit. 9.

§. 131.

Sed quum hoc IUS VITAE ET NECIS paulatim in barbaram saeuendi licentiam degeneraret, ^{Ius vitae et necis paulatim abolitum.} (Senec. de ira lib. III. cap. 40. de clement. cap. 18. Plin. Hist. nat. lib. VIII. cap. 23.) et expedire tamen videretur rei publicae, ne quis re sua male estatur: §. 2. Inst. b. t. iure nouo id ius ademtum est dominis, deportatione vel ultimo supplicio ex lege Cornelia adficiendis aequae, si suum, ac si seruum alienum occiderint *, §. 2. Inst. b. t. l. 1. §. 2. D. ad leg. Cornel. de sicar. iunct. l. 10. D. eod. nisi iusta occidendi causa subfuerit, veluti si dominus seruum, sibi insidiantem; vel in adulterio deprehensum, occiderit. ff. 53. §. 3. D. de legat. 1. l. 96. D. de verb. oblig. iunct. §. 2. Inst. de leg. Aquill. l. 24. pr. D. ad leg. Iul. de adultr.

* Quin quamuis ius castigandi dominis ademtum non sit: l. vn. C. de emend. seru. extra ordinem tamen succurritur seruis, iniuriam intolerabilem passis a domino. Exemplum elegans existat in §. 2. Inst. b. t. l. 2. D. eod.

§. 132.

Et hoc iure vtuntur iis locis, vbi supersunt homines proprii, nisi quod passim haec dominica potestas veterum Germanorum formam ^{Ius hominum diurnum.} *ivā r's dī c'tī d'nis*, quam PATRIMONIALEM vocant, induit, vi cuius et animaduertere licet in homines proprios facinorosos, sed non nisi causa cognita. Diximus in Dissertatione singulari de origine atque indole iurisdictionis patrimonialis. (Elem. iur. Germ. lib. I. tit. 1. §. 39. seqq.)

T I T. VIII.

DE PATRIA POTESTATE.

§. 133.

Alieni iuris sunt etiam filii familias.

Non solum serui, de quibus hactenus, alieno iure subiecti sunt, verum etiam filii filiaeque familias, l. 4. D. de his, qui sui, vel al. iur. quia subsunt PATRIAE POTESTATI: (§. 128.) de qua hoc titulo.

§. 134.

Patria potestas propria civium Romanorum.

Quamvis vero haec potestas in se sit *iuris gentium*: l. 2. D. de iust. et iur. quod ad formam tamen *proprium* est ipsi civium Romanorum. Nulli enim alii sunt homines, qui tali in liberos potestate vtuntur, quali vtabantur Romani*. §. 2. *Iust. h. t.*

* Id quod et elegante comparatione inter Romanos et Graecos instituta ostendit Dionys. Halicarn. lib. II. pag. 96.

§. 135.

Nimirum filii familias erant quidem ingenui, erant ciues: sed non patrefamilias, et hinc personae quidem censebantur, sed ratione aliorum ingenuorum et civium, (quo ipso a seruis differunt,) non ratione patris, cuius respectu res mancipi*, aequae ac serui, habebantur: (§. 76.)

Poterant enim mancipari, tamquam res mancipi, Cai. Insti lib. I. tit. 6. §. 3. poterant vindicari, l. 1. §. 2. D. de rei vind. poterat, iis surreptis, actio furti institui, l. 14. §. 13. l. 38. §. 1. D. de furt. Vid. vir ill. Corn. a Bynkershoek de iure occid. liber. cap. 1. pag. 145. Quae omnia non in personas, sed in res, cadunt.

§. 136.

Itaque nihil aliud est PATRIA POTESTAS, quam *dominium Quiritarium*, quod patri competit in liberos. III. Bynkershoek *ibid.* Matri vel ideo competere non poterat, quia ipsa iure veteri erat in manu mariti, tamquam filia familias. Vid. *Comment. nostr. ad leg. Iul. et Pap. Popp. lib. II. cap. 12. pag. 138.*

§. 137.

133.]

Filii familias nullo Liberi res in respectu erant serui sed ibi, tunc in re, spectu patriae ad patrem familias erant. ac, tunc in relatione ad res, non publicam ubi, libertatis qualitas non defendebat: nam ad patrem relatione ad suum dominum vel ius servitutis ac serui, habebantur: nisi in relatione ad dominum servitutis et nota in contractu, attamen cum intelligatur iura in corpore attinetur nisi competitentia quae dominum non consistit, uti. Rectius dicitur, patriam potestatem quae in corpore filii competit et tunc cessabit dominum serui ut utis et vindicari potestatis in dominio.

Adedque patria potestas dominium.

§. 137.

Ac proinde patri, (non matri, (§. 136.) eadem *Idem ius* iura competebant in liberos, quae domino in res, *patri in li-* dominio suo subiectas, (§. 129.) vel in suos cui- *bero, ac do-* que seruos *. *mino in res* *et seruos.*

* Quin in quibusdam durior erat patria potestas, quam dominica, veluti quod ter venundari possent liberi, et bis manumissi reciderent in patriam potestatem. (§. sequ.) Conf. Ger. Noodt. *Probabil. lib. II. cap. 9.*

§. 138.

Ex quo principio fluit promo alveo, 1) patri *Effectus* etiam Romano competiisse *ius vitae et necis* in liberos *. *patris* *Quid nunquam patri* *romano competet nisi* *potestatis necandi causa a iudice* *domestico iustu esset declarata, quod* *non respicitu filio modo natum* *in utriusque abnegandi argumentu* *plane causa non iudic. t. nam quae,* *quam potes. solentem recebam non* *su rapisset civitate pater non* *erat. itea. Romae non pro reat,* *tio h. naturae; sed tantummodo* *agnitio vincti in ali filii patriae* *potestatis erat initium* *178 Jurvit: et necis*

l. ii. D. de liber. et postum. Dionys Halic. lib. II. p. 96. 2) Eundem potuisse filium venundare, et ter quidem, ex Romuli instituto, ita, vt bis venditus, et toties manumissus, semper recideret in patriam potestatem, et non nisi tertium manumissus sui iuris euaderet. Idem lib. II. pag. 97. 3) Potuisse filium filiamque a patre noxae dari, aequae aeternum. §. 7. *Inst. de noxal. act.* 4) Quidquid acquirerent liberi, patri fuisse adquisitum. (Vid infra lib. II. tit. 9. 5) Non solum filios filiasque familias in patris, sed et nepotes neptelque, pronepotes proneptelque ex filiis, in potestate sui vel proavi patris fuisse. §. 3. *Inst. b. t.*

* Non quasi promissusque posset occidere liberos innocentes, sed quod in liberos ei liceret animadvertere, tamquam iudici domestico, vti vocat Senec. *Controu. lib. II. contr. 3.* tamquam domestico magistratui, Senec. *de benef. lib. III. cap. 2.* tamquam censori filii, Sueton. *Claud. cap. 16.* Exempla iudiciorum huius modi collegimus in *Antiqu. Rom. b. t. §. 5.*

§. 139.

Haec e dominio fluunt. (§. 137.) Quia vero *Alii esse.* filii ratione patris sunt ἀπρόσωποι, id est, res, *ctus.* non personae: (§. 135.) consequens est, 6) vt pater et filius in negotiis priuatis * habeantur pro vna persona. l. ult. C. de impub. et al. substit. 7) Vt nulla inter

inter eos sit actio: l. 4. D. de iudic. § 8) nulla obligatio. §. 6. *Inst. de inutil. stipul.* 9) Ut pater possit liberis tutores dare, §. 3. *Inst. de tutel.* et 10) iisdem pupillariter substituere. *pr. Inst. de pupill. subst.* 11) Ut liberi nihil magni momenti sine patris consensu agere, et neque nuptias facere, *pr. Inst. de nupt.* neque mutuam accipere pecuniam possint: quae omnia ex hoc principio fluere, infra suis locis demonstrabimus.

Non in negotiis publicis. Nam quum filius familias tantum ratione patris sit ἀπερρώσματος, alias vero et ingenuitate, et ciuitatis iure gaudeat: (§. 135.) in muneribus publicis pro patre familias habebatur. l. 9. D. de his, qui sui vel al. iur. Quin si magistratum gereret filius familias, patria iura cum filii potestate collata, interquiescere paullulum et conuiuere videbantur, ut ait Gell. lib. II. cap. 2. Huc etiam referendae l. 13. §. 5. et l. 14. D. ad SC. Trebell. quas egregie illustrat vir ill. Bynkerkhoek. lib. I. Obs. cap. 18.

§. 140.

Ius vitae et
necis paren-
tibus adem-
tum.

Sed hoc ius paullatim imminutum est. Nam I) non amplius ius vitae et necis competit parentibus, sed facultas modice castigandi, l. 3. C. de parr. por. l. vii. C. de emend. propinqu. l. vii. C. de his, qui par. vel. lib. occid. et in atrocioribus delictis magistratui praescribendi sententiam: l. 3. C. de parr. por. quamvis hoc iure hodie vix utamur.

§. 141.

An hodie
liceat ven-
dicare
liberos?

Deinde 2) iure nouo non licet parentibus vendere liberos, nisi urgente extrema egestate sanguinolentos, l. 2. C. de parr. qui fil. distr. id est, e matre adhuc rubentes. Huber. *Digress. lib. II. cap. 5.* Quamvis et hoc ius vix hodie frequentetur.

§. 142.

Adquæstus
per liberos
ho. liernus.

Porro 3) et ius acquirendi per liberos haud parum restrictum est distinctione variorum peculiorum, de quibus infra lib. II. tit. 9.

§. 143.

Denique 4) et noxae dationem filiorum filiarum-
que familias sublatam constat. §. 7. *Inst. de noxal. act.* *Liberi noxae dari nequeunt.*
Reliqua iura plerisque locis adhuc obtinent, praeterquam quod ea potestas, quia fere nuptiis separataque oeconomia liberorum soluitur, in nepotes vix competit. (§. 199.)

§. 144.

Ceterum quemadmodum iure Romano parum *Moti ad-*
differunt dominica et patria potestas: (§. 137.) ita *quirendi*
et liberi aequae, ac serui, (§. 81. *seqq.*) aut *patriam po-*
NASCUNTUR, aut FIUNT. *testatem.* *Nascuntur ex iustis nuptiis,*
modo iusto tempore procreentur. *l. 6. D. de his, qui sui vel al. iur. l. 12. D. de stat. hom. l. 9. C. de nupt. l. 3. §. penult. D. de suis et legit. hered. Fiant vel per LEGITIMATIONEM vel per ADOPTIONEM, pr. Inst. h. t. §. 13. Inst. de nupt. pr. Inst. de adopt. Hinc de nuptiis et legitimatione titulo IO. de adoptione tit. II. agitur.*

T I T. X.

D E N U P T I I S.

(DE SPONSALIBVS.)

§. A.

Nuptias antecedunt SPONSALIA, quae sunt *Sponsalio et repromissio futurorum nuptiarum* *, *l. 1. quid?*
D. h. t.

* *Mentio et repromissio est non modo stipulatio, qua vti solebant in contrahendis adninitatibus, sed et quaelibet conuentio. Attamen frequentissima apud comicos stipulationes et sponsiones: Sponde sive ergo tuam gnatam uxorem mihi? Spondeo. Plaut. Trinum V, 2, v. 33. sequ. Poenul. V, 3, v. 34. Curcul. V, 2, v. 74. Aulular. II, 2, v. 77. seqq. Hoc sollempni ritu promissae, SPONSAE; l. 3. D. h. t. pacto nudo, PACTAE; alicui destinatae, sed nondum promissae, SPERATAE dicebantur, Nonius de proprietate sermonis V.*

V, 69. *inter SPERATAM dictam, et PACTAM, et SPONSAM hoc interest, quod virgo prius, quam petatur, sperata dicatur. Dehinc promissa, vel pacta, vel sponsa dici potest. Arnobius aduersus gent. IIII. p. 140. uxores enim Dii habent, atque in coniugalia foedera conditionibus veniunt ante quaesitis? usu, farre, coemtionem genialis lectuli sacramenta condicunt? habent SPERATAS? habent PACTAS? habent interpositis stipulationibus SPONSAS?*

§. B.

De iis axiomata.

Inde itaque patet, I. Sponsalia esse consensum in futuras nuptias. II. Perinde esse, siue stipulatione, siue nudo pacto ineantur. *l. 4. l. 11. pr. D. b. r.* III. Ex iis nasci obligationem ad nuptias ineundas, sed iure Romano imperfectam.

§. C.

Distinctio iuris canonici inter sponsalia de praesenti et de futuro.

Quum igitur sponsalia sint consensus in futuras nuptias: (§. B. I.) consequens est, 1) ut ignorata Romanis, et ex male intellecta regula *l. 30 D. de reg. iur.* nata sit distinctio iuris canonici in sponsalia de **PRÆSENTI** et de **FUTURO**. *c. penult. X. de sponsul. c. ult. X. de spons. duor.* 2) Ut proinde sponsalia iure Romano omnia sint de futuro. *l. 1. l. 6. D. b. r.*

§. D.

Qui possint inire sponsalia?

Ex eodem consequitur, 3) ut sponsalia celebrare possint, quicumque possunt consentire in futuras nuptias, *l. 7. §. 1. l. 11. D. b. r.* adeoque 4) etiam im- puberes, modo sint infantia maiores, *l. 14 D. b. r.* 5) etiam filii filiaeque familias, *l. 11. l. 12. D. eod.* modo et pater, cuius in potestate sunt, consentiat, vel sal- tim non dissentiat, *l. 7. §. 1. D. b. r. pr. Inst. de nupt.* 6) etiam pupilli pupillaeuae, modo auctores fiant tutores *. *l. 6. D. b. r.*

* An vero et curatorum consensus requiritur, si minores contrahant sponsalia? Negatur merito, quia curator non personae, sed rei, datur. *l. 20. D. de ris. nupt. l. 8. C. eod.*

§. E.

Qui non possint?

Contra ex eodem patet, 7) non posse sponsalia inire, qui consentire non possunt, veluti furiosos men-

vid. § 776. et 777.

mentecaptos, infantes. l. 8. l. 24. §. 9. D. h. t.
 8) Nec magis rata esse sponsalia eorum, qui nuptias
 contrahere nequeunt, veluti inter proximos cognat-
 os, vel adfines, inter tutorem eiusve filiam et pu-
 pillam. l. 14. l. 15. l. 16. D. de sponsal. l. 36. l. 59.
 l. 60. §. 5. D. de rit. nupt.

§. F.

Quumque perinde sit, siue nudo pacto, siue sti- *Quomodo*
 pulatione ineanur sponsalia: (§. B. 2.) consequens *ineantur?*
 est, 1) vt non opus sit scriptura, aliaue sollempnitate,
 sed solus sufficiat consensus sponsalitiuus l. 7. pr. D.
 de sponsal. 2) Vt et absentes recte per nuntium vel
 epistolam contrahant sponsalia, l. 4. §. 1. l. 5. l. vlt. D. de
 sponsal.

§. G.

Denique quum ex sponsalibus nascatur obligatio: *Sponsi in*
 (§. B. 3.) facile patet, 1) cur sponsi sponsaque ali- *numero*
 quando pro maritis et nuptis habeantur, l. 13. §. 3. *marita-*
 D. ad leg. Iul. de adulter. l. 5. C. de bon. quae li- *rum.*
 ber. et hinc 2) in maritorum numero esse dicantur
 sponsi apud Gell. Noct. Attic. lib. II, cap. 15.

§. H.

At quamuis obligatio nasceretur ex sponsalibus
 vti ex omni deliberata conuentione nascitur secun-
 dum ius naturae, tamen quemadmodum ius ciuile
 non omni obligationi adsistit, ita idem de sponsali-
 bus dicendum, ex quibus ob infinitam repudiorum
 licentiam nullā dabatur actio *, quamuis stipulatio-
 ne firmata, vel poena in stipulatum deducta fuisset.
 l. 1. C. de sponsal. l. 2. §. 1. 2. D. de diuort. l. 2.
 C. de repud. l. 2. C. de inuul. stipulat.

* Nono iuri id adscribunt, moti loco Sulpicii apud Gellium, Noct. Attic. lib. III, cap. 4. Sed locus hic Gellij ad iura Latii, non ad Romana pertinet. Potius vel ex ipsa Sulpicii narratione colligas, Romae nihil tale obtinuisse.

§. I.

Ex quibus principiis facile reddes rationem, cur *Quomodo*
 sponsalia dissoluantur 1) MORTE, adeo vt, alteru- *dissoluan-*
 tra *tur?*

Effectus in
legitimus per
actus et actio
es quasi adu-
terito. Denique
An ex
sponsalibus
actio nasci-
tur?
is et illa:
totum.

tra persona extincta, et arrhae restituendae sint, nisi in mora fuerit persona mortua. *l. 3. C. de sponsal. 2) MORA SPONSI*, intra biennium, si in eadem prouincia sit, vel intra triennium, si extra prouinciam uiuat, sponsam sine iusta causa domum non ducentis. *l. 2. C. l. ult. 1). eod. tit. 3) RENVTIATIONE alterutrius. l. 1. C. eod. tit. l. 2. §. 1. 2. D. de diuort. l. 2. C. de repud.*

§. K.

*Monitum
de usu bo-
dierno.*

Hodie quum in materia de sponsalibus et nuptiis partim ius diuinum, partim canonicum, partim ipsas leges patrias magis, quam ius Romanum sequamur, eorumque iurium principia toto caelo differant a principiis iuris Romani: facile patet, pleaque ex his hodie aliter se habere. Immo quum et Theologi haec ad cathedram suam pertinere, a tot saeculis iudicauerint: non mirum est, intelligendo factum, ut intelligamus nihil*.

* Hae uero doctrinae partim ad regulam, partim ad exceptiones pertinent. Regula haec est: *omnia pacta sunt seruanda*. Sed quum nullum sit pactum tam validum; ut ab eo recedere ob iustas causas non liceat: merito id etiam de sponsalibus dicendum erit, maxime quum coactio, ut recte monet pontifex, difficiles exitus habere soleat. Tales iustae causae sunt 1) inimicitia irreconciliabilis, *c. 2. X. de sponsal.* 2) graue delictum, *c. 25. X. de iureiur.* 3) morbus uetus et chronicus, *c. fin. X. de coniug. leprosor.* 4) mutilatio, *c. 25. X. de iureiur.* 5) furor *l. 22. §. 7. D. solut. matrim.*

D E N U P T I I S.

§. 145.

Nuptiarum conceptus diuersi secundum diuersa iura. **M**aris et feminae coniunctio in se est *iuris naturae et gentium*: *l. 1. §. 3. D. de iust. et iur.* sed illi nouam ueluti formam circumdederunt cum *leges Romanae*, tum *ius pontificium*, a quibus denique *iura eccle-*

ecclesiastica Protestantium in multis capitibus discedunt. Vnde haec distincte consideranda.

§. 146.

NVPTIAE I. secundum IUS NATURAE confideratae sunt viri et mulieris coniunctio, ad liberos creando comparata. II. ROMANIS erant coniunctio maris et feminae, consortium omnis vitae, diuini * et humani iuris communicatio. l. 1. D. de ritu nupt. III. CANONISTIS sunt sacramentum, laicis proprium, quo vir et mulier secundum praecepta ecclesiae coniunguntur. c. sicut 2. c. 32. qu. 2. Denique III. PROTESTANTIBVS societas maris et feminae indissolubilis, et diuinitus instituta, ad generationem prolis et mutuum vitae adiutorium inuenta.

*Definitio-
nes eorum-
dem secundum ius
nat. Rom.
Canon. et
Protest.*

* Vxor enim fiebat veluti filia familias per in manum conuentionem, (§. 136.) et hinc particeps sacrorum gentilium mariti. Vid. Duaren, ad tit. D. solut. matrim. Vnde et pontifices auctores fieri oportebat in consarrationibus. Vid. Antiqu. nostr. Rom. lib. I. tit. 2. §. 31.

* Ex ea in manum conuentione talis nascebatur communio, qualis erat inter patrem et liberos in sacris eius constitutos, non communio bonorum, qualis hodie passim obtinet inter coniuges, quippe quam leges nostrae ignorant, l. 8. C. de pact. conu. nisi expresse talem societatem vniuersalem inierint coniuges. l. 16. §. vlt. D. de alim. legat. l. 17. §. I. D. sol. matrim.

§. 147.

ROMANI in coniunctione hac non solum, quid liceret lege ciuili, sed et quid honestum esset, considerabant. l. 42. pr. D. de ritu nupt. CANONISTAE, quid ecclesia sanxerit, expendunt. Vid. Burneti Hist. Ref. Angl. part. I. lib. II. p. 149. PROTESTANTES potissimum ad ius diuinum doctrinas suas attemperant. Proponemus itaque ius Romanum, et, vbi ob diuersa illa principia reliqua iura dissideant, paucis notabimus.

*Fundamen-
ta horum
iurium di-
uersa.*

§. 148.

Quum ergo nuptiae sint CONIUNCTIO: (§. 146.) Nuptiae consequens est, I) vt consensum vtriusque accedere oporteat, l. 2. D. de rit. nupt. excluso furore, l. 16.

*sensu, acco-
dando hodie*

D

§. 2.

*ισερολο-
για.* §. 2. *h. t.* vi metaque. [†] *l. 21. D. l. 14. C. h. t.* Isque
2) consensus solus iure Romano faciat nuptias*, *l. 30. D. de reg. iur. l. 15. D. de condit. et demonstr.* adeoque
3) concubitus domumque deductio ad *implementum*; instrumenta dotalia ad *figuram* duntaxat, non ad substantiam earundem, pertineant. *l. 22. C. de nupt. l. penult. pr. §. 1. D. de donat. int. vir. et uxor.* Iure canonico tamen connubium non gaudet effectibus ecclesiasticis, priusquam accesserit *ισερολογια*. Hinc distinctio inter matrimonium *legitimum* et *ratum*. *l. 7. et 8. X. de divor.* Hinc clandestinum habetur matrimonium, in quo omissa *ισερολογια*. *c. 2. et 3. X. de clandest. desp.* Immo Protestantes, retinentes *ισερολογια*, ne effectus quidem civiles relinquunt nuptiis, sine ritu sollempni cuiusque loci contractis. Boehmer. *Iur. eccl. protest. lib. III. tit. 3. §. 40. seqq.*

in Germania

* Neque tamen nuptiae sunt contractus, quippe qui circa res, quae in commercio sunt, versari solet. §. 19. *Inst. de inut. stipulat.*

§. 149.

*Ineunt ma-
trimonium
puberes, et
nullo ma-
rimonii
vinculo ad-
stricti.* Quia coniunguntur MAS ET FEMINA, (§. 146.) et quidem ad procreandam sobolem: consequens est,
1) ut masculos oporteat esse puberes, feminas viri potentes, *pr. Inst. b. t. l. 4. D. eod. id est, ut masculus 14. femina 12. annum excefferit, pr. Inst. quib. mod. tut. finit.* quamvis ius canonicum magis ad potentiam generandi attendat. *c. 3. X. de despons. impub.* 2) Ut illicita sit *πολυγαμια* simultanea. §. 6. *Inst. b. t. l. 2. C. de incest. nupt. l. 18. C. ad leg. Iul. de adulter.* Quo iure et nos utimur, ob institutionem diuinam primaeuam. *Matth. 19. v. 8. iunct. Genes. 2. v. 8.*

§. 150.

*Non serui,
nec filii fa-
milias sine
consensu
parentum.* Quum porro nuptiae Romanis sint *confortium* omnis vitae; diuini et humani iuris communicatio: (§. 146.) sequitur, 1) ut nuptiae non consistant inter ciues et peregrinos, seruos et liberas, liberos et ancillas,

cillas, multoque minus seruos et ancillas *, sed inter solos ciues Romanos *pr. Inst. b. t. l. 56. D. sol. matrim.* Ast iure canonico et moribus hodiernis et seruorum consistunt matrimonia, *c. 1. X. de coniug. seru.* 2) Vt filii filiaeque familias contrahere non possint nuptias sine iussu, vel tacito saltim consensu patris praecedente. (§. 139, II.) ** *pr. Inst. b. t.* Vnde mira dubitatio de casu, si pater sit furiosus, captiuus, absens, vel consentire nolit. De quibus vid. *l. 25. C. de episc. aud. l. 9. 10. 11. 19. D. b. t.* Ast ab hoc rigore eatenus discedant canones et mores multorum locorum hodierni, vt consensum quidem et matris et propinquorum, immo et curatorum passim requirant, sed tamen haud temere rescindant contractas huius modi nuptias. Lancellot. *Instit. iur. can. lib. II, tit. 11. §. 2.* Conf. Huber. *Prael. ad Inst. b. t.*

ad diuoluitatem inuincit qual ex matrimonio sequitur.

* Distinguebant ergo Romani *connubium vel nuptias*, quae inter solos ciues consistunt: *matrimonium*, quod etiam cum aliis personis liberis: *contubernium*, quod inter seruos et ancillas initur. Hinc vetus *Glossarium*: **N U P T I A E** iustum matrimonium, et Seruius: **CONNUBIUM** est ius legitimi matrimonii. Contra **MATRIMONIUM** pro coniunctione iure ciuili iniulta accipitur in *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. et Collat. legum Mos. & Rom. tit. 4. §. 5.* *Contubernium* seruorum passim occurrit apud Vlpian. *Fragm. tit. 5. l. 14. §. 3. D. de rit. nupt. l. 3. C. de incest. nupt.* Conf. V. C. Schulting. *Jurisprud. anteiust. pag. 32.*

** Nec excluditur tamen ratihabitio: quod contra Vinium luculenter demonstrauit Huber *Praelect. ad Inst. b. t. §. 10. et ad Pand. tit. de rit. nupt. §. 5.* Saltim praxis id seruat procul dubio.

§. 151.

Quumque Romani non solum, quid liceat, sed *Inter quasdam personas nuptiae incestae, inter alias indecorae, inter alias noxiae,* et, quid honestum sit, in nuptiis spectarint: (§. 147.) recte inde colligitur; non inter omnes personas consistere nuptias: easque aliquando tamquam **INCESTAS**, aliquando tamquam **INDECORAS**, aliquando tamquam **NOXIAS** prohiberi.

*consanguinitas
vel agnatio
vel cognatio.*

Incestae inter personas cognatas et adfines.

§. 152. *consanguinitas*
INCESTAS nuptias contrahunt propiores *cognati* et adfines. COGNATI sunt, qui a communi stipite descendunt, siue ex iustis nuptiis ea cognatio sit, siue ex illegitimo coitu, l. 54. D. de rit. nupt. siue ex contubernio feruili. § 10. Inst. l. 8. l. 14. §. 2. D. h. t. ADFINITAS est necessitudo inter coniugem vnum et alterius familiam. l. 4. §. 3. D. de grad. et adfin.

Cognationis gradus et lineae.

§. 153.
COGNATIO ex gradibus * et lineis iudicatur. GRADVS est distantia cognatorum: LINEA est series personarum a communi stipite descendentium, eaque vel RECTA, quae genitores et genitos; vel OBLIQUA, quae a latere iunctos complectitur.

* Sunt, qui graduum computationem in doctrina de nuptiis a Romanis ICTis adhibitam negant, existimantque, eam tantum ad successiones pertinuisse. Sed alia omnia patent ex Collat. leg. Mos. et Rom. tit. 6. §. 2.

Regula iuris Rom. et Can. de linea recta.

§. 154.
In linea recta ius ciuile et canonicum conspirant. Tot enim vtrumque numerat gradus, quot sunt generationes. Hinc pater et filia vno; auus et neptis duobus; proauia et pronepos tribus gradibus distant, cet.

Regula vtriusque iuris de linea obliqua, aequali et inaequali.

§. 155.
In linea obliqua ius ciuile eandem seruat regulam. Canonicum distinguit inter lineam obliquam AEQVALEM et INAEQVALEM, et de illa suppeditat axioma: quot gradibus personae cognatae distant a communi stipite: tot gradibus inter se distant. Hinc frater a sorore iure ciuili distat secundo; iure canonico primogradu: consobrini iure ciuili quarto; iure canonico secundo gradu. De inaequali linea regulam habet: quot gradibus persona remotior distat a communi stipite, tot gradibus personae distant inter se. Hinc e. gr. auisoror cognata mihi est gradu quarto iuris ciuilis, gradu tertio iuris canonici.

§. 156.

§. 156.

ADFINITATIS nulli sunt gradus, quia nullae *Regula de*
 Generationes: l. 4. §. 5. D. de grad κατ' ἀναλογία *adfinitati.*
 tamen recepta regula: quoto gradu mihi aliquis cognatus est, eodem gradu eiusdem coniux mihi adfinitate iuncta censetur.

§. 157.

Denique ob adfinitatem aequae ac consanguinitatis *Respectus*
 PARENTVM LOCO nobis esse dicuntur, qui *parentelae*
immediate sub communi stirpe sunt, quum nos ab eo quid?
 sumus remotiores: e. gr. thius vel thia nepotibus vel neptibus ex fratre vel sorore parentum loco sunt.
 §. 5. Inst. h. t. Simplic. ad Epictet. Euchirid. cap. 37.

§. 158.

Quibus praestructis, facile intelliguntur iuris civilis de nuptiis regulae. Prima est: nuptiae inter *Nuptiae*
 ascendentes et descendentes in linea recta in infinitum *incestae ob*
 prohibentur. §. 1. Inst. l. 53. D. h. t. Quam regulam *cognationem in linea recta.*
 et canones, et ob *Leuit. cap. 18. v. 7. seqq.* mores hodierni sequuntur. .

§. 159.

Altera regula est: in linea obliqua aequali iure civilis *Nec non in*
 nulli secundus gradus semper est prohibitus, quartus per *linea obli-*
 nissus: in inaequali tertius semper est prohibitus, quartus *qua.*
 et reliqui tantum inter eas personas, quae sibi inuicem *parentum ac liberorum loco sunt* *. (§. 157.) At ius
 canonicum prohibitionem ad gradum quartum suae computationis extendit, cap. ult. X. de consanguinit. idque in linea aequali. Nam in inaequali *reloectus*
 parentelae etiam ulterius impedit nuptias. Moribus *in ista linea nihil expletus quare de loco*
 nostris statuta cuiusque provinciae observantur, ita tamen, ut praecipue ratio habeatur legum diuinarum, (§. 147.) *Leu. cap. 18. et 20.* quibus quae non prohibentur matrimonia, ea facilius indulgentur a summo imperante. .

* Hinc prohibita sunt nuptiae inter fratres et sorores, §. 2. Inst. h. t. cum amita et matertera. §. 4. 5. Inst. eod. non autem inter consobrinos. §. 4. Inst. h. t. Quam-

uis enim has nuptias prohibuerit Theodosius: *l. vn. C. Th. si nupt. ex rescript. petant.* eadem tamen denuo permittunt Arcadius et Honorius imp. *l. 19. C. de nupt.* quos sequutus Iustinianus. *d. §. 4.* Vnde negatio eo §. in Graeca paraphrasi non est a Theophili manu. Vid. Car. Hann. Fabrott. *Not. p. 68.* Mores hic non vbiq; iidem sunt.

§. 160.

*Et ob adfi-
nitatem.*

De ADFINITATE eadem fere obseruanda. Ultra secundum enim gradum lineae obliquae iure ciuili nullae obseruantur prohibitiones, nisi personae inter se parentum et liberorum loco sint*. Ast *ius canonicum* non modo magis extendit has prohibitiones, verum etiam tria fingit adfinitatis genera, quorum *primum* vnus; *alterum* binis; *tertium* ternis nuptiis contrahitur. *can. vl. caus. 35. qu. 3.* De vsu hodierno idem repetendum, quod monuimus §. 159.

+ *matrimoniu*

* Ergo non subsistunt nuptiae inter fratrem et fratris viduam, *l. 5. l. penult. l. vl. C. de incest. nupt.* nec inter nepotem et defuncti patris viduam: subsistunt autem inter consobrinum et consobrini viduam.

§. 161.

*Denique ob
cognatio-
nem spiri-
tualem et
ciuilem, nec
non quasi
adfinita-
tem.*

Fingunt praeterea I. canonistae *cognitionem SPIRITUALEM*, per baptismum contractam*: quem admodum II. et Romanis erat *cognatio CIVILIS*, per adoptionem contracta, §. 1. et 2. *Inst. h. t.* nec non *QUASI ADFINITAS*, ex sponsalibus nata, vel ex diuortio superstes, de qua §. 9. *Inst. h. t. l. 12. §. 1. 2. 3. D. de rit. nupt.* Sed primam, tamquam absurdam, merito dudum explorauimus. Posteriores facile admittunt indulgentiam.

* Hanc canonistae diuidunt in *PATERNITATEM*, quae est inter baptizantem et baptizatum, item inter baptizatum et patrinum; *COMPATERNITATEM*, quae inter parentes baptizati et baptizantem vel patrinos; et *CONFRATERNITATEM*, quae inter liberos naturales baptizantis vel patrinorum et baptizatum intercedit. Marc. Azpilcuet. *tom. III. cap. 22. n. 36.* Similiter hic numerabant gradus, nuptiasque ob hanc spiritualem cognitionem ad gradum septimum; postea decreto concilii Tridentini ad secundum vsque inhibebant.

§. 162.

§. 162.

Haecenus de nuptiis *incestis*. Tamquam INDECO-*Nuptias*
 RAE (§. 151.) prohibitaerant nuptiae 1) inter se-*indecorae.*
 natores senatorumque liberos et libertinas, aliosque
 vilioris conditionis vel turpioris vitae personas. *l. 44.*
pr. D. b. t. 2) Inter ingenuum et eam, quae ar-
 tem ludicram, lenocinium, vel quaestum corpore
 fecerat, nec non a lenone manumissam, vel in adul-
 terio deprehensam, vel iudicio publico damnatam.
l. 43. D. eod. Vid. Comment. nostr. ad leg. Iul. et Pap.
Popp. lib. II. cap. 1. et 2. 3) Inter adulterum et adul-
 teram, raptorem et raptam. *l. 26. D. b. t. l. vii. §. 1.*
C. de rapt. virg. Nou. 134. cap. 12. 4) Inter vitricum
 et priuigni viduam. *l. 15. D. de rit. nupt.* 5) Cum
 ea, quam vxor post diuortium ex alio viro peperit.
§. 9. Inst. b. t. Sed primam prohibitionem Iustinia-
 nus sustulit. *l. 23. l. ult. C. b. t. Nou. 77. cap. 3.*
 Secundam et tertiam euertit ius canonicum, quod
 et raptorem ducere patitur raptam, *c. fin. X. de ra-*
ptu virg. et adulterum adulteram, dum ne adulte-
 rium factum sit sub spe futuri matrimonii, nec
 adulter vxoris, vel adultera mariti vitae struxerit
 infidias, *c. 6. X. de eo, qui dux. in matr. quam per adult.*
poll. Quo iure multis locis vtuntur.

§. 163.

Denique tamquam NOXIAE prohibentur nu-*Nuptias*
 ptiae 1) Christiani cum Iudaea vel contra. *l. 6. C. de noxiat.*
Iud. 2) Tutoris vel curatoris, filiae eius, cum pu-
 pilla vel adulta, rationibus nondum redditis. *l. 59.*
sequ. D. de rit. nupt. 3) Praesidis vel alius cuiuscum-
 que, qui officio publico praestit in prouincia, cum
 muliere prouinciali. *l. 57. l. 63. D. de rit. nupt.*
 4) Clericorum aliorumque, qui castitatis voto sese
 obstrinxerunt. *l. 44. C. de episc. et cler. Nou. 6. cap. 1.*
 §. 7. Sed tertia prohibitio hodie vbique; postrema,
 antiquiori ac puriori ecclesiae ignota, *l. 2. §. 4. C.*
de episc. et cler. inter Protestantes exsulat ob *Epist.*

ad *Hebr. cap. 13. v. 4.* 1. ad *Timoth. cap. 3. v. 2.*
et *cap. 4. v. 3.*

§. 164.

*Pœna in-
iustarum
nuptiarum.*

Si qui aduersus leges coeunt: nec vir, nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intelligitur, adeoque nec liberi, ex isto coitu nati, in potestate sunt. §. 12. *Inst. h. t.* Ad quem locum multa habes in *Comm. nostr. ad leg. Iul. et Pap. Popp. lib. II. cap. 6.* Quamuis canones et quorundam locorum mores multa indulgere soleant in honorem matrimonii semel contracti.

DE LEGITIMATIONE.

§. 165.

*Legitima-
tionis ori-
go.*

Altera patriae potestatis causa est LEGITIMATIO, (§. 144.) ignota veteribus, et a Constantino et successoribus deinceps inuenta *.

* Libera re publica senatus; sub initium status monarchici princeps aliquando legibus soluebat vel parentes, qui liberos extra iustum matrimonium procreauerant, vel ipsos liberos, ex iniusto matrimonio, immo ex incestis nuptiis natos. *Liu. lib. XXXVIII. cap. 36. l. 57. D. de rit. nupt.* Sed id fiebat extra ordinem: neque tum proditus erat modus ordinarius, illegitimos in patriam potestatem redigendi.

§. 166.

*Eius defi-
nitio.*

Est vero LEGITIMATIO actus, quo liberi illegitimi finguntur ex iusto matrimonio nati, et hinc instar legitimorum rediguntur in patriam potestatem. Luculenter de hac fictione egit iureconsultus eximius Io. Strauch. *Diff. Iustin. III. §. 3.*

§. 167.

*Quinam
possint legi-
simari?*

Quum ergo fundamentum legitimationis sit fictio, (§. 166.) fictio vero omnis ponat personas habiles: facile patet, non pertinere legitimationem ad spurios vel vulgo quæditos, nec ex adulterio vel incestu procreatos, quorum inter parentes fingi non potest matrimonium, *Nou. 89. cap. 14. Nou. 74. cap. 6.*

sed

sed ad *liberos naturales*, vel *nothos*, id est, e concubina susceptos. §. *ult. Inst. h. t. l. 10. C. de nat. lib. Nou. 117. cap. 2.*

§. 168.

Legitimandi modi tres referuntur: I. per *subsequens matrimonium*, a Constantino, II. per *dationem curiae*, a Theodosio iuniore, et III. per *rescriptum principis*; a Iustiniano inuentus *.

* Non multum differt modus legitimandi per adrogationem, inuentus ab Anastasio, *l. 6. C. de nat. lib. a Iustino abrogatus, l. 7. C. eod.* et a Iustiniano ipso, *Nou. 89. cap. 7.* sed ab eodem tamen inuento modo per rescriptum principis vere in usum reuocatus *Nou. 74. cap. 3. et Nou. 89. cap. 10.* Ab eo etiam reperta legitimatio per testamentum.

§. 169.

Per *subsequens MATRIMONIUM* legitimantur liberi naturales, quorum parentes concubinatum in nuptias commutant. Cuius rei signum olim erant instrumenta dotalia. §. *ult. Inst. h. t. hodie ιερολογία ecclesiastica.* (§. 148.)

§. 170.

Per *curiae dationem* legitimabantur, qui a patre in album curialium * relati, quaeue in matrimonium collocatae fuerant curialibus. *l. 3. l. 4. l. 9. C. de natur. lib. §. ult. Inst. h. t.*

Per curiae dationem, quae pater agnoscit.

* Caue tamen erres cum illo, et curiae datos statim deduciones factos putes. Immo curiae siebant obnoxii, eique seruebant periculo suarum facultatum *l. 4. C. de nat. lib. l. 50. l. 55. l. 60. l. 64. C. de decurionib.* Hinc nec militiae nomen dare, nec ruri extra municipium viuere poterant, curiae quippe, veluti glebae, adscripti, *l. 17. C. de decur. l. vn. C. si curial. relict. ciu.* Luculenter rem omnem explicauit Em. Merill. *Obs. lib. VII. cap. 26. pag. 109.*

§. 171.

Denique et *RESCRIPTO principis* legitimabantur, quorum pater, qui concubinam ducere non poterat, sacrum principis oraculum impetrauerat. *Per rescriptum principis.*

Nou. 74. cap. 2. Nou. 89. cap. 9.

§. 172.

*Legitima-
torum iura.*

Quum ergo legitimatione liberi illegitimi in patriam potestatem redigantur: (§. 65.) consequens est, 1) vt id fieri nequeat sine liberorum consensu, *l. 11. D. de his, qui sui vel. al. iur.* quippe qui in conditionem deteriore[m] hoc ipso rediguntur. (§. 137.) 2) Vt legitimati patri succedant, tanquam sui, Quod tamen de legitimatis per subsequens matrimonium intelligendum: §. *ult. Inst. de nupt. §. 2. Inst. de hered. ab intest. l. 14. C. de nat. lib.* legitimati enim per rescriptum admittuntur, si soli sint, *Nou. 89. cap. 9.* Si iam alii ex iusto matrimonio extant, hi merito praecipuam habent legitimam: ad reliquam portionem et legitimati admittuntur, si id voluerit pater, et hoc diuerse indultum sit rescripto principis. *Arg. Auth. praeterea, Auth. item, & Auth. si quis, l. 4. C. de natur. lib.* Gudelin. *de iur. nouiss. lib. I. cap. 15.*

§. 173.

*Mores ho-
dierni.*

Ceterum hodie et oblatio curiae locum non habet, quia conditio curialium (§. 170. *) ignota est: et per rescriptum saepius legitimatio fit, vt macula natalium elustur, quum vt illegitimi redigantur in patriam potestatem. Vnde et spuris, immo et adulterinis & incestuosis, id l. reficium denegari non solet. *Elem. iur. Germ. lib. 1. tit. 7. §. 154. seqq.*

T I T. XI.

D E A D O P T I O N I B V S.

§. 174.

*Tertius mo-
dus adqui-
rendi pa-
triam pote-
statem, ado-
ptio.*

Tertius modus acquirendi patriam potestatem est ADOPTIO*. (§. 144)

* Ergo semper adoptio iure veteri redegit in patriam potestatem: adeoque adoptio minus plena, (§. 186.) et per testamentum, (*Tacit. Annal. lib. III. cap. 1.*) vis antiquissima, vix hoc nomen mercatur.

§. 175.

§. 175.

ADOPTIO latius accepta est actio sollemnis, qua ^{Eius definitio.} in locum filii vel nepotis adsciscitur is, qui natura talis non est. *pr. Inst. b. r.* Ideoque adoptio imitatur naturam: §. 4. *Inst. b. r.* In solatium quippe eorum, qui liberos non habent, vel, uti eleganter Theophilus, *εἰς τὸ ἐκ τῆς φύσεως ἐλαόττωμα ἢ δυσύχημα ἐπιμεθεῖσθαι*, ad molliendum naturae defectum vel infortunium, inuenta. Theophil. *pr. b. r.*

§. 176.

Quum ergo adoptio imiteretur naturam: (§. 175.) ^{Qui adoptare possunt?} 1) illi adoptare tantum possunt, qui possunt et parentes esse, et liberos in potestate habere, adeoque 2) et spadones, non autem castrati*, §. 9. *Inst. b. r. l. 2. §. 1. l. 40. §. 2. D. b. r.* nec 3) impuberes, *arg. §. 4. Inst. b. r.* nec 4) feminae, nisi in solatium liberorum amissorum ex indulgentia principis, §. 10. *Inst. l. 5. C. b. r.* nec 5) natu minores maiores, sed qui eos, quos in filios adoptant, plena saltem pubertate, id est 18. annis; eos, quos in nepotes, 36. annis praecedunt. §. 4. 5. *Inst. b. r. l. 40. §. 1. D. b. r.*

* Quamvis enim et his promiscue id ius tribuerit Leo in *Nov. 26.* ea tamen contra ius Iustinianicum vix obtinet (§. 17. 8.)

§. 177.

Et quia in solatium eorum, qui liberos non habent, inuenta adoptio: (§. 175.) sequitur, 6) ut adoptare ii ordinarie nequeant, qui per aetatem adhuc liberis procreandis studere possunt, quales sunt ^{An iuvenes etiam, et qui liberos habent, adoptent?} minores annis sexaginta. *l. 17. §. 2. D. b. r.* 7) Ut nec ii facile* possint adoptare, quibus iam sunt liberi naturales. *d. l. 17. §. 3. D. cod. Cic. pro domo cap. 12.* 8) Ut, si quis in locum nepotis adoptare velit, filii consensus requiratur, ne ei inuitus heres agnoscatur. *l. 6. D. b. r.*

* Libera

* Libera re publica id plane non videtur fuisse concessum: Principes aliquando adoptabant, quamvis iis essent naturales, ut domum regnatricem fulcris quam plurimis firmarent. Sed id ne in iis quidem reprehensione caruisse, ostendit V. C. Jac. Perizon, *Animadu. hist. cap. 3. pag. 125.* Quod ergo rarissime forsan indultum priuatis, non statim venditandum pro iure ordinario, id quod facere videtur Reinold, in *Var. cap. 43.*

§. 178.

*Adoptio
quadruplex?* Adoptatur autem vel paterfamilias, vel filiusfamilias: ille per ADROGATIONEM; hic per ADPTIONEM strictius dictam, l. 1. §. 1. D. b. t. §. 1. *Inst. b. t.*

§. 179.

Quid adrogatio? ADROGATIO est actus, quo homo sui iuris auctoritate summi imperantis * in patriam alterius potestatem redigitur. §. 1. *Inst. l. 1. §. 1. l. 2. pr. D. b. t.*

callatis α ^{no}Olim iussu populi, in comitiis curiatis legem de adoptione huius modi ferentis, et auctoritate pontificum, quā adoptiuus in sacra adoptantis transibat. Cic. *pro domo cap. 13.* Rogationis sollempnis formula est apud Gellium, *lib. V. cap. 19.* eoque more vti sunt et ipsi imperatores, veluti Augustus, adrogans Agrippam et Tiberium, Suet. *Aug. cap. 65.* et Claudius Neronem, Tacit. *Annal. lib. XII. cap. 25.* priuati vero saltim ad Galbam vsque Tac. *Histor. lib. I. cap. 14.* Sed postquam principes paulatim omnia legum, magistratum, pontificum munia ad se traxerant, nullo aduersante: inualuit mos, per principis rescriptum adrogandi, iam tempore Caii: l. 21. *D. b. t.* (vbi sane interpolationis Triboniani nulla suspicio locum habet, quia femina particeps non erat comitiorum:) immo a temporibus Galbae, ut non abs re conicit V. C. Schulting. *Jurisprud. anteuistin. pag. 589.*

§. 180.

Adrogandus fieri debet auctor. Quum itaque adrogatione homo sui iuris in potestatem patriam redigatur: (§. 179.) aequissimum est, 1) illum, qui adrogatur, auctorem fieri. *l. 11. D. de his, qui sui vel al. iur. Cic. pro domo cap. 28. Gell. lib. V. cap. 19.* 2) Liberos etiam et bona adrogati simul cum illo in adrogatoris potestatem et familiam

liam transire. §. 2. et 11. *Inst. h. t. l. 40. D. h. t. tit. Inst. de acquis. per adrogat.* 3) Impuberem, qui auctor ipse fieri non potest, iure veteri adrogari non potuisse. Gell. *ibid.*

§. 181.

Ast ANTONINVS tamen PIVS adinvenit modo *Adrogatio impuberum quemodo fiat?* dum, quo et impuberes adrogari possent, modo id fieri, 1) consensu propinquorum, 2) auctoritate tutorum, 3) causa cognita, an adrogatio honesta sit, pupilloque expediat, 4) datis ab adrogante fideiussoribus, mortuo intra pubertatem pupillo, bona restitutum iri illis, ad quos illa pertinerent, si non facta fuisset adrogatio, 5) item, patrem sine causae cognitione filium adrogatum non emancipaturum, et si emancipaverit, eidem restitutum omnia bona, quae ad se attulerit, et relicturum insuper quartam suorum *. §. 3. *Inst. h. t. l. 15. §. 2. 3. l. 17. §. 1. sequ. l. 18. et sequ. l. 22. §. 1. D. h. t. l. 2. C. eod. l. 8. §. 15. D. de inoffic. testam.*

* Vocatur haec QUARTA D. PII, eamque alii interpretantur de quarta omnium bonorum, alii de quarta portionis ab intestato debitae, vel legitimae, ne melior sit adoptivi conditio, quam naturalis. Quamvis autem verior videatur prior sententia, tum ob verba: *quarta bonorum suorum*, §. 3. *Inst. h. t. l. 2. C. de adopt.* item: *ex bonis, quae mortis tempore illius, qui adoptatus, fuerunt, pars quarta ad eum pertineat, qui adoptatus est, l. ult. D. si quid in fraud. patr.* tum quia illa quarta non petitur querela inofficiosi, uti legitima, sed iudicio familiae eriscundae: l. 8. §. 15. *D. de inoff. test. l. 2. §. 1. D. fam. erisc.* vix tamen contingere potuisse arbitror, ut ea quaestio incidere, Nam quum nec ei facile daretur facultas adoptandi, qui iam liberos suscipisset, nec ei, qui eius aetatis esset, ut posset liberorum procreationi studere: (§. 177.) omnium minime id concessum videtur adrogatis impuberes, ob accuratam, quae tunc praemittenda erat, causae cognitionem, l. 17. §. 2. *sequ. D. h. t.*

§. 182.

Quum porro adrogati redigantur in potestatem: *Adrogationis effectus.* (§. 179.) consequens est, 1) ut etiam participes fiant iurium

iurium agnationis, quippe quae sola ciuilia sunt, non cognationis, quae naturalia. *l. 23. D. b. t.* 2) Vt adrogati in nomen, sacra, gentem, nobilitatem patriciam et imaginum transeant *, *l. 13. D. b. t.* et patricii a plebeijs adrogati eam nobilitatem; non autem senatores, senatorumque filii ordinem senatorium amittant. *d. l. 13. l. 35. D. b. t. l. 6. §. 1. D. de senator.* Perizon. *ad const. diu. Deut. 25. v. 5. 6. pag. 83.* 3) Vt adrogati patri adoptiuo et fratribus, in eiusdem potestate constitutis, aliisque agnatis, non autem patris adoptiui vxori, et cognatis, succedant ab intestato. *§. 2. Inst. de legit. agnat. success.*

* Id tamen hodie fecus se habet, nisi summus imperans adrogato simul iura nobilitatis conferat. Quod ordinarie non possunt principes et ordines Germaniae, quoniam tamen eorum auctoritate fieri possit adrogatio.

§. 183.

*Adoptio
quid?*

Hactenus de *adrogatione*: sequitur iam **ADOPTIO**, strictius dicta, (§. 178.) quae est *actio legis*, (§. 69, 2.) qua liberos, qui in parentum potestate sunt, adoptamus imperio magistratus * *l. 2. pr. D. l. 1. C. b. t.*

* Olim adoptio fiebat per aes et libram, intercedente tria venditione et mancipatione imaginaria, et duabus manumissionibus, ob ius vetus patrum, de quo supra (§. 138, 2) *l. vlt. C. b. t. Gell. lib. V. cap. 19. Vlpian. Pragm. tit. 8. §. 1.* Postea sola magistratus confirmatio, actis interuenientibus facta, sufficit. *l. vlt. C. b. t.*

§. 184.

*Qui ado-
ptentur?*

Quum ergo liberi, qui in parentum potestate sunt, adoptentur: (§. 183 et 178.) sequitur, 1) vt patris naturalis consensus sufficiat. *l. 5. D. b. t.* 2) Vt et infantes in adoptionem dari adoptarique possint. *l. 42. D. b. t.* 3) Vt hoc modo adoptari nequeant liberi ex concubinis nati, quippe in nullius potestate constituti. *l. 7. C. de nat. lib.*

§. 185.

*Quomodo
facta ado-
ptio?*

Et quia haec adoptio erat *actio legis*: (§. 183.) ideo 4) adoptari non poterat, nisi imperio eius magistra-

gistratus, apud quem plena erat legis auctoritas. *l. 3. l. 4. D. l. 1. C. b. r.* 5) Nec eadem ad tempus, *l. 3. d. b. r.* 6) Nec per tabulas, sed solemniter iuris ordine fiebat. *l. 4. C. b. r.* At hodie cuiusque magistratus auctoritas sufficit.

§. 186.

Quia denique adoptio est causa patriae potestatis: *Effectus effectus et diuisio in plenam et minus plenam.* (§. 144.) etiam huius, stricte dictae, effectus olim indistincte erat patria potestas. §. 2. §. 8. *Inst. de adoptio in plenam et minus plenam.* Sed Iustinianus patriam potestatem tantum dedit adscendentibus, qui adoptant descendentes, non adoptantibus extraneos. *l. penult. C. b. r. §. 2. Inst. b. r.* ita tamen, ut hi non minus patri adoptiuo ab intestato succederent, ac illi. §. 2. *Inst. b. r.* * Unde est, quod adoptio stricte in PERFECTAM vel PLENAM, et IMPERFECTAM vel MINUS PLENAM a doctoribus distinguitur.

* Mouit Iustinianum, quod aliquando contingeret, ut filius, extraneo in adoptionem datus, et postea emancipatus, nec patri naturali, nec adoptiuo succederet. Sane inter Papinianum, Paullum, Marcianum disputabatur, an haberet tunc filius, a patre naturali praeteritus, querelam inofficiosi testamenti. Nec leges in adoptionem datis quidquam adiudicant ex hereditate patris naturalis, nisi quod SC. Sabinianum iis reliquit iubeat quartam hereditatis, qui essent adoptati EX TRIBVS MARIBVS, iique illam sibi non relictam actione familiae erciscundae petere possent. *l. 10 §. 3. C. de adopt. §. 14. Inst. de hered. quae ab intest. et ibi Theophilus.* Eum locum dum emendant Alciat, *Parrerg. VI, 3.* Racuard, *de auctor. prud. c. 6.* cum plane peruertunt. Res clara. Quia lex Iulia et Papia et SC. Tertullianum tot priuilegia concesserant trium liberorum parentibus; aequum visum est senatui, ut tres isti liberi, qui parentibus tam multum prodesse, etiam in hereditate patris naturalis beneficio quodam fruereutur, id est, ut ii, qui ex tribus maribus in adoptionem dati essent, non exsortes essent hereditatis Patris naturalis.

§. 187.

Ceterum, quamuis hodie paullo rariores sint et *Usus adoptionis* adrogationes et adoptiones; neque tamen cum Gude-
lino *bodiuus.*

lino, Vinnio, aliisque existimandum, eas plane esse abolitas, nec adrogatos hodie fieri filios familias, sed alumnos. Aliud docent exempla, quae obseruaverunt Kulpil. *de adoption. et emancipat. principum*, Strykius in *Vsu hod. Pand. h. t. et tit. de capite minuit*. Quibus aliud, ad ipsam Frisiam pertinens, addi potest ex Huberi *Praelect. ad Inst. h. t. §. 64.* (*Elem. iur. Germ. lib. I. §. 160.*)

§. 188.

*Vnio prae-
tium in
Germania.*

Vulgo etiam huc referunt VNIONEM PROLIUM, Germanis non ignotam, quae est actus, quo parentes ad secundam transeuntes vota, praevia causae cognitione, et adhibito curatorum, ad hunc actum constitutorum, consensu, impetrant decretum competentis iudicis, ut liberi, ex priore utriusque vel alterutrius matrimonio geniti, cum liberis communibus utriusque parenti aequaliter succedant. *Gail. lib. II. Obs. cap. 125.* Sed ea unio nihil aliud est, quam pactum successorium, qualia plura Germanis in usu sunt. Hinc illa quoque patriam potestatem, uti adrogatio, non tribuit, nec quidquam fere cum adoptione commune habet. (*Elem. iur. Germ. lib. I. §. 161.*)

T I T. XII.

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLVITVR.

§. 189.

Ratio rationis.

Quot modis patria potestas acquiratur, haecenus dictum est pluribus: iam, quomodo eadem finiatur, dilucidandum.

§. 190.

*Axioma de
modis, qui-
bus patria
potestas sol-
uitur.*

Quia nihil aliud est potestas patriae, quam dominium Quiritarium: (§. 136.) certissimi iuris axioma est: quibuscumque modis dominium Quiritarium desinit: iisdem solvitur ius patriae potestatis.

§. 191.

§. 191.

Itaque soluitur I. morte, ita tamen, vt primi tantum gradus liberi post patris discessum sui iuris fiant, vltiorum graduum non item, si superstites sint, quorum in potestatem possint recidere. *pr. Inst. b. t. II. Capitis diminutione* maxima et media, e. gr. captiuitate, seruitute poenae, deportatione vel patris vel filii, quippe qua ius Quiritium eripitur. §. 1. et 3. *Inst. b. t.* III. Adoptione plena, quamuis ea filius non fiat sui iuris, sed patria potestas tantum in alium transcribatur. §. 8. *Inst. b. t.* IIII. Emancipatione, de qua paullo post.

§. 192.

Ex eodem principio sequitur, I) vt patriam potestatem non soluat relegatio, quippe quae non tollit ius Quiritium. (§ 227, 5.) §. 2 *Inst. b. t. l. 4. l. 7. §. 3. D. de interd. et releg. 2)* Vt nec dignitas eadem soluat *, Dionys. Hal. lib. II. pag. 96. immo 3) nec exhereditio. l. 20. *D. de bon. poss. contr. tab.*

* Equidem Virgines Vestales et Flamines Diales patria potestate olim exabant: sed non ob dignitatem, verum, quia a pontifice maximo manu capiebantur, Gell. lib. I. cap. 12. *Fragm. tit. 10. §. vlt.* Captiuitate autem patria potestas finiebatur. (§. 191, 2)

§. 193.

Iustinianus tamen sanxit, vt patria potestas solueretur V. dignitate patriciatus *: l. fin. C. de consul. lib. XII. § 4. *Inst. b. t.* item sacerdotio episcopali; Nou. 81. cap. 3. dignitate consulari, praefectura praetoriana, praefectura vrbs, magisterio militum, patrocinio filici: Nou. 81. cap. 1. iunct. l. fin. C. de de- curion. ita tamen, vt hi omnes iura familiae intacta retinerent. d. Nou. 81. cap. 2.

* Iustinianum frustra sibi huius iuris originem tribuere, contendunt Bachovius ad *Treutl. Vol. 1. disp. 2. ib. vlt.* et Vinn *Comment. ad §. 4. Inst. b. t.* idque ideo, quod iam Cassiodorus lib. VI. *Var. esp. 2.* eius priuilegii, patriciis concessi, meminerit. Sed Cassiodorum et videre haec Iustiniani constitutionem, et haec post illara

scribere potuisse, chronologicis rationibus docet Reinold. *Var. cap. 19.*

§. 194.

Emancipatio quotu-plex.

Praecipue vero EMANCIPATIONE solui diximus ius patriae potestatis. (§. 191, 4.) Quidni enim pater emanciparet, id est, per aes et libram, abalienaret liberos, qui erant res mancipi ratione patris, (§. 135.) et in eius dominio Quiritario constituti? (§. 136.) Ea vero emancipatio vel VETUS est, vel ANASTASIANA, vel IUSTINIANEA.

§. 195.

Emancipatio vetus,

VETUS erat actio legis, (§. 69, 2.) qua liberi masculi, primi gradus, per tres venditiones et emancipationes; totidemque manumissiones*; filiae autem et nepotes una venditione et manumissione, patria potestate exhibent. Cai. *Inst. lib. I. tit. 8. §. 3.* Conf. *Antiquit. nostr. Rom. h. t. §. 6.* Vendebat ergo pater filium per aes et libram: sed tertiae tamen emancipationi plerumque addebat contractum fiduciae, ut emtor filium remanciparet, quo ipse potius eum manumitteret, quam emtor, qui ideo Caio pater fiduciarius appellatur. Immo haec fiducia interposita semper praesumebatur. §. *ult. Inst. de legit. agn. success. l. ult. C. de emanc. liber.*

* Rationes huius ritus optime cohaerent. Liberi iure Rom. erant in dominio Quiritario. (§. 136.) Res, quae in hoc dominio erant, mancipari poterant: Bynkershoek. *de reb. mancipi pag. I.* ergo et liberi. Semel iterumque mancipari et manumissi filii residebant in patriam potestatem, non autem tertium venditi, tertiumque manumissi: (§. 138, 2.) hinc tribus emancipationibus, totidemque manumissionibus opus erat ad soluendum ius patriae potestatis, Q. E. D.

§. 196.

*Anastasi-
ana.*

EX ANASTASII constitutione liberi patria potestate exhibent per rescriptum principis ad acta infinuatum, eodem effectu, ac olim per emancipationes et manumissiones, l. 5. *C. de emancip. liber.*

§. 197.

§. 197.

Denique IUSTINIANVS, non abrogata constitutione Anastasii, sed vetere et vana, quam vocat, ^{Justiniana} ^{nea}, obseruatione, auctoritatem inagillstratum sufficere voluit; §. 6. *Inst. b. t. l. ult. C. de emancip.* et quidem quorumcumque, quia est actus voluntariae iurisdictionis. (§. 69, 2.) *l. 36. D. de adopt. et emancip. l. ult. C. b. t.*

§. 198.

Ceterum quemadmodum nemini inuito rerum suarum dominium eripi potest, nisi in poenam: ita nec pater ullo paene modo cogitur ad emancipandos liberos, §. *ult. Inst. b. t. l. 31. D. b. t. nisi quod in poenam ius patriae potestatis emittunt parentes, 1) prostituentes filias, l. 12. C. de episc. aud. l. 6. C. de spectac. 2) exponentes infantem, l. 2. C. de infant. expos. Nou. 153. cap. 1. 3) incestas nuptias contrahentes. Nou. 12. cap. 2.*

An pater cogi possit ad emancipandos liberos.

* Addunt doctores alias causas, veluti saeuitiam patris, ob *l. fin. D. si a parent. quis manumiss.* adrogationem in impuberis praecidium factam, *l. 32. D. de adopt. et emancip. reliquum legatum, vel nummos, acceptos ea conditione, vt filius emancipetur, ob l. 92. D. de condit. et demonstr. l. 1. §. 3. D. si quis a par. manumiss.* Sed in *l. fin. D. si a par. quis manumiss.* memoratur poena extraordinaria, vel priuilegium, quod ad exemplum non trahitur, (§. 60.) Impubes, adrogatus per *l. 32. D. b. t.* potest quidem sui iuris fieri, si pubes factus adrogationem improbet: sed non ideo patrem ad emancipandum cogit, quia adrogationis effectus interea in suspenso fuit. Denique nec qui legatum vel nummos ea lege accipit, vt emancipet, cogitur ad emancipandum, sed accipiendo vltro se ad id obstringit, quum legatum vel pecuniam potuisset repudiare.

§. 199.

Morte hodiernum soluitur patria potestas. Capi-
tis deminutio paene ignota est. Emancipatio vetus
et Anastasiana dudum exoleuit. Iustiniana non qui-
tem extra usum, sed tamen vel ideo paullo rarior
est, quia liberi plerisque locis per nuptias separatam-

us huius in totum, doctrinae hodiernae.

que oeconomiam e potestate patria exeunt, saluis ac intactis familiae iuribus. Quem modum, Germanicae originis gentibus proprium, vulgo, sed parum concinne, vocant *quasi emancipationem*, vel *emancipationem tacitam*. (*Elem. iur. Germ. lib. I. §. 162. seqq.*)

§ 200.

*Separatio
liberorum
secundum
ius Lubecense.*

Quibusdam locis, maxime vbi ius Lubecense viget, nec non in Westphalia, parens, ad secunda vota transiturus, liberis e priore susceptis matrimonio, partem bonorum assignat, interuenientibus actis. Ii liberi tunc sub tutela sunt, et vocantur *separati*, et cum reliquis, nondum separatis, in bonis postea acquisitis non succedunt. *Ius Lubec. part. II. tit. 2. art. 33. et ibi Meuius Stat. Hamb. part. III. tit. 3. §. 2. (Elem. iur. Germ. lib. I. §. 167. 174)*

T I T. XIII.

D E T V T E L I S.

§. 201.

*Hominum
sui iuris
noua diuisio.*

Diximus, homines vel *sui iuris* esse, vel *alieno iuri subiectos*, et hos vel sub *patria*, vel sub *dominica* potestate viuere, vnde alii *filii familias*, alii *serui* dicantur. (§. 128.) Quemadmodum igitur haecenus de partitione hominum *alieno subiectorum iuri* actum: ita iam sequitur diuisio noua personarum *SUI IURIS*, quorum *alii IN TUTELA* vel *IN CURATIONE* sunt, *alii NEUTRO IVRE* tenentur. *pr. Inst. b. t.*

§. 202.

*Tutela
olim et im-
puberes, et
feminae
suberant.*

Alterius tutela regi, aequissimum videbatur eos, etque, qui quaeue vel propter imperfectam aetatem, vel propter lubricitatem sexus sponte se defendere non possent. Hinc *puilli* vsque ad pubertatem; feminae, quae in manum haud conuenerant, in perpetua erant tutela. *Vid. Antiquit. nostr. Rom. b. t. §. 16. sequ.* Puberes vel ob aetatem, vel ob alias causas,

fas, rebus suis administrandis imparas, non quidem tutelae, sed *curationi* tamen suberant. Sed feminarum tutela iam Iustiniani temporibus plane ab usu recesserat.

§. 203.

TUTELA ergo pupillaris, de qua sola agendum, *Tutelae de- ut Seruius definit, est vis et potestas in capite libero**, *fnitio. ad tuendum eum, qui propter aetatem suam se sponte defendere nequit, iure civili data ac permessa.* §. 1. *Inst. b. t. l. 1. pr. D. eod.* *pupilla*

* *Caput liberum est homo sui iuris, Gell. lib. V. cap. 19. Ulpian. Fragm. tit. II. §. 5. Et videtur Seruius vocabulum hoc adhibuisse, quia tutelam generatim, non in specie pupillarem, desiniebat, ut illo vocabulo generali et pupillos complecteretur, et feminas, quas apud Romanos in perpetua tutela vixisse diximus. (§ 202.) Vis et potestas differunt, ut maius et minus. Plus enim in vi est, quam in potestate. Illa actum secundum, quem vocant philosophi, haec primum tantum notat. Hinc apud Tacitum vis opponitur imagini potestatis vel imperii, *Annal. lib. XV. cap. 14. nudo nomini, ibid. lib. III. cap. 37. speciei, lib. III. cap. 30. nudo honori, Histor. lib. II. cap. 29. inanibus, lib. XV. Annal. cap. 31. Vin* ergo tutor exercei in infantem, cuius vice omnia agit; *potestatem* in eum, qui fari potest, quique ipse agit, auctore tutore. l. 1. §. 2. *D. de administ. tut. §. 6. Inst. de inutil. stipulat. l. 5. §. 5. D. de reg. iur.* Quod et de tutela feminarum observandum est, in quas tutores non vim, sed potestatem exercebant.*

§. 204.

Quum ergo tutela sit *vis et potestas iure civili data* *Tutela est ta vel permessa: (§ 203.) collegerunt inde Romani*, munus pu- tutelam esse munus publicum. pr. Inst. de excus. tutor. blicum.*

* *Munus enim dicitur, quod necessario obimus lege, more, imperioque eius, qui iubendi habet potestatem. l. 214. pr. D. de verb. sign. l. 1. §. D. eod. et ibi Io. Goedd: in Comment. pag. 278. sequ.*

§. 205.

Ex quo sequitur, I) ut et filii familias tutelas *Quis tutor recte suscipiant. (§. 139. *) pr. Inst. qui testam. tut. esse possit? dar.*

dar. poss. 2) Vt contra nec ferui, l. 22. D. de test. tut. nec peregrini, nec mulieres tutores esse possint, l. ult. D. h. t. l. 2. §. 1. de reg. iur. Excipiuntur tamen per Nou. 118. cap. 5. mater et auia, ~~et~~ reliquis, etiam agnatis, praeferi iussit Iustinianus.

§. 206.

Quando tu-
toris admi-
nistratio
impediatur?

Quumque tutoris sit, pupillum, qui per aeta-
tem sponte se defendere nequit, TVERI: (§. 203.)
sequitur, vt tutela legitima et datiuā impediatur,
et testamentaria saltim suspendatur, 1) per mino-
rennitatem, §. 13. Inst. de excus. tut. 2) per furo-
rem et infamiam, l. penult. D. h. t. 3) per surditatem
et impotentiam loquendi, l. 1. §. 2. 3. l. penult. D. h. t.

§. 207.

Quibusnam
dantur tuto-
res?

Quia porro ei potestati subest caput liberum:
(§. 203.) consequens est, 1) vt tutor primario per-
sonae, non rei, detur *, §. 4. Inst. qui testam. tut.
dar. poss. l. 12. l. 14. D. de testam. tut. 2) Vt nec
patrem habenti tutor detur, l. 239. pr. D. de verb.
signif. pr. Inst. h. t. l. 6. §. ult. D. h. t. 3) nec ser-
uo. Neuter enim est sui iuris, (§. 128.) adeoque
nec caput liberum. (§. 203 *) Immo 4) nec pere-
grino tutor ex iure Quiritium datur, quia is non
gaudet libertate Quiritium, ob quam capita libera
censebantur. Cicero pro A. Caecina cap. 33.

* Secundario tamen tutor etiam rem pupilli administrat.
Immo aliquando et ad certum actum datur, veluti ad
hereditatis aditionem. l. 10. pr. D. de test. tut. l. 17.
§. 1. D. de adpellat. l. 9. l. 13. pr. D. de tut. vel cur.
dat. Immo si magnae sunt pupilli facultates, et rei
Africanae, Syriacae cet. tutores dantur, l. 15. D. de test.
tut. l. 27. pr. D. de tut. dat. At proprie ne tunc qui-
dem tutor rei, sed personae datur.

§. 208.

Tutela be-
reditati
comparata.

Ceterum quum lege 12. tabb. cautum esset: PA-
TERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER FAMI-
LIA, PECVNIA TVTELAVE SVAE REI*, ITA IVS
ESTO: Vlpian. Fragm. tit. 11. §. 14. ICTI ROMANI tu-
telam

relam considerabant tamquam hereditatem. Quem-
admodum ergo *testamento* scriptus heres excludit
legitimum, qui alias ab intestato successisset: *l. 39.*
D. de adquir. hered. ita *testamentaria* tutela reliquas
omnes, id est, *legitimam* et *dativam*, excludit. *l. 11.*
pr. D. de test. tut. Et quemadmodum aliquando
praetor honorum possessionem dat secundum vel contra
tabulas; ita et deficiente tutela testamentaria vel
legitima tutorem dat praetor.

*Ad Heidegi
Lecturam*

* Scravimus verba *TUTELAE SVAE REI*, quia et
apud Ulpianum, et in *pr. Inst. de leg. Falsid.* et in *l. 120.*
D. de verb. sign. et alibi passim habentur: et nihil ha-
bent absurdi. Filii enim familias erant res mancipi;
(§. 135.) et hinc paterfamilias, dum tutorem illis da-
bat, legabat de tutela suae rei. Nihilominus tutor da-
batur personae, (§. 207, 1.) quia eius munus mor-
tuo demum patre incipiebat, postquam iam persona,
vel caput liberum esse coeperat filius.

§. 209.

Triplex itaque est tutela: *TESTAMENTARIA*, ^{Tutela tri-}
de qua *titulo 14. LEGITIMA*, de qua *tit. 15. et sequ.* ^{plex.}
et denique ex lege Atilia et Iulia Titia inuenta in sub-
sidium, *DATIVA*, de qua *tit. 20.* agitur.

T I T. XIII.

QVI TESTAMENTO TUTORES DARI
POSSUNT.

§. 210.

Quia paterfamilias potest legare super tutela suae *Tutelae so-*
*rei**: (§. 208.) explorati iuris est axioma: *pa-* ^{stamentaria}
rer liberis, in potestate sua constitutis, (§. 139, 9.) et ^{ratio.}
in alterius potestatem non recasuris, (§. 207, 2.) tuto-
res testamento, vel codicillis testamento confirmatis, da-
re potest, l. 1. pr. l. 3. pr. D. de testam. tut. §. 3. Inst.
de tut. l. 73. §. 1. D. de reg. iur.

* Quamvis testamentaria tutela ex hac lege 12. tabula-
rum liquido suat: *l. 120. D. de verb. sign.* eam tamen

iam ante decemuiros Romae receptam fuisse, patet exemplo L. Tarquini Prisci, quem Ancus rex liberis suis tutorem testamento instituit, teste Livi^o *lib. 1. cap. 34.*

§. 211. 211

*Eiusdem
fundamen-
tum,*

Fundamentum ergo huius tutelae est *patria potestas.* (§. 139, 9.) *l. 73. §. 1. D. de reg. iur.*

§. 212.

*Quibus-
nam tutor
testamento
datur?*

Ex quo principio sequitur, 1) vt pater solus vel auus, qui liberos in potestate habet, tutores dare possit, non mater aut auia, nec alia extranea persona. *l. 1. pr. D. h. t.* 2) Vt idem tutores det liberis*, non emancipatis, sed in potestate sua constitutis, vtriusque sexus, *d. l. 1. pr. D. h. t.* 3) etiam exheredatis. (§. 192, 3.) *l. 4. ff. b. t. cont. Zach. Huber. Dissert lib. II. diff. III. §. 28. pag. 331. immo* 4) ex benigna iuris interpretatione etiam postumis, dum in ea causa sint, vt viuo patre nati, sui heredes, et in eius potestate fuissent futuri**. §. 4. *Inst. de tut. l. 1. §. 1. l. 6. D. h. t.*

* *Liberorum nomine etiam nepotes vtriusque sexus; filiorum nomine postumi et filiae, non vero nepotes, continentur. l. 6 l. 16. D. h. t. §. vt. Inst. h. t.* Quamuis enim alias obtineat aliud: *l. 84. iunct. l. 201. D. de verb. sign.* nulla tamen hic subest ratio interpretationis extensivae, quia nepotibus vel per legitimum, vel per datiuum tutorem satis prospicitur.

** Postumi enim, quoties de commodo eorum agitur, pro iam natis habentur. *l. 7. D. de stat. hom.*

§. 213.

*Quomodo
et quinam
tutores hoc
modo dari
possint?*

Quumque haec tutela sit instar hereditatis: (§. 208.) sequitur, 1) vt tutor ordinarie dandus sit testamento. 2) Vt et codicillis testamento confirmatis vel ideo dari possit, quia tutela veluti fidei tutoris committitur. *l. 3. pr. D. h. t.* 3) Vt recte tutores dentur omnes, quibuscum est testamenti factio, dum habiles sint muneri publico obeundo, (§. 204. sequ.) *l. 21. D. h. t.* veluti serui cum libertate dati, (quae libertas data praesumitur in seruis propriis,

priis, §. 1. *Inst. h. t.*) filiifamilias, (§. 205, 1.) magistratus, l. 20. §. 1. *D. h. t.* furiosi et minores, quamvis, dum hi impediuntur, (§. 206, 1. 2.) interea tutor a magistratu datur. l. 10. §. 17. *D. de excus.*
 4) Vt tutor dari nequeat persona incerta*. l. 20. *pr. l. 30. D. h. t.* In eo tamen hic singulare quid occurrit, 5) quod tutor non solum pure et sub conditione, verum etiam a certo tempore, vel in certum tempus testamento recte datur. l. 8. §. 2. *D. h. t.* §. 3. *Inst. h. t.* Quod in hereditate secus se habet, (§. 544.)

* Nam eodem iure et circa institutionem heredis olim utebantur. (§. 523. et 539.)

§. 214.

Ex eodem principio sunt, 6) etiam quod ad tutelam attinet, neminem posse pro parte testatum, *Quamdiu speratur tutela testam. §. 5. Inst. de her. instit. adeoque, 7) si vel semel ad testamentarium devoluta sit, vel saltem adhuc spectetur tutela testamentaria, locum tunc non habere tutelam legitimam. l. 11. pr. §. 1. D. h. t.*

§. 215.

Quamvis ergo expediti iuris sit, nec 1) patrem emancipatis, vel naturalibus, (§. 212, 2.) nec matrem vel personam extraneam liberis vel impuberibus heredibus, (§. 212, 1.) tutorem dare posse, nec 3) istam tutoris constitutionem recte fieri codicillis testamento haud confirmatis: (§. 213, 1.) tamen his casibus CONFIRMATIO solet accedere magistratus, quae est actus, quo id, quod tutoris dationi testamentariae deest, a magistratu suppletur. l. 1. §. 1. *D. de conf. tut.* §. ult. *Inst. de tut.* l. 32. *D. de excus.* Vnde et 1) testamentariis habentur tutores sine inquisitione confirmati. l. 3. *D. de confirm. tutor.*

§. 216.

Eaque confirmatio fit vel *sine inquisitione* quomodo pater non recte tutorem dedit*, veluti filio *fiat?* eman-

emancipato, vel naturali instituto, vel per codicillos testamento non confirmatos: §. ult. *Instit. de tutel. l. 1. §. 1. l. 3. l. 6. D. de confirm. tut.* vel cum inquisitione, aut, si minor magistratus confirmet, cum satisfactione, l. 5. *D. h. t. si mater, vel extraneus impuberi instituto, vel pater naturali, non instituto, tutorem dederit. l. 4. D. de test. tut. l. 1. §. 2. l. 2. l. 7. D. de confirm. tut.* Si mater non instituto tutorem dedit, non debet quidem, sed solet tamen, tutor confirmari cum inquisitione. l. 4. *C. de test. tut. vbi euoluendus ill. Corn. van Bynkerkhoek Obs. lib. II. cap. 17.* Ceterum quum hi tutores non tam ob testatoris iudicium, quam ob inquisitionem confirmantur, pro dativis habentur. l. 5. *D. de confirm. tut.*

* Attamen et hic disquirendum, an durauerit patris voluntas? quae durasse non creditur, si in tutore emergerit celata morum improbitas, aut inimicitia cum patre, aut damnosus cum filio contractus. l. 8. 9. 10. *D. de confirm. tut. l. 4. D. de test. tut.*

§. 217.

Usus confirmationis hodiernus.

Ceterum hodie omnes in vniuersum tutores, siue legitimi, siue testamentarii, in Germania confirmantur ob *Recess imp. anni 1548. tit. 31. et anni 1577. tit. 32.* Quod et moribus Frisiae obtinere, obseruat Huberus *Prael. ad Pand. lib. XXIII. tit. 4. §. 4.* quamuis hic legitima parentum tutela excipiat. *Id. ibid. (Elem. iur. Germ. lib. I. §. 363.)*

T I T. XV.

DE LEGITIMA AGNATORVM TUTELA.

§. 218.

Tutelae legitimae quando locutur sit?

Quemadmodum, vbi intestatus quis decessit, ex lege succedunt propinqui, et quidem itre veteri agnati: ita et tutela lege 12. tabularum deferretur proximis agnatis, si pater vel omnino, vel certe, quod ad tutelam, intestatus *, (§. 208.) §. 2. *Instit. h. t. vel tutor datus viuo testatore decessit. l. 6. D. h. t.*

* Secus

* Secus, si tutor testamento datus vel excusetur, vel remoueat, finita nondum tutela, vel si impediatur denique tutela per aetatem, furorem, diem vel conditionem testamento adscriptam. His omnibus enim casibus non legitima, sed datiuua tutela locum habet, ob principium explicatum, (§. 214, 7) l. II. D. de testam. tut.

§. 219.

Hinc axioma: ubi successionis est emolumentum: Tutelae le-
 gitimae ibi et tutelae onus esse debet, dummodo persona sit
 habilis obeundo muneri publico. (§. 204.) §. vii. ^{fundamen-}
Inst. de legit. patr. tut. l. 73. pr. D. de reg. iur. Ex ^{tum, et di-}
 quo axioma fluit tutela legitima AGNATORVM,
 PATRONORVM, PARENTVM, ET FIDUCIARIA. §/

§. 220.

Quum nimirum lex 12. tabularum post liberos ^{Quinam ad}
 vocet agnatos et gentiles *: Ulpian. *Fragn. tit 26. §. 1.* ^{legitimam}
 consequens est, 1) ut iure vetere hi soli etiam fue- ^{tutelam ve-}
 rint tutores legitimi. *pr. et §. 1. Inst. h. t.* 2) Ut ^{centur?}
 proximi agnati excludant remotiores, et 3) si plu-
 res eodem gradu sint, omnes ii tutelam nanciscan-
 tur. §. ult. *Inst. de capit. dem. l. 9. D. h. t.*

* Sunt vero AGNATI et GENTILES per virilis sexus
 personas cognatione iuncti, l. 7. D. h. t. §. 1. *Inst. h. t.*
 COGNATI, qui per feminini sexus personas cognatione
 iunguntur. §. I. *Inst. h. t. l. 10. §. 2. D. de grad. et*
adfin. Agnati vero et gentiles ita differunt, ut illi sint
 eiusdem cognominis et familiae; hi eiusdem nominis
 et gentis, e. gr. C. Iulio Caesari agnati erant omnes
 Caesares: gentiles omnes Iulii, quorum maiorum nemo
 seruitutem seruierat. Nam id addendum ideo, quod
 et liberti patronorum nomen adsumere solebant. (§. III.)
 Vid. Cic. *Topis. cap. 6.*

§. 221.

Quia vero agnatorum et gentilium discrimen praee-
 tor; agnatorum et cognatorum differentiam Iustinia-
 nus *Nov. 118. cap. 4.* iustulit, hosque cum illis pro-
 miscue ad successionem admisit: 4) iure nouo cognati, ^{Iure nouo}
 modo idonei sint, vna cum agnatjs ad tutelam legi- ^{et cognati}
 timam vocantur. *Nov. 118. cap. 5.* Quia idem Iusti- ^{sunt tutores}
^{legitimi,}
^{inmo et}
^{mater et}
^{auia.}

nianus 5) et matrem ac aviam admisit, easque omnibus a latere cognatis, ipsique avo paterno praetulit, dum renuncient secundis nuptiis et SC. Velleiano. *Novell. 118. cap. 5.* Quo iure utimur, nisi quod renunciatio iureiurando fieri non solet.

§. 222.

Agnationis et cognationis iura quomodo tollantur?

Ceterum inter *agnationem et cognationem* etiam hoc intercedit discrimen, quod haec, tamquam *naturalis qualitas*, minima capitis deminutione tolli nequeat; illa, tamquam *civilis*, omni capitis deminutione perimatur. §. *ult. Inst. h. t. §. 6. Inst. de capit. dem.* Vnde hic, loco licet non satis idoneo, inseritur titulus de CAPITIS DEMINVTIONE.

T I T. XVI.

DE CAPITIS DEMINVTIONE.

§. 223.

Quid caput?

CAPUT nimirum Romanis vocabatur status ille triplex, LIBERTATIS, CIVITATIS, FAMILIAE, (§. 76.) quia secundum illos status capita referebantur in tabulas censuales*. *Antiqu. Rom. h. t. §. 2. sequ.*

* Vnde *capita libera*, homines sui iuris, (§. 203. *) *capite censi*, quorum solum nomen, sine re et prole in tabulas censuales referebatur, Gell. *lib. XVI. cap. 10. capite destituti*, serui, §. 4. *Inst. h. t. capitalis poena*, et iudicium publicum *capitale*, non solum, quo vita, sed et quo libertas vel ciuitas adimebatur. *l. 2. pr. l. 6. §. ult. D. de poen.* Inde ergo et phrascs; *caput de ciuitate eximere*, *l. 2. D. de publ. iud.* nec non *capite deminui.*

§. 224.

Definitio capitis deminutionis. Est itaque CAPITIS DEMINVTIO *status prioris mutatio**. *pr. Inst. l. 1. D. h. t.*

* Addunt multi, *in deterius*, ut et Theophilus *h. t. et Attalior. Synops. tit. 3. ΕΙΣ Τὸ ΧΕΙΡΟΝ*. Sed non opus videtur illa lacinia. Qui enim libertatis, ciuitatis, vel iurium familiae non est particeps, ille nec caput habet

habet, (§. 223.) adeoque mutato statu nec capite deminuitur. Sic seruus manumissus capite non minuitur. §. 4. *Inst. b. t.* Immo ne deportatus quidem, vel ab hoste captus, si ciuitatem vel libertatem recuperat, quia in eo statu caput, quod amittere possit, non habet.

§. 225.

Quumque caput vel status sit triplex, libertatis, *Eiusdem diuisio.* ciuitatis, familiae: (§. 223) triplicem etiam esse oportet capitis deminutionem, MAXIMAM, qua libertas, adeoque et iura ciuitatis et familiae; MEDIAM, qua, salua libertate, status ciuitatis; et MINIMAM, qua, salua libertate et ciuitate, iura familiae perimuntur. *pr. Inst. l. ult. D. h. t. Maxima et media*, quia eam passae personae esse desinunt, (§. 76.) morti comparantur, et hinc mors ciuili vocari solent. *l. 209. D. de reg. iur. §. 1. Inst. quib. mod. ius patr. potest. solu.*

§. 226.

Itaque MAXIMAM capitis deminutionem patiebantur 1) detrusi in seruitutem; siue per captiuitatem, siue per modum poenae in hanc calamitatem inciderint: (§. 82. 83.) 2) serui poenae, (§. 83. *) quamuis haec seruitus poenae in fauorem cognatorum a Iustiano sublata sit. *Nov. 22. cap. 8.*

§. 227.

MEDIAM contra patiebantur 1) ii, quibus aqua *Media.* et igni interdictum *, et 2) deportati, qui et EXSVLES dicebantur: *l. 5. pr. D. §. 2. Inst. h. t. l. 2. §. 1. D. de poen.* 3) transfugae, vel 4) hostes iudicati, *l. 5. §. 1. D. h. t.* non vero 5) RELEGATI, quippe qui, saluis ciuitatis iuribus, vrbe tantum. vel prouincia exesse iubebantur. *§. 2. Inst. h. t. §. 2. Inst. quib. mod. ius patr. potest. solu.*

* Nemini ciuium Rom. iura ciuitatis adimi imito poterant, nisi ipse auctor fieret. *Cic. pro domo cap. 29.* Quia tamen statim ea amittebantur, simul ac quis alii ciuitati adscribi se passus erat; idem *ibid. cap. 30.* siquidem nemo iure Romano duarum ciuitatum ciuis esse poterat: *Corn. Nep. 1st. Attic. cap. 3.* hinc aqua et igni interdicebatur reis, quos ciuitate priuatos volebant.

Nam simul ac illi, hac adacti necessitate, solum verterant, et in aliam civitatem se receperant: Romanam ipso iure amisisse censabantur. Cic. *pro domo cap. 30.*

§. 228.

Minima.

MINIMAM denique capitis deminutionem patiuntur 1) arrogati, quia ex patribus familias fiunt filii familias, (§. 179.) §. 3. *Inst. l. 3. pr. §. 1. D. h. t.* 2) arrogatorum liberi, qui patrem sequuti, familiam mutant. (§. 150, 2.) *l. 40. D. de adopt.* 3) legitimati, in primis per subsequens matrimonium, quia sui iuris esse desinunt, (§. 172, 1.) et 4) iure veteri * etiam emancipati. §. 3. *Inst. h. t.*

* Quia emancipari nemo poterat, quin in imaginariam servilem causam deduceretur. (§. 195.) *l. 3. §. 1. D. h. t.* Quod cessat iure novo, maxime quum ob *Nov. 118. cap. 4. §.* etiam emancipatis iura successionis et familiae salva sint.

§. 229.

*Ufus do-
ctrinae ho-
diernus.*

Capitis deminutionem maximam hodie obsoleuisse omnes fatentur. Mediae in Germania comparant proscriptionem, vel bannum imperii, et relegationem cum ictu fustium. *Herm. Stamm. de servit. person. lib. I. tit. 4. num. 16. sequ.* In aliis provinciis exsilium vel condemnationem ad triremes perpetuam, et cum publicatione bonorum coniunctam, eidem similia statuunt. *Vinn. Comment. ad h. t.* Sed dum similia haec aiunt capitis deminutioni mediae, simul agnoscere videntur, quod omne simile quodammodo dissimile, et saltim non ideum sit.

T I T. XVII.

DE LEGITIMA PATRONORVM TUTELA.

§. 230.

*Legitima
patrono-
rum tutela.*

Altera species tutelae legitimae est tutela PATRONORVM. (§. 219.) PATRONVS est, qui servum siue proprium, siue alienum, manumisit. *l. 3. §. 1. sequ. D. de suis et legit. her. l. 3. D. de iur. patr.*

§. 231.

§. 231.

Quia ergo huic libertus debet, quod persona esse *Patroni* coeperit, quam antea esset in classe rerum, (§. 77.) *tamquam* et hinc olim liberti pater et proximus agnatus crede- *agnati suc-* batur: (§. 111.) legibus 12. tabularum patronus, *cedebant* eiusque liberi, tamquam proximi agnati, vocaban- *libertis,* tur ad successionem, si non extarent sui heredes. Ulpian. *Fragm. tit. 29. §. 1. l. 23. §. 1. D. de bon. libert. pr. Inst. de success. libert.*

§. 232.

Quia vero, ubi successionis commodum, ibi et *Et hinc et-* onus tutelae esse oportet: (§. 219.) inferebant inde *iam ad tu-* prudentes, libertorum impuberum, vel liberorum *telam legi-* eorum tutelam deferendam esse patronis, patrono- *timum vo-* rumque liberis, huic muneri suscipiendo idoneis. *cabantur.* *l. 3. pr. D. de legit. tutor. §. vn. Inst. h. t.* Quod hodie extra usum est.

T I T. XVIII.

DE LEGITIMA PARENTVM TUTELA.

§. 233.

Tertia tutelae legitimae species est, quae PAREN- *Legitima* TIBVS defertur, (§. 219.) quippe qui aetatem *parentum* liberorum impuberum emancipatorum, tamquam *tutela.* patroni, regunt. *l. 3. §. ult. D. de legit. tut. §. vn. Inst. h. t.*

§. 234.

Nimirum poter filium emancipabat per tres ven- *Eius fun-* ditiones et manumissiones imaginarias, (§. 195.) *damentum.* adeoque hic quodammodo in servilem causam deducebatur: (§. 228. *) *l. 3. §. 1. D. de cap. min. et hinc manumissus, non quidem ratione titatus, (§. 91, 4. 5.) sed tamen ratione iurium patronatus quasi libertus erat manumissoris. Hinc manumissor ei, tamquam patronus, succedebat, (§. 231.) adeoque idem et tutor erat emancipati impuberis, (§. 232.)*

§. 235.

§. 235.

*Cur ea pa-
tri, ac non
potius filii
emtori de-
feratur?*

Quum vero pater emancipans, interposita fiducia, sibi stipulari soleret, ut filius tertium venditus ab emtore sibi remanciparetur, quo ipse potius, quam ille, eum manumitteret, iuribusque patronatus frueretur, (§ 195) eaque fiducia ex constitutione Iustiniani semper interposita fingeretur: §. ult. *Inst. de legit. agnat. success. l. ult. C. de emanc. lib.* consequens erat, ut pater, tamquam patronus, filio filiaeue emancipato emancipataeue succederet, (§. 231.) et hinc etiam eorum susciperet tutelam legitimam, si essent impuberes. (§ 232.) §. vn. *Inst. h. t. l. 3. §. ult. D. de legit. tut.*

§. 236.

*Ufus bo-
diernus.*

Sed haec legitima parentum tutela, cessante emancipatione vetere, et iuribus patronatus plane extinctis, hodie, fatentibus omnibus, extra usum est. Moribus Germanorum pater curator est filiorum etiam non emancipatorum, ratione bonorum aduentitiorum maternorum. *Ius prou. Sax. lib. I. art. 11.* Quod et alibi obtinet, et non ex *l. ult. C. de bon. quae liber.* sed ex iuris patrii reliquiis, repetendum. (*Elem. iur. Germ. lib. I. §. 138. sequ.*) De tutela matris et aviae iam diximus. (§. 221.)

T I T. XVIII.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

§. 237.

*Tutela fi-
duciana.*

Legitimam hanc parentum tutelam, de qua superiore titulo actum, olim ab interposita illa fiducia, (§. 195. et 235.) dictam esse FIDUCIARIAM, patet ex Ulpian. *Fragm. tit. 11. §. 5.* Sed Iustinianus quartam speciem tutelae legitimae fiduciariam vocat. §. vn. *Inst. h. t. l. 4. D. de legit. tut.*

§. 238.

*Eius des-
initio.*

Itaque FIDUCIARIA TUTELA Iustiniano est, quae post mortem patris emancipatoris liberis eius masculis

*sculis perfectae aetatis defertur in emancipatum impubere-
rem. d. l. 4. D. de legit. tut. §. vn. Inst. b. t. Quia
enim pater emancipator per interpositam fiduciam
iura patronatus consequebatur, et hinc legitimus
tutor erat filii emancipati adhuc impuberis: (§. 235.)
consequi videbatur, vt, eo mortuo, liberi eius non-
dum emancipati hanc tutelam consequerentur, tam-
quam patroni filii, quos lex 12. tabularum aequae
ad successionem vocabat, ac patronos. (§. 231.)
d. §. vn. Inst. b. t. Quod ipsum quoque hodie
extra usum est.*

TIT. XX.

DE ATILIANO TUTOR, ET EO, QUI
EX LEGE IULIA ET TITIA DATVR.

§. 239.

Actum haectenus de tutela *testamentaria, (tit. 14.) Tutelae da-
et legitima: (tit. 15. sequ.)* iam tertia sequitur tu-
telae species, quam **DATIVAM** vocant, quia haec tu-
telae datio est **actus legitimus**, (§. 70.) *quo deficienti-
bus testamentariis et legitimis, tutores a magistratu ex
lege dantur. pr. Inst. b. t.*

§. 240.

Ex quo tria fluunt axiomata: I. Tutor hic ex *De eius in-
lege a magistratu datur. l. 6. §. 2. D. b. t.* II. Da-
tur in subsidium, deficientibus testamentario et le-
gitimo. III. Tutoris datio est **actus legitimus**, *l. 77. D. de reg. iur.*

§. 241.

Datur, inquam, tutor ex lege, (§. 240, I.) et *Eius origo
in vrbe quidem ex lege ATILIA, lata ante annum ex lege Asi-
V. C. 566. vti patet ex Liuio lib. XXXVIII. cap. 9. l. 12. et Iulia
procul dubio a L. Atilio Regulo, tribuno plebis, Titia.
anno V. C. 443. Liu. lib. VIII. cap. 30. In prouin-
ciis, (excepta Sicilia, de qua vid. Excerpt. Peiresc.*

pag. 397) ex lege IULIA ET TITIA *, lata anno V. C. 723 Caesare Augusto III et M. Titio Ruto coll. Valef. ad Excerpt. Peiresc, pag. 61. (Histor. iur. lib. I. § 64.)

* Deseruit nuper Henr. Valefii sententiam V. C. Aug. Chrift. Marchius, edita singulari *Diss. de tutoribus ex lege Iulia et Titia datis*, Lips. 1736. Potius non vnam esse legem statuit, sed duas, quarum Titia antiquior, lata sit anno ab V. C. vel 488. vel 526. siue a C. Titio, siue a Q. Titio, tribunis plebis: Iulia contra a Caesare Augusto anno 726. Et sunt sane eius argumenta non nullius momenti. Urget enim testimonium Theophili *Paraphr. pr. Inst. de Aul. tutor.* vbi diserte memorat β. νόμος, Ἰούλιον καὶ Τίτιον, duas leges, Iuliam et Titiam. Urget copulam ET, quae interici non soleat inter collegarum nomina, a quibus lex aliqua cognominetur. Enimvero quemadmodum non adeo classicum videtur Theophili de re tam antiqua testimonium: ita exemplo non caret copulativa ET etiam vnus legis auctorum nominibus interiecta. Quod vt vno probem exemplo; notissima est lex Licinia et Mutia, constanter ita vocata a Cicerone *pro Balbo cap. 21.* in *Bruto cap. 16.* et in fragmentis *Orationis pro C. Cornelio perduellionis reo.*

§. 242.

Quum ergo ex lege tutor detur? (§. 240. sequ.)
 Quinam possint tutores dare? sequitur, 1) vt nullus possit tutorem dare iure magistratus, sed ex speciali concessione populi vel principis. l. 6. §. 2. D. de tut. dat. l. 1. pr. D. de offic. eius, cui mand. est iurisdic. Specialiter autem id ius concessum erat lege Atilia praetori urbano, cui adhibenda in consilium maior pars tribunorum plebis*: pr. Inst. b. t. Liu. lib. XXXVIII. cap. 9. in prouinciis lege Iulia et Titia praetidibus. pr. Inst. b. t. Postea in vrbe coll. iussu Claudii ex inquisitione; Suet. in Claud. cap. 23. et paullo post praetores tutelares ex constitutione Marci Antonini; Iul. Capitolin. in Vir. Marc. cap. 10. hinc et praefectus vrbi et praetor, secundum suam iurisdictionem, in prouinciis praesides, et ex eiusdem Marci oratione legati procosi. vel, si non magne essent pupillorum facultates, magistratus municipales, iussu praesidum, tutores dabant

dabant**. §. 3. 4. *Inst. h. t. l. 1. pr. §. 1. D. de tutor. dat.* Denique et municipalibus magistratibus, siue iussu praesidium, cum episcopo loci, si pupillus ultra quingentos solidos non haberet, et iuridico Alexandriae, ea facultas data est. *l. 30. C. de episc. aud. §. 5. Inst. h. t.*

* Itaque quum alias vel vnus tribunus reliquorum consilia intercedendo turbare posset: *Liu. lib. III. cap. 49. lib. VI. cap. 35. Dionys. Hal. lib. X. pag. 658.* id ius intercedendi in tutoris datione sublatum erat lege Atilia, quae pauciorum sententiam a pluribus superari iusserat. *Vinn. Comment. h. t.*

** Praetor intra urbem; praefectus urbi intra centesimum ab urbe lapidem, vel in prouinciis suburbicariis. *l. 1. pr. 4. ult. D. de offic. praef. urb. Conf. Iac. Gothofredi Dissertationes de prouinciis suburbicariis.*

§. 243.

Ex eodem axiomate fluit, 2) tutoris dationem non posse mandari*. *l. 8. pr. D. de tut. et cur. dat. l. 1. dari possit? pr. D. de offic. eius, cui mand. est. iurisdic.*

An tutoris datio man-

* Tutores quidem dabant etiam legati procos. (§. 242.) *l. 15. D. de offic. procos.* qui non propriam, sed mandatam iurisdictionem exercebant, . 13. *D. cod.* Sed ea facultas iis non competebat ob mandatam iurisdictionem, verum ex oratione D Marci, qua legati eam facultatem accipiebant, simul ac ipsis iurisdicatio a procos. mandata esset. *l. 1. §. 1. D. h. t.* Eodem modo et duumviri, praesidium auctoritate, tutores cuius satisfactione dabant, si modicae essent pupillorum facultates. (§. 242.) *l. 3. D. de tut. dat.*

§. 244.

Quum porro tutores dentur in subsidium; (§. Quando tutela datiuua locum habet, 1) si nec testamentarius, nec legitimus tutor est. *pr. Inst. h. t.*

2) Si tutela testamentaria vel impeditur et adhuc speratur, vel finitur morte, excusatione, vel remotione tutoris testamentarii. (§. 214, 5.) *l. ii. D. de test. tut. §. 1. 2. Inst. h. t.*

Quando locus sit tutelae datiuuae?

§. 245.

Denique quum tutoris datio sit actus legitimus: (§. 240, 3.) sequitur, 3) vt pure tantum, non sub

Quomodo tutor dari possit?

conditione, nec in diem vel ex die tutor dari possit. *l. 6. §. 1. D. de tutel. (§. 70.)* Quod secus se habet in tutela testamentaria. (§. 213, 4.)

§. 246.

Vfus hodiernus.

Hodie tutoris datio ad ordinariam pertinet iurisdictionem, omnibusque ea facultas competit, quibus est aliqua, saltem civilis, iurisdictione. Immo magistratibus nostris ius est praetereundi testamentarios et legitimos, aliosque magis idoneos constituendi, si e re pupilli videatur. Schilt. *Exerc. XXXVII. §. 46. sequ.* Zypaei *Not. Belg. tit. de tut. Statuta Fris. lib. I. tit. 7. art. 1. (Elem. iur. Germ. lib. I. §. 370.)*

TIT. XXI.

DE AVCTORITATE TUTORVM.

§. 247.

Tutoris vis et potestas.

Pupilli imperfecta est aetas, (§. 202.) §. 6. *Inst. de Atil. tut.* imperfectior tamen infantis, qui fieri non potest, quam vel *infantiae*, vel *pubertati proximi* *. Hinc in infantem VI; in infantiae vel pubertati propiore **POTESTATE** pollere tutorem diximus (§. 203. *)

* Infantia iure nostro vsque ad annum aetatis septimum completum porrigitur. *l. 14. D. de sponsal. l. 18. C. de iur. delib. l. 1. §. 2. D. de admin. iur.* Septenni maior, sed qui decimum cum dimidio, vel quae nonum cum dimidio nondum attingit, *infantiae*; qui decimum, vel quae nonum cum dimidio excessit, sed nondum pubes est, *pubertati proximus* vel *proxima* esse dicitur.

§. 248.

Infans nihil agit, infantia maior agit auctore tutore.

INFANS ergo nihil, sed pro illo tutor omnia agit: *l. 1. §. 2. D. de admin. tut. l. 9. D. de acquir. hered.* est **MAIOR INFANTIA** ipse, si tutor velit, agit, auctore tutore, *d. l. 9. D. de acquir. hered. §. 9. Inst. de inutil. stipul. l. 3. C. de acquir. possess.* qui veluti supplet, quod pupilli personae ob lubricum aetatis de-

deesse videtur. l. 32. §. 2. D. de acquir. vel amitt. possess. Vnde auctoritas ab augendo dicta videtur veteribus. Charil. Graminat. lib. I.

quid? §. 249.

Est vero AVCTORITAS actus legitimus*, (§. 70.) Quid au-
 quo tutor id, quod pupillus infantia maior gerit, (§. 248.) et ex quo deterior eius conditio fieri posset sol-
 lemmiter adprobat, vt, quod personae eius deest, lup-
 pleatur. (§. 248.)

* Non solent hoc alii obseruare. Sed quum in l. 77. D. de reg. iur. non omnes actus legitimi recententur, (§. 70.) et in auctoritate omnia actuum legitimorum requiritur concurrant, vix est, quod illam esse actum legitimum dubitemus.

§. 250.

Quum ergo auctoritas sit actus legitimus: (§. 249.) Quomodo
 1) ea interponenda erat statim in ipso negotio *, ea interpo-
 2) a tutore praesente: nec 2) quidquam valebat, post nenda?
 tempus, vel 4) per epistolam, vel per nuncium in-
 terposita. §. 2. Inst. h. t. l. 9. §. 5. D. eod. 5) In-
 terponi eam etiam oportebat pure, non sub con-
 ditione. l. 8. D. h. t.

* Turbare videtur l. 25. §. 4. D. de acquir. her. in qua
 iussus praecedere, auctoritas PERFECTO NEGOTIO
 interponi dicitur, vbi lac Gothofr. ad l. 29. D. de reg.
 iur. legendum putat *perfecto negotio*. Sed nihil emen-
 datione opus. Non enim ea lex ait, dudum perfecto ne-
 gotio auctorem fieri posse tutorem, sed *perfecto nego-*
tio, id est, simul ac iste actus explicatus erat, a quo
 negotium perfectionem capiebat et substantiam. Sic e gr.
 in stipulatione pupillus interrogatus, congrue respon-
 debat, eoque perfecto actu, tutor praesens statim in-
 terponebat auctoritatem. Hinc eleganter a veteribus di-
 sputatum, si mulier, quae in tutela olim perpetua vive-
 bat, (§. 201.) per epistolam manumitteret seruum ab-
 sentem, (§. 101.) vtrum a tutore auctoritas interpo-
 nenda sit, postquam mulier scripserit epistolam, an
 postquam eam acceperit seruus? Dubium enim videba-
 tur, scriptane epistola, an postquam seruus dominae
 voluntatem cognorit, actus perfectus sit, et *libertas*
peragatur, (ἀπαρτίστηται.) Vid. *Fragm. e vet. Icto*

§. 15. apud Schulting. in *Jurispr. ad anteiust.* pag. 807. et add. l. 38. pr. D. de adq. vel amitt. poss.

Quando auctoritate opus sit?

§. 251. erat

Auctoritas tutoris necessaria est, quoties pupillus quid gerit, quo deterior posset fieri eius conditio. (§. 249.) Ex quo fluit axioma iuris notissimum: *meliorem facere conditionem pupillo licet; etiam sine tutoris auctoritate; deteriorem non aliter, quam auctore tutore.* pr. *Inst.* l. 9. pr. D. h. t. l. 28. pr. D. de pact. l. 11. D. de adq. rer. dom.

Pupillus sine auctoritate tutoris alios sibi obligat, sed non obligatur.

§. 252.

Ex quo consequitur, 1) ut pupillus sine tutoris auctoritate sibi stipulari; (l. 9 pr. D. h. t.) donationem vel remissionem acceptare, (l. 2 D. de acceptil.) immo ex quocumque titulo lucratio acquirere, (l. 11. D. de adq. rer. dom.) non autem promittere, donare, remittere, tradere, alienare possit *. 2) Ut contractus cum pupillo, in scio tutore, in iis non obligent pupillum, sed hic tamen ex iisdem alios habeat obligatos. l. 13. §. 29. D. de act. emt. pr. *Inst.* h. t. Unde et *claudicare* hi contractus dicuntur doctoribus.

* Nisi pupillus factus locupletior, aut ex re nascatur obligatio. Vtroque enim casu et civiliter eum obligari acquirissimum est. l. 1. pr. l. 5. §. 1. D. h. t. l. 46. D. de oblig. et act. l. 13. §. 1. D. de condict. indeb.

§. 253.

An hereditatem recte adeat sine auctoritate tutoris.

Ex eodem principio recte colligitur, 3) pupillum sine auctoritate tutoris hereditatem adire non posse, quamvis lucrosa sit. l. 9. §. 3. D. h. t. §. 1. *Inst.* h. t. iuncta *Paraphrasi* Theophili. Idque partim, quia hereditas nos creditoribus et legatariis obligat, l. 8. pr. D. de adq. her. pupillus autem ex facto suo, sine tutoris auctoritate, civiliter obligari nequit, (§. 252, 1.) l. 46. D. de oblig. et act. partim, quia olim aditio hereditatis obcretionem cum ea coniunctam erat actus sollempnis, *Antiqu. Rom. lib. II.*
tit.

tit. 17. §. 15. sequ. ad ea vero, quae sollempnitatem iuris desiderant, explicanda tutore auctore opus erat. (§. 70.) h. 19. D. de auct. tut.

§. 254.

Denique quia tutor, auctoritate interposita, pupilli iudicium supplet, (249.) adeoque pupillus et tutor veluti pro vna persona agente habentur: expediti iuris est axioma: tutor auctor fieri in rem suam non potest. §. 3. Inst. h. t. l. 1. pr. l. 7. pr. et §. 2. D. h. t.

§. 255.

Ex quo inferitur, 1) tutorem emere non posse res pupilli, l. 3. 4. §. 7. D. de contr. emt. nisi palam et bona fide, veluti actione publica. l. 5. C. cod. 2) Si lis intercedat inter tutorem et pupillum, dandum huic esse curatorem in litem *, §. 3. Inst. h. t. lit. non, uti olim, tutorem praetorium. Ulpian, *Fragm.* tit. 11. §. 24.

* Quod tamen raro hodie continget, quum nec creditor pupilli eiusdem tutelam suscipere possit. *Nou.* 72. cap. 1. 2. 4. *Nou.* 94. praef. Si tamen is superueniat, curator adiungitur, *Nou.* 72. cap. 1. 2.

§. 256.

Ceterum hodie nec actus legitimus est auctoritas tutoris, adeoque doctrinae §. 250 expositae fere extra usum sunt: nec iam amplius obseruatur discrimen inter pupillum, infantem, et maiorem infantia. (§. 248.) Plerumque enim tutores, immo et curatores, res maioris momenti ipsi expediunt, et raro interesse patiuntur pupillum vel minorem, nisi fere maiorenitati sit proximus. (*Elem. iur. Germ. lib. I. §. 385.*)

T I T. XXII.

QVIBVS MODIS TUTELA FINITVR.

§. 257.

Tutela ideo inuenta est, ut defendantur ii, qui per aetatem suam sponte se defendere nequeunt. (§. 202.) Ea ergo cessante causa, et tutelam finiri aequum est.

F 4

§. 258.

§. 258.

*Finitur
morte.*

Finitur itaque 1) MORTE tum tutoris, quia mortuus vivum defendere nequit, tum pupilli, cui extincto defensione non opus est. §. 3. *Inst. h. t. l. 4. D. de tut. et rat. distr.* Vnde nec tutela ad heredes transit, siquidem et in legitimam non tamquam heredes, sed tamquam proximi agnati, succedunt tutoris, qui obiit, et pupilli propinqui, l. 16. §. 1. *D. de tut. l. 46. D. famil. ercisc.*

§. 259.

*Capitis de-
minutione.*

Finitur 2) CAPITIS DEMINUTIONE, et quidem pupilli quacumque, tutoris tantum maxima et media. §. 1. §. 4. *Inst. h. t. l. 14. pr. §. 1. 2. D. de tut.*

* Pupillo capitis deminutionem quacumque passo, tutela finitur. Nam siue maximam, siue mediam, siue minimam patitur, non est caput liberum. (§. 207.) Tutor autem, capite minutus, tutor esse desinit, si vel libertatem, vel civitatem amisit, quia tutela est *munus publicum*, quod servus, vel peregrinus obire nequit, (§. 205. 2.) Capitis deminutione minima tutoris tutela in se non finitur, quia et filiusfamilias tutor esse potest: (§. 205, 1.) finiebatur tamen olim tutela legitima, quia minima capitis deminutio iura agnationis tollit. (§. 222.) Quum vero hodie agnatorum discrimen *Nou. 118. cap. 4.* sublatum sit, et cognati non minus, quam agnati, ad tutelam legitimam vocentur, (§. 221.) cognationis autem iura minima capitis deminutione non perimantur: (§. 222.) hodie capitis deminutione tutoris minima tutela non amplius finitur.

§. 260.

Pubertate.

Finitur 3) PUBERTATE, de qua quum lis esset inter Proculianos et Cassianos, hique eam ex corporis habitu, illi ex annis aestimarent; Priscus vero utrumque indicium pubertatis coniungendum putaret: *Vlpian. Fragm. tit. 11. §. 28.* Iustinianus Proculianorum sententiam probavit, et masculorum pubertatem expleto anno 14. puellarum anno 12. finivit * . l. fin. *C. quando tut. esse desin. pr. Inst. h. t.*

* Quamvis vero pubertate ipso iure finiatut tutela: res tamen suarum administrationem, ex constitutione
D.

D. Marci, non recipiunt adolescentes, nisi constitutis curatoribus. Et ita intelligendae l. 33 §. 1. D. de administr. et peric. tut. l. 5. §. 5. D. cod. immo et l. 28. §. 1. l. 31. D. cod.

§. 261.

Porro quum tutor testamento et pure, et sub *Exsistente* certa conditione, et in diem dari possit: (§. 213, 5.) *die vel con-* consequens est, vt 4) et VFNIENTIE DIE, vel EX-
SISTENTE CONDITIONE haec testamentaria tu-
tela finiatur. §. 2. §. 5. *Inst. b. r. l. 14. §. 3. §.*
D. de tut.

§. 262.

Denique et 5) EXCVSATIONE, et 6) REMO-
TIONE tutelam finiri, ait imperator §. ult. *Inst. ne et remo-*
b. r. de quibus tit. 25. et 26, erit dicendi locus. *tione.*

§. 263.

Iam id addimus, quia tutor primario quidem *Finita tu-* personae, secundario tamen etiam rei datur, (§. 207. *) *tela quae-*
eumdem, tamquam rei alienae administratorem, *nam actio:* fi-
nita tutela, teneri ad rationes reddendas. §. 7. *Inst. nes compe-*
de Atilian. tut. Qui non reddit, TVTELAE iudi-
cio; qui improbe compositas reddit, et aliquid sub-
trahit, *actio* DE RATIONIBVS DISTRAHENDIS,
quae in duplum datur, in ordinem cogitur. *tit. D.*
de tutel. et rat. distrab. De actione tutelae vid. in-
fra lib. III. tit. 28. §. 976. sequ.

§. 264.

Ceterum hodie pubertate vix quidquam mutatur
circa tutelam. Plerumque enim tutores qui fue-
runt, eodem fere iure minores regunt vsque ad maio-
rennitatem. Cuius rei rationem explicabimus ti-
tulo infequente. (§. 278.) Rationes reddendae
quotannis, et hinc quouis tempore, quando in
mora est, tutor ad eas reddendas adigi potest, non
tam a pupillo iudicio tutelae, quam a iudice tu-
telari, vel ex officio, vel ad implorationem cogna-
torum. (*Ele. iur. Germ. lib. I. §. 387.*)

T I T. XXIII.

D E C U R A T O R I E V S.

§. 265.

*Curator
quasi pro-
curator.*

Curator et procurator promiscue fere accipiuntur, uti ex l. 1. C. *si tut. vel curat. interu.* patet, pluribusque exemplis demonstratum est a viro ill. Corn. van Bynkerhoek *Obs. lib. II. cap. 20.*

§. 266.

*Curationis
definitio.*

Ergo uti procuratio, ita CURATIO nihil aliud est, quam potestas administrandi bonae et rem familiarum eorum, qui rebus suis ipsi superesse nequeunt. l. 20. D. *de rit. nupt.* l. 8. C. *de nupt.*

§. 267.

*Curatorum
et tutorum
differentia.*

Ex quo fluit axioma: *curator primario rebus; personae tantum per consequentiam datur.* §. 2. *Inst. h. t.* l. 20. D. *de rit. nupt.* l. 8. C. *de nupt.* l. 12. §. *penult.* D. *de admin. tut.* Et inde consequitur, 1) ut curatores non, uti tutores, auctoritatem interponant, quia in minorum persona defectus non est, qui supplendus sit: (§. 248.) sed tantum consensum iis, aliquid acturis, impertiantur. 2) Ut et tutorem habenti dari possit curator. §. 5. *Inst. h. t.*

§. 268.

*Eos acci-
piunt fu-
riosi.*

Quumque curatores dentur püberibus, qui rebus suis ipsi superesse nequeunt: (§. 266.) sequitur, ut curatores accipiant 1) FVRIOSI, de quibus iam legibus 12. tabularum cautum fuerat, ut agnatis gentilibusque in eorum pecuniam et facultates potestas esset *. Cic. *Tusc. Quaest. lib. III. cap. 11. de inuent. lib. II. cap. 50. §. 3. Inst. h. t.*

* Quamvis vero id eatenus mutatum sit iure nouo, ut magistratus furiosis curatores, causa cognita, constituent: l. 6. l. 13. D. *de curat. furios.* tamen non facile is praeteribit propinquos, si qui eorum habiles sint. l. 13. D. *ib. §. C. 604.*

§. 269.

§. 269.

Quumque a furiosis parum discrepent 2) PRO-^{Prodigi,}
DIGI, quippe furiosum facturi rerum suarum exitum: l. 12. §. 2. D. de tut. dat. et hi exemplo furiosorum in curatione propinquorum sunt, sicut ac a Praetore illis bonis est interdictum. Horat. Serm. lib. I. sat. 3. Paull. Sent. recept. lib. III. tit. 4. §. 7. l. 10. pr. l. 15. pr. D. de curat. furios. l. 6. D. de verb. oblig.

§. 270.

Quandoquidem ergo soli furiosi et prodigi iu-^{Hinc cura-}
re verustissimo 12. tabularum curatores accipiebant: ^{tio quodam-}
ignominiosum quodammodo videbatur, homini in-^{modo igno-}
genuo sanae mentis obtrudi curatorem, eique libe-^{miniosa,}
ram rerum suarum administrationem et alienationem non permitti. l. 2. D. si a parente quis manumiss.

§. 271.

Primum ergo ex lege Laetoria ADOLESCENTI-^{Quando}
BVS, (non tantum lasciuis et dementibus, uti ex-^{minores cu-}
male intellecto loco Iulii Capitolini Vit. M. Ant. cipere coepe-^{ratores ac-}
cap. 10. vulgo colligunt *,) sed omnibus, qui pete-^{rini?}
bant, curatores dari coeperunt causa cognita. In-
uito enim adolescenti curatorem dari non posse, expediti
iuris videbatur, partim ob rationem §. 270. reddi-
tam, §. 2. Inst. h. t. partim quod curator procurato-
ris loco est; (§. 265.) procurator autem nisi volente
domino fieri nemo potest. l. 1. D. de procurat. Tandem
M. AVRELIVS ANTONINVS imp. omnibus
adolescentibus, etiam causa non cognita, curato-
res dari iussit. Iul. Capitol. ibid.

* Locus Iulii Capitolini talis est: de curatoribus vero, quum ante non nisi ex lege Laetoria, vel propter lasciuiam, vel propter dementiam, darentur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis. Inde plerique colligunt, ex lege Laetoria tantum lasciuis et dementibus adolescentulis datos esse curatores. Sed sensus alius est. Ait enim auctor, ante M. Antonini tempora triplicem fuisse curationem, vnam minorum ex lege Laetoria, alteram prodigorum, quas ipse la-
suios

*sci*us vocat, tertiam *furioforum*, qui illi sunt *dementes*. Quum vero lege Laetoria non satis prospectum videretur minoribus, quod tantum petentibus curatores dari iufferit causa cognita: M, Antoninum causisse primum, 1) ut omnes adolescentes curatores acciperent: quum ex lege Laetoria tantum quidam, qui peterent, accipere solerent. 2) Ut ii curatores darentur causis etiam non redditis, quum ex lege Laetoria, si minorennis curatorem peteret, prius inquirendum esset, an honesta causa subit? num forte ob aeg alienum contrahendum curator petatur? cet.

§. 272.

An iure no-
uo omnes et
inuiti cura-
tores acci-
pant?

Ab eo ergo tempore saluum fuit vetus principium, *curatorem* adolescentes non accipere inuitos, §. 2. *Inst. de curat.* sed desiderantes, l. 13. §. 2. *D. de tut. et cur. dat.* et consentientes, L. 2. §. penult. et ult. *D. qui petant. tut. et curat.* Attamen quia tutoris administratio non prius finitur, quam constituto curatore: (§. 260. *) petere iam adolescentes tenentur omnes, adeoque verum est, omnes post hanc Antonini constitutionem curatorum auxilio regi, nec eis rerum suarum administrationem committi, quamvis bene rem gerentibus *. l. 1. §. ult. *D. de minor.*

* Vnde non est, quod Ræuardus, *lib. I. Varior. cap. 12.* inadvertentiae accuset Tribonianum, quasi ius suorum temporum ignorans, adolescentibus inuitis curatores dari negauerit. Omnino enim curatores non inuitis dabantur etiam post Antonini tempora, sed petentibus. Verum Antoninus rationem inuenerat, qua adolescentes omnes adigerentur, ut peterent, quia nimirum alias rerum suarum administrationem a tutore non recipiebant. (§. 260. *)

§. 273.

Curatores
quotuplices?
testamentaria. etc. +

Curatio vel LEGITIMA est, vel DATIVA. — *Legitima* est *furioforum* et *prodigorum*: (§. 268. 269.) *dativa* minorum, aliorumque, qui vel ob corporis vitium, vel ob absentiam, rebus suis superesse nequeunt. §. 4. *Inst. h. t. l. 65.* §. 5. *D. ad SC. Trebell. Testamentaria* non datur, quia paterfamilias ex lege 12 tabularum legare potest de tutela, non autem de curatione suae rei. (§. 208.) Datus tamen testamento curator confirmatur. (§. 215.) §. 1. *Inst. h. t.*

§. 274

§. 274.

Dantur curatores ab iisdem magistratibus, a quibus tutores. §. 1. *Inst. b. t.* Dantur omnes, qui tutores esse possunt, non ipsi, qui tutelam gerant, si se excusent. §. 18. *Inst. de excus. tut.*

§. 275.

Vt tutela pubertate, ita curatio minorum maiorenitate, id est, sexpleto 25. aetatis anno *, terminatur, l. 1. §. ult. *D. de min.* nisi minor veniam aetatis impetrauerit. l. 2. *C. de his, qui ven. aetat.* Furiosorum et morbo impeditorum curatio, recepta valetudine; l. 1. pr. *D. de cur. furios.* prodigorum denique receptis sanis moribus, et sublata a praetore interdictione honorum, finitur. l. 1. pr. *D. eod.*

Quomodo
finiatur cu-
ratio?

* Inuictum id est lege Laetoria, l. 2. *C. Th. de donat.* quae ideo quinquagennaria vocatur Plauto, *Pseud. act. b. scen. 3. v. 68.* Et videtur Laetorius cum aliis existimasse, saeculum esse terminum vitae humanae longissimum, et hinc primum eius quadrantem iuuentuti accensuisse. Acute ita censet V. C. et amicissimus, Nic. Hier. Gundlingius, ad tit. *Dig. de minor. 25. ann. §. 4. et 6.*

§. 276.

Quemadmodum vero tutor actione tutelae directa; (§. 263.) ita curator utili tutelae iudicio, etiam durante curatione, ad reddendas rationes adigitur. l. 3. *C. arb. tut. l. 16. §. 11. l. 20. D. de tut. et rat. distrab.* Quae enim actiones per interpretationem extensiuam ob rationem eandem ad similes casus producuntur, verbis legis vel edicti non expressos, eae vocari solent UTILES. §. ult. *Inst. de leg. Aquill.*

Quomodo
actio aduer-
sus curato-
rem compe-
tat?

§. 277.

Denique quum curator veluti procurator sit, (§. 265.) procurator vero non nisi a domino constitui possit: l. 1. *D. de procur.* is, quem tutor vel curator, morbo vel alia necessitate coarctatus, suo periculo et ex decreto magistratus ante litis contestationem constituit, non procurator vel curator vocatur, sed ab his ACTORIS nomine distinguitur *. §. ult. *Inst. b. t.*

* Sed

* Sed potest tamen pupillus, infantia maior, quia dominus est, procuratorem, auctore tutore, constituere. Potest et ipse tutor et curator procuratorem constituere in iudicio, dummodo litem sit contestatus. *l. 11. C. de procur.* Rationem, quae ex dominio litis fuit, redemus infra *lib. IIII, tit. 10.*

§. 278.

*Vfus bo-
diernus.*

Apud Germanos, gentesque alias originis Germanicae, nullum fuit inter tutores et curatores discrimen: sed tutores, constitui impuberibus, administrationem olim ad maiorenitatem usque solebant continuare, eadem auctoritate. Et hoc iure hodiernum fere utimur. Rem egregie exposuit Ger. Beyer. *Dissert. sing. de bo-dierna tutorum ac curatorum differentia.* Praeterea non ubique expleto demum anno 25. maiores censeantur iuvenes: sed in Saxonia iis anni 21; Electorum et Principum quorundam filiiis anni 18; alibi adolescentibus anni 20. ad res suas administrandas sufficiunt. Mores diuersarum gentium egregie et cum adparatu exposuit illustris Academiae Halensis Cancellarius Io. Petr. de Ludewig in *Diss. de aetate legitima puberum et maiorum.* (*Elem. iur. Germ. lib. I. tit. 16.*)

T I T. XXIII.

DE SATISDATIONE TUTORVM VEL CV-
RATORVM.

§. 279.

*Satisfactio
quid et quo-
duplex?*

SATISDATIO vocatur cautio praestita datis fideiussoribus. *l. 1. D. qui satisfd. cog.* Quamvis enim alioquin haud ignota sit cautio ^{etiam} PIGNORATI-TIA; *l. 1. §. 9. D. de collat. bon. IVRATORIA, l. 17. C. de dignit.* et NVDE PROMISSORIA: §. 2. *Inst. de satisfdat.* satisfactio tamen semper a praetore exigitur, in primis quando incerta est damni imminentis aestimatio. *l. 7. D. de praecor. stipular.*

§. 280.

§. 280.

Quum ergo tutores aequè ac curatores res alienas administrent, (§. 263.) et ideo ad rationes reddendas obstricti sint: (§. 263. 266.) aequissimum est, ut utriusque satisfiant, rem pupillo vel adolescenti salvam fore, si vel vlla in eos cadat suspicio. *pr. Inst. b. r. l. 1. sequ. D. rem pupill. salu. fore.*

Tutores qui tenentur satisfacere?

§. 281.

Quumque ii tantum satisfiant, in quos suspicio cadit: (§. 280.) consequens est, ut a satisfactione immunes sint 1) tutores testamento dati, quia paterno iudicio electi idonei creduntur *. *l. 7. §. 5. C. de curat. furios.* 2) A maioribus magistratibus ex inquisitione dati, quia inquisitio pro paterno iudicio est, et pro vinculo gedit cautionis. *l. 13. §. ult. D. de tut. dat. l. 3. l. 4. C. de tut. qui satis non deer. pr. Inst. b. r.*

Quinam non satisfi-

dent?

* Vnde neque ii, qui non iure a parentibus dati, a magistratu confirmantur, tenentur satisfacere, quia pro testamentariis habentur. (§. 215.) Tenentur autem ab extraneo testamento dati, et confirmati post inquisitionem, quia hi pro dativis habentur. (§. 216.)

§. 282.

Contra ex hoc principio merito satisfiant 3) legitimi omnes, praeter patronos patronorumque liberos. *l. 5. §. 1. D. de legit. tut.* 4) Dati sine inquisitione a magistratibus minoribus. 5) Tutores testamentarii, legitimi, et dativi, qui ex pluribus se administrationi offerunt. *§. 1. Inst. b. r.* Ne enim per plures tutela spargatur: quoties vnus sufficit, is praefertur, qui se offert: nullo se offerente, is, qui a testatore designatus est: nemine designato, qui a maiore parte tutorum eligitur: nec his denique eligentibus, praetor interponit officium, vnumque ex reliquis designat, satisfidaturum collegis, tamquam tutoribus honorariis. *l. 3. §. 1. sequ. D. de administrat. tutor.*

Quinam satisfacere cogantur?

§. 283.

§. 283.

Quina:m
magistratus
satisfad-
ri iubeant?

Ex quo porro inferendum, 6) satisfadationem exigere magistratus minores, qui tutores dant sine inquisitione. (§. 281, 2.) *l. ult. C. de magistr. conuen.* Et quum caueatur datis fideiussoribus, (§. 279.) fideiussio vero iure Romano per stipulationem contrahatur: *l. 8. pr. D. de fideiuss.* consequens est, 7) ut pupillus, qui fari iam coepit, ipse sibi possit stipulari, rem suam saluam fore, (§. 252, 1.) infantis vero loco seruus vel proprius† vel publicus * stipuletur. *l. 2. D. rem. pupill. salu. fore.*

* Seruus proprius stipulatione sua acquirebat domino. (§. 130, 3.) §. 2. *Inst. de stipul. seruor.* Seruus vero publicus recte stipulabatur pupillo, quia erat in dominio rei publicae. Publico vero nomine et alteri stipulari licebat *l. 3. D. de praetor. stipul. l. 1. §. 4. D. de legator. seru. nom.* Conf. Iac. Gothofr. *ad l. 73. §. ult. D. de reg. iur. pag. 322.* Dicitur huius modi satisfadatio facta τῶν ταβουλαρίων, Theophilo in §. 3. *Inst. de adop.* Quam locutionem accurate explicat Amaya *ad l. 3. C. de tab. scrib. logograph.*

§. 284.

Fideiussorum
obligatio.

Hi dati fideiussores pro tutore tenentur: et contra illos, finita tutela, actio ex stipulatu datur, si tutor vel conueniri non possit, vel, actione tutelae pulsatus, non sit soluendo. *tot. tit. D. de fideiuss. et nomin.*

§. 285.

Actio subsidiaria aduersus magistratus.

Si ne sic quidem rem tuam consequitur pupillus; etiam magistratus minor, qui parum idoneos fideiussores adinuit, heredesue eius, cuius dolo vel culpa lata id praetermissum fuit, in subsidium possunt conueniri. *l. 1. D. de magistr. conu.*

§. 286.

Vsus hodiernus.

Moribus hodiernis satisfadationes alibi indistincte exiguntur; alibi extra usum sunt, quia vel iusiurandum, quod a tutoribus exigitur, vel possessio bonorum immobilium, pupillo tacite oppignoratorum; eum

eum satis securum praestare creditur. Nec actionis subsidiariae aduersus magistratum frequentem adeo vsus esse, facile est ad intelligendum.

T I T. XXV.

DE EXCVSATIONE TVTORVM VEL
CVRATORVM.

§. 287.

Quum tutela sit munus publicum: (§. 204.) eadem fere causae, quae a munere publico personam excusant, etiam excusant a tutela et curatone *.

- * Aliud de immunitate dicendum. Immunitas enim a re-
liquis numeribus publicis ad tutelam non porrigitur.
l. 17. §. 3. l. 15. §. 12. D. h. t.

§. 288.

EXCVSATIO in sensu iuridico *, est exceptio⁺ vel causa, ob quam quis munus publicum, adeoque et tutelam, suscipere vel non cogitur, vel prohibetur. Adeoque excusatio alia VOLVNTARIA, alia NECESSARIA est. Illa opposita prodest; haec etiam non opposita prohibet. Illa liberat a tutela suscipienda; hac et suscepta finitur. Vtraeque ad omnes tutores pertinent, etiam legitimos. Huber. Prael. Inst. h. t. §. 20.

- * Alia ergo notione iureconsulti hoc vocabulum accipiunt, ac grammatici. His excusare est allegare causam, cui onus suscipi non debeat. Illis excusari etiam dicuntur, qui non admittuntur. l. 1. §. 3. D. de postul. l. 11. D. de decurion. Vbi non est, quod pro excusare, rescribamus excuriare cum Cuiacio Obs. lib. XXVI. cap. 38. Graeci, quum verba παρατῆσαι, ἀπολογῆσαι, προφασίζεσθαι, huic notioni haud quadrare viderent, vocabulum ἐξκουσατέειν adoptare maluerunt. Harmenop. lib. II. tit. 5. §. 6. et lib. I. tit. 3. §. 80. idemque nomen ἐξκουσατέιον, Theophil. pr. Inst. h. t. Conf. ill. Bynkershoek. Obs. lib. III. cap. 11.

G

§. 289.

§. 289.

*Voluntaria
ob nume-
rum libe-
torum.*

VOLUNTARIAE vel *privilegio* nituntur, l. 12. C. b. t. vel ob *impotentiam* conceduntur, vel ob imminens *existimationi periculum* admittuntur. PRIVILEGIO gaudent, 1) qui Romae tres *in Italia* quatuor, in *provinciis* quinque liberos naturales et legitimos habent *superstites* * l. 1. §. 2. *sequi. D. de excus. pr. Inst. b. t.* Qui enim adhuc in ventre sunt, liberi, non magis profunt, quam adoptivi, illegitimi, et mortui, nisi quod bello amissi in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur. *pr. Inst. b. t. l. 76. D. de cond. et demonstr. l. ult. D. de vacat. et excus. mun.*

* Privilegium hoc *πολυπαιδίας* ex lege Papia Poppea est, anno V. C. 762 (Dio Cass. lib. LVI. p. 662.) sobolis procreandae causa lata, l. 64. §. 1. *D. de cond. et demonstr. Conf. Iac. Gothofr. de lege Pap. Popp. cap. 8. pag. 285. Comment. nostr. ad b. t. lib. II. cap. 9. et Antiqu. Rom. b. t. §. 2. seqq.*

§. 290.

*Ob admini-
strationem
rei fiscali.*

Simili privilegio ex constitutione Marci imp. excusantur, 2) qui rem fiscalem, rem dominicam, vel patrimonium principis, tributa item et vectigalia administrant, immo et conductores fundi principalis *. §. 1. *Inst. b. t. l. 41. pr. D. eod. l. 10. C. eod. l. ult. C. qui dar. tut. pess.*

* An etiam administratores et conductores rerum civitatis? Diserte id negatur l. 15. §. 7. et 10. *D. b. t. l. 10. D. de iur. fisci. l. 2. de iur. rei publ.* quia civitatibus ius fisci haud competit. Et eo iure in *Fritia* utimur. Huber. *Prasl. ad D. tit. de iur. fisci §. 2.* Sed ob hanc ipsam rationem pluribus Germaniae locis, ubi ius Saxoniconum et Lubecense viget, etiam administratores civitatum excusantur, quia iuribus fisci ibi etiam civitates, immo et nobiles, qui mero imperio gaudent, perfruuntur. Meu. *ad ius Lubec. part. II. tit. 2. art. 14. n. 64.* Ceterum haec excusandi causa hodie fere necessaria est, quia omnia horum administratorum bona fisco vel civitati oppignorata sunt. (§. 286.)

§. 291.

§. 291.

Eodem modo ob privilegium excusantur, 3) ab *Ob absentibus rei publicae causa non modo a suscepta et tiam rei suscipienda tutela, dum absunt, verum etiam a susci-publicae pienda intra annum, ex quo reverterent. §. 2. Inst. causa.* *b. t. l. 10. pr. et §. 2. D eod.* *lis, qui trans mare absunt rei publicae causa, vel qui domicilium principis iussu inutarunt, et susceptam tutelam deponere licet. l. 11. §. 2. D. de minor. l. 12. §. 1. D. h. t.*

§. 292.

Excusantur porro ob privilegium 4) magistratus, *Ob magi-* qui cum potestate sunt, §. 3. *Inst. b. t.* id est, qui *stratus, et* coërcere, vel iubere in carcerem duci, vel prehen-*professio-* dere poterant. *Gell. lib. XIII. cap. 15.* Vnde non *nes.* excusat aedilitas. *l. 17. §. 4. D. b. t.* Simile tamen quodammodo privilegium datum senatoribus, *l. 15. §. 3. D. h. t.* et *τοῖς ἀρχαῖσι τῶν πόλεων*, id est, duumviris, *l. 6. §. 16. D. h. t.* Denique et 5) litteratores, rhetores, sophistae, medici, iureconsulti, omnesque artium liberalium professores, qui intra numerum sunt, excusantur: *l. 6. C. de profess. et med. modo in patria doceant sedulo. l. 6. §. 6. et 9. D. h. t.*

* Sunt et alia privilegia huius generis, veluti ob victoriam athleticam, *l. 6. §. 13. D. b. t. l. vn. C. de athlet.* ob collegium fabrorum et pistorum, *l. 17. §. 2. 3. l. 4. §. ult. D. b. t.* ob officium mensorum frumenti. *l. 28. D. b. t.* Sed haec nostris temporibus vix quadrant.

§. 293.

Ob IMPOTENTIAM (§. 289.) excusant 6) tria *Ob impo-* onera tutelae in una domo, modo nec affectatae sint, *tentiam,* nec tenues, §. 5. *Inst. b. t. l. 5. l. 15. §. 15. D. b. t.* Ponderandas enim magis esse tutelae, quam numerandas, vel hoc indicio est, quod et vna tutela diffusior excusat. *l. 31. §. 4. D. b. t.* 7) Paupertas. §. 6. *Inst. b. t.* 8) morbus, ob quem quis rebus superesse non potest. §. 7. *Inst. eod.* 9) Imperitia lit-

terarum, §. 8. *Inst. eod.* modo tutela non ita tenuis sit, ut et ἀναλφάβητος, ad negotia alioquin paulo sollertior, ei administrandae sufficere videatur. l. 6. §. fin. D. h. t. 10) Senectus septuagenaria *, l. 3. D. de iur. immun. §. 15. *Inst. h. t.* cui ne dies quidem defit, l. 2. pr. D. h. t.

* In mendo ergo cubat l. 3. C. qui aetate vel prof. ubi anni LV. excusare dicuntur. Vid. Cuiac. ad illam legem.

§. 294.

Ob inimicitias cum patre pupilli.

Denique ob imminens EXISTIMATIONI periculum excusantur, 11) qui cum patre pupilli inimicitias capitales exercuerunt, §. 9. et 11. *Inst. h. t.* non, quod indulgendum sit odiis eorum, quos ne mors quidem inimicorum placat, sed quod, ut eleganter notat Vinnius, ignoscendum videatur eis, qui suspicionem sinistram hoc obtentu vitare, et anteuenire remotionem cupiunt.

§. 295.

Necessariae excusationes.

Hae sunt excusationes voluntariae. NECESSARIIS, vel prohibitoriis, accensentur 1) furor, dementia, surditates, caecitas, l. 1. §. 2. 3. D. de tut. l. 3. C. qui dar. tut. l. vii. C. qui morb. se excus. 2) Minorennitas. §. 13. *Inst. l. 10.* §. 7. D. h. t. 3) Militia. §. 14. *Inst. h. t. l. 4.* C. qui dar. tut. 4) Lis cum pupillo super omnibus bonis, vel maxima eorum parte. §. 4. *Inst. h. t.* immo hodie quaevis lis imminens; ob Nou. 72. cap. 1. 2. 4. Nou. 94. praef. 5) Sacerdotium et monachatus, Nou. 123. cap. 5. excepta tutela legitima, quae presbyteris tantum et diaconis permittitur. 6) Matrimonium, quod non permittit, ut vir uxoris curam suscipiat, l. 2. C. qui dari tut. l. 14. C. de cur. furios. quum ne sponso quidem id sit permissum. l. 1. §. ult. D. h. t.

§. 296.

Tutor non potitur curator fieri.

Speciatim a cura excusat tutela antea gesta. (§. 274.) §. 15. *Inst. h. t. l. 20. C. eod.* Liberto tamen, quem patronus liberorum suorum tutorem et curatorem

Rutmann
ad uersaria

Th. Nicol. Luncius
Comment. D. T. 2
Ug. H. Labulas.

DE EXCVS. TVT. VEL CVRAT. IOI

tozem elegit, ea excusatio non prodest. *l. 5. C. b. t. l. 14. §. 3. l. 24. D. eod.*

§. 297.

Quum ergo prioris generis excusationes non nisi *Excusationes allegandae,* oppositae profint: (§. 288.) consequens est, 1) vt antequam opponantur, is, qui datus est, ipso iure tutor sit. *l. 31. pr. D. b. t.* 2) Vt ad eum a tempore, quo datus est, omne periculum pertineat, si allegationes, causa cognita, tamquam falsae reiiciantur. *l. 1. C. si iur. vel cur. fals. alleg. excus. l. 39. §. 6. D. de administr. iur.* 3) Vt rectissime sibi consulat tutor, qui, simulac datus est, administrationem in se suscipit, interposita protestatione, id excusationibus fraudi non futurum.

§. 298.

Quia denique excusatio est species exceptionis: *Quomodo allegandae sint?* (§. 288.) *l. 5. l. 8. D. de except. l. 43. D. de reg. iur. con-* sequens est, 1) vt tutor datus pluribus excusationibus vti possit: §. 16. *Inst. b. t.* 2) Vt tamen eadem vna et simul allegare teneatur, *l. 13. §. 8. D. b. t.* et quidem coram tribunali, *l. 25. D. eod.* iura quinquaginta dies continuos, si intra centesimum ab vrbe lapidem habitet. Alias enim viginti miliaria singulos dies dant tutori sese excusaturo, iisque adii- ciuntur dies triginta, dum ne pauciores inde emer- gant, quam quinquaginta dies. §. 16. *Inst. b. t. l. 13. §. 1. D. b. t.* 4) Vt adpellatione prius vti non liceat, quam sequutum sit decretum reiectionis * . *d. §. 16. Inst. b. t. l. 1. §. 2. D. quando adpell.*

* Quod secus se habet in aliis muneribus publicis. *l. 1. §. 2. D. quando adpell.*

§. 299.

Excusationes necessariae hodiernum fere omnes *vsus bo-* receptae sunt, non item omnes voluntariae *diernus.* vbique eodem modo admittuntur. Consulendae ergo sin- gularum ciuitatum leges et statuta, quae si deficiant,

ius Romanum seruetur. Maritus fere omnium locorum moribus est curator vxoris. In Saxonia tamen feminae etiam innuptae subsunt curatoribus. Quae de tempore circa exculationes obseruando (§. 298, 3.) dicta sunt, extra vltim sunt, quia raro tantum est magistratum nostrorum tutelarium territorium, vt ultra centum lapides porrigatur. [*Elem. iur. Germ. lib. I. §. 380. seqq.*]

T I T. XXVI.

DE SUSPECTIS TUTORIBVS ET CURATORIBVS.

§. 300.

*Connexio-
nis ratio.*

Quum tutela et excusatione et remotione finiatur, (§. 262, 6.) et de illa haecenus dictum sit: de hac dicendum erit hoc titulo.

§. 301.

*Quinam
tutores
suspecti?*

Remouentur tutores SUSPECTI. Ita vero vocantur, qui non ex fide gerunt. §. 5. *Inst. b. t.* Ex fine non gerere censentur, qui vel dolo malo, vel culpa et negligentia, non satisfaciunt officio, licet alias soluendo sint. *d. §. 5.* Vnde nec paupertas quemquam suspectum facit, nec diuitiae a suspitione aboluunt. *l. 8. D. b. t. §. vlt. Inst. eod.*

§. 302.

*Quid cri-
men suspec-
ti?*

Quum ergo interfit rei publicae, res pupilli saluas esse: proditum est CRIMEN SUSPECTI, id est, accusatio quasi publica tutoris vel curatoris, non ex fide gerentis, sed remotionem eius, et aliquando poenam arbitrariam infligendam comparata.

§. 303.

*Cur dica-
tur quasi
publicum?*

Dicitur accusatio quasi publica, §. 3. *Inst. l. 1. §. 6. D. b. t.* quia omnibus patet. Alioquin enim nec publica est, nec coram eo, cui merum imperium est, instituitur, sed coram praetore, praeside, aliisque, qui ordinariam exercent iurisdictionem, siue pro-

propriam, siue mandatam. l. 4. pr. D. de offic. eius, cui mand. est iurisdic.

* Solebant Stoici vti particula ὡσανεὶ, quoties aliquid non proprie, sed κατ' ἀναλογίαν ita dici posse innuebant. Sic ἀνιπνάντια ἔκ θυμῶσθαι, ἀλλ' ὡσανεὶ θυμῶσθαι, ἔκ φοβῆσθαι, ἀλλ' ὡσανεὶ φοβῆσθαι, ἔκ βλέπειν, ἀλλ' ὡσανεὶ βλέπειν, ἀκούειν, φωνῆν, ζῆν, non irasci, sed quasi irasci: non metuere, sed quasi metuere: non videre, sed quasi videre, audire sonum edere, et viuere, dicebant. Plutarch. de sollert. animal. Eodem exemplo iureconfulti, Stoicis innutriti dogmatibus, (§. 18. *) non modo senatorum filios, sed et quasi senatorum filios, l. 6. §. 2. l. 7. pr. l. 7. pr. D. senator. non modo res consecratas, sed et quasi consecratas: Cic. iib. XII. ad Attic. epist. 19. et 35. non tantum contractus, delicta, possessionem, traditiones, accusationes publicas, remedia possessoria; sed et quasi contractus, quasi delicta, quasi possessionem, quasi traditionem, accusationes quasi publicas, remedia quasi possessoria statuiebant.

§. 304.

Quum ergo haec accusatio sit quasi publica: *Quinam* (§. 303.) consequens est, vt omnes possint accusare, veluti contutores, l. 3. pr. D. h. t. liberti, l. 3. §. 1. D. eod. immo et mulieres, quae alias accusare nequeunt; l. 1. §. 7. D. eod. iuncta l. 1. l. 2. D. de accusat. et quidem non modo coniunctae, sed et aliae sexus verecundiam non egredientes*: §. 3. Inst. eod. non tamen ipse pupillus, quamuis pubes curatorem suum ex consilio necessariorum recte accuset. l. 7. D. pr. et §. 4. Inst. eod.

* Immo et ex officio magistratus suspectos persequitur, quippe qui in malos homines inquirere debet. l. 3. l. 13. D. de offic. praef. Et hinc ille tutorem suspectum, quem nemo accusat, remouere potest. l. 3. §. 4. D. eod. Quod et hodie frequentissime fieri solet.

§. 305.

Quamque rei publicae interfit, rem pupilli sal- *Quinam* tam esse; (§. 302.) consequens est, vt omnes tuto- *suspecti po-* res *stulentur?*

res accusari possint, *l. 1. § 5. D. § 2. Inst. b. t.* etiam qui satis offerunt, *l. 5 l. 6. D. §. ult. Inst. b. t.* in memo et legitimi; quamvis ob necessitudinem, qua pupillo iuncti sunt, plerumque eorum famae consularatur, et loco remotionis eis adiungatur curator, ne, si sanguini honor non haberetur infamia in ipsum pupillum quodammodo redundet. *l. 9. D. eod.*

§. 306.

Modus procedendi.

Quum porro ea accusatio tendat ad tutoris s. specti remotionem: (§. 302.) consequens est, 1) ut accusato statim interdicendum sit administratione, quoad finiatur cognitio. §. 7. *Inst. b. t.* 2) Ut condemnatus plane remouetur, vel cum infamia, si vel doli, §. 6. *Inst. l. ult. C. b. t.* vel culpae latae reus sit, *l. 7. §. 1. D. b. t.* vel sine ignominia, si culpae leuis. *l. 3. §. ult. D. l. ult. C. b. t.* 3) Ut si tutor latitet, neque alimenta decerni patiatur, pupillus in tutoris bona mitti possit*. §. 9. *Inst. l. 3. §. 14. l. 7. §. 2. D. b. t.*

* Et quidem non solum custodiae causa, sed et ut alimenta pupillo inde decernantur. Inde enim est, quod, quae mora deteriora fierent, distrabi a praetore iubentur. *d. §. 9. Inst. et dd. U. D. b. t.*

§. 307.

Tutor nonnumquam extra ordinem puniatur.

Quum et ad poenam arbitrariam tutori infligendam agi possit: (§. 302.) sequitur, 4) ut, si factum atrocius in tutela vel cura admissum sit, tutor vel curator ad praefectum vrbi, (id est, magistratum, cui merum imperium est,) remittatur, ut is extra ordinem pro modo delicti in hominem animaduertat. §. 10. 11. *Inst. l. 1. §. ult. D. b. t.*

§. 308.


Quando haec accusatio exspirat?

Denique quia haec actio, quamvis in se civilis, publica tamen iudicia quodammodo imitatur: (§. 303.) id quoque inde sequitur, 5) ut, mortuo ante sententiam reo, vel tutela interea quocumque modo finita, id crimen extingatur. §. 8. *Inst. l. penult. D. l. 1. C. b. t.* Neque enim mortuus tutor remoueri potest,

potest, neque finita tutela opus est hoc remedio, quum per actionem tutelae pupillo satis prospectum sit. (§. 263.)

§. 309.

Quia vero hodie quotannis rationes exiguntur, *Ufus bo- diernus.* et hiuc etiam ante tutelam finitam tutor ad eas red- dendas adigi potest: (§. 264.) hinc non tam quotidianae sunt suspectorum accusationes, ac tempore Vlpiani. *l. i. pr. D. b. r. Vid. Mynsing. ad pr. Inst. b. r.*



LIBER II.

TIT. I.

DE RERVM DIVISIONE, ET ADQVI-
RENDO EARVM DOMINIO.

§. 310.

Hactenus de *personis*, tamquam de primo iuris ob- *Ratio con- nexionis.* iecto, actum: (§. 74.) sequitur iam alterum, puta *RES*, in quarum iure explicando libri secundus et tertius cum initio quarti versantur.

DE RERVM DIVISIONE.

§. 311.

Quemadmodum iureconsulti *hominem et personam Differentia* distinguere solent: (§. 75.) ita accurate discernunt *rei et pecu- rem et pecuniam*, quarum illa hac latius patet, si *niae.* quidem *RES* etiam ea, quae extra computationem patrimonii nostri sunt, continet; *PECVNIAE* significatio ad ea, quae in patrimonio nostro sunt, refer- tur. *l. 5. pr. D. de verb. sign. Augustin. de doctr. Christian. cap. 6. p. 585. tom. VI. Oper.*

§. 312.

Vtriusque definitio. RES ergo iareconsulti vocantur, quæ eius sunt naturæ, et in bonis esse possint. † PECVNIA CONTRA, quidque vere et actu est in patrimonio. Huber. *prael. ad Inst. h. t. §. 1.*

§. 313.

Res diuisio prima. Res, quod ad primam earum diuisionem attinet, vel DIVINI, vel HVMANI IVRIS esse dicuntur. Illæ denuo vel SACRAE, vel RELIGIOSAE. SANCTAE etiam quodammodo diuini iuris habentur. *l. 1. pr. D. h. t. ** Quamuis hae partitiones paganam superstitionem redoleant.

* Paulo aliter Iustinianus *pr. Inst. h. t.* Res vel sunt communes, vel publicæ, vel vniuersitatis, vel nullius, vel singulorum. Res nullius, vel sacræ, vel religiosæ, vel sanctæ. Sed nos Caium sequi maluimus.

§. 314.

Res sacræ. SACRAE erant publice * consecratae (Dîs superis,) a pontificibus, vel principe, (tamquam pontifice maximo). §. 8. *Inst. h. t. l. 6. §. 3. l. 9. pr. et §. 1. 2. D. h. t.*

* Publicae fieri debebat consecratio, id est, publica auctoritate, ne quid peregrinae religionis inueheretur, a qua maximopere abhorrebant Romani. Ill. Bynkershoek. *de relig. peregr. cap. 1. 2.* Hinc si quis priuatim sibi sacrum constitueret, sacrum id non erat, sed profanum: *l. 6. §. 3. D. h. t.* aequè ac apud Athenienses, quibus nefas videbatur, domi facere mysteria, Corn. Nep. *Alcib. cap. 3.* Caue tamen confundas sacra priuatim constituta, et sacra priuata deorum Penatium. Haec enim non priuatim constituebantur, sed auctoritate pontificum. Vnde etiam hi in consarreationibus, arrogationibus, iuribus aedium, auctoritatem interponebant. (§. 146 * 179.) Cicero *pro domo cap. 13.* Macrobian. *lib. I. Saturn. cap. 16.*

§. 315.

Ius circa illas. Ex quo inferebant Romani, 1) res sacras in nullius bonis esse, *l. 1. pr. l. 6. §. 2. D. h. t.* adeoque 2) nec aestimationem recipere, nec obligari alienacique posse *: *l. 9. §. 5. D. eod. §. Inst. h. t.* quin potius

potius 3) loca sacra manere etiam diruto aedificio, *l. 6. §. 3. D. eod.* Plin. *lib. X. epist. 76.* nisi vel ab hostibus capta, *l. 36. D. de relig.* vel sacris euocatis religionae liberata sint, *l. 9. §. 2. D. h. t.*

* Exceptiones quasdam addiderunt principes Christiani: veluti quod alienari possunt ad redimendos captiuos. *§. 8. Inst. b. t. Nou. 120. cap. 9.* alendos pauperes in fame publica, *l. 21. C. de SS. eccles. et aes alienum ecclesiae dissoluendum. Nou. 120. cap. 10.*

§. 316.

RES RELIGIOSAE erant sepulcra, dedicata *Res reli. Diis Manibus.* Guther. *de iur. Man. lib. III. cap. 1. religiosae.* Locum vero religiosum vnusquisque faciebat, dum mortuum inferebat in locum suum, *l. 6. §. 4. D. eod.* et purum, *l. 2. §. 4. l. 8. §. 3. D. de religios.*

§. 317.

Ex quibus principiis inferebant, 1) cenotaphium, *Iura cas.* id est, sepulcrum honorarium, non esse religiosum, *rum. l. 42. D. de religios.* siquidem ita contra Marciani sententiam *l. 6. §. ult. D. h. t.* diserte rescripserunt diui Fratres, *l. 7. D. eod.* Conf. V. A. Corn. van Bykerkshoek *Obs. lib. I. cap. 5.* 2) Sepulcra commercio hominum eximi *. *l. 12. §. 1. D. de religios. l. 14. C. de legat.* 3) Quum in diuersis locis cadauer sepultum est, eum tantum locum, in quem membra principalia, veluti caput, illata fuerint, religione occupari. *l. 44. pr. D. de religios.* 4) Eum, qui in locum alienum vel publicum mortuum intulerit, actione in factum pulsari posse, ad tollendum cadauer[†] aut soluendum loci pretium. *l. 7. pr. l. 8. §. 2. D. de religios.* 5) Etiam sepulcra manere religiosa, nisi reliquiae auctoritate pontificum transferantur. *l. 44. §. 1. D. de religios.* Plin. *lib. X. epist. 73.* Gruter. *Inscript. pag. 578.* Quam religionem etiam Christianis haesisse, *l. 14. C. de relig. merito mireris.*

* Sepulcra ipsa nec in bonis erant, nec in commercio: aut ius inferendi mortuum omnino. Hinc et legari poterat, quum monumenta legari non possent. *l. 14. C. de legat.* Et ita intelligenda formula in marmoribus frequen-

quentissima: HOC MONIMENTVM HEREDES SE-
QUITVR. l. 5. l. 6. *pr. D. de religiof.*

§. 318.

Res sanctae. SANCTAE denique RES dicebantur bifariam*, vel quatenus follemini iutu Dīs medioxumis vel geniis tradebantur: Gifb. Cuper. *Obf. lib. III. cap. 16. pag. 332.* vel quatenus fāctione poenali defenduntur, vt, qui ibi aliquid commiferit, capite puniatur, *l. 8. pr. D. h. t.* Cuius fanctitatis fignum credeban-
tur *ſagmina*, id eſt, herbae ſacrae in pomœriis fron-
deſcentes, *l. 8. §. 1. D. eod.* quas et ſaciales praefere-
bant, vt vnusquisque, eos eſſe ſacroſanctos et in-
uiolabiles, perſpiceret. *Liu. lib. XXX. cap. 43.*

* Vnde facile patet, cur non ſolum muris, verum etiam portis, ſanctitas tribuatur, §. 10. *Inſt. h. t.* quum ta-
men portis illam diſerte adimat Plutarch. *Quaeſt. Rom. cap. 87.* Priore ſenſu ſoli muri et pomœria ſancta ſunt: poſteriore non ſolum muri et pomœria, ſed et portae, vallum, et muri caſtrorum, *l. 5. §. 17. D. de re milit. portae, d. §. 8.* immo et perſonae, veluti parentes et patroni, *l. 9. D. de obſequ. par. et patr. praef. tribuni plebis, Liu. lib. II. cap. 32. Dionyf. Hal. lib. VI. pag. 410. legati l. ult. D. de legation.*

§. 319.

Earumque iura.

Vnde expediti iuris videbatur, 1) nihil immitti poſſe in muris et portis, *l. 8. §. 2. D. h. t.* 2) neque reficere eas cuiquam licere ſine principis vel praefidis conſenſu, nec aliquid eis coniungere, vel ſuperponere: *l. 9. §. 4. D. eod.* 3) Capite eſſe plectendos, qui muros tranſcenderint, vel violarint, *l. ult. D. §. 10 Inſt. h. t.* Quale exemplum factum in Remo, veteres referunt. *d. l. ult. D. h. t. Liu. lib. I. cap. 7.*

§. 320.

*Principia de consecra-
tione et
Chriſtiani
perperam
reſeperunt.*

Quamuis vero haec omnia paganam ſuperſtitionem redoleant: (§. 213) a Constantini tamen temporibus etiam inter Chriſtianos creditum, res ita ſacras fieri per conſecrationem, vt dominium earum Deo offeratur, et religio quaedam res illas videatur occupare. Quare principium hoc cum conſuſionibus

bus, §. 315. explicatis, in titulo C. de SS. ecclesiis, nec non in vniuerso iure canonico regnant. Blondell. *Apolog. de episc. et presbyt. sect. III. pag. 265. sequ.* Ziegler. *de episc. lib. III. cap. 7.* Pictetus in libello Gallice scripto *de templis.*

§. 321.

Distinguendae tamen a rebus sacris ECCLESIASTICAE, quae non quidem ἁγία, sed mediate, cultus diuino sine consecratione inferuiunt. Vnde et facilius vel ad tempus, vel in perpetuum, alienantur, quando id expedit ecclesiae §/l. 14. §. 5. l. 17. §. 1. C. de SS. ecclef. Nou. 120. cap. 7. accedente tamen, vti in alienatione rerum minoris, causae cognitione et decreto. Stryk. *Cautel. contract. sect. I. cap. 3. §. 7.*

§. 322.

Canonistae rebus religiosis accensent non solum sepulcra et coemeteria, verum etiam xenodochia, orphanotropha, ptochotrophea. Lancell. *Inst. iur. can. lib. II. tit. 17.* Hinc et coemeteriis aqua benedicunt, et benedicta subiiciunt iurisdictioni ecclesiasticae, quin eorum communionem priuant haereticos, paganos, excommunicatos.

§. 323.

Nobis templa et coemeteria vere sunt res vniuersitatis, simul tamen sanctae, quia inuiolabiles: muri et portae, ob ius praesidii principi vel rei publicae competens, res publicae. 4. *Feud. 56.* Nullae ergo nobis res sacrae praeter verbum et sacramenta, dum ea dispensantur. Nullae sepulturae religiosae, nullae res sanctae, nisi quatenus sanctione aduersus hominum iniurias munitae sunt. (§. 218.) Res tamen sacro cultui destinatas, et ecclesiasticas, non temere aliis adplicamus vsibus, neque eas facile alienamus, nisi urgente necessitate, et suadente vtilitate ecclesiae. Sepulcra sunt in commercio vel vniuersitatis, vel ecclesiae, vel singulorum. Qui muros, vel portas,

vel

vel palatia principum violant, iis poena pro modo delicti statuitur arbitraria.

§. 324.

Res huma- ni iuri quo- suplices? Hastenus de rebus *diuini iuris*: sequuntur, quae *HVMANI IVRIS* habentur, (§. 312.) quaeque vel *COMMVNES* sunt, vel *PVBLICAE*, vel *VNIVERSITATIS*, vel *SINGVLORVM*, *pr. Inst. l. 2. pr. D. h. t.*

§. 325.

Res com- munes, pu- blicae, uni- uersitatis. *COMMVNES* sunt, quae, quod ad proprietatem, nullius; quod ad usum, omnium hominum sunt. §. 1. *Inst. l. 2. §. 1. D. h. t. PVBLICAE*, quae ratione proprietatis populi sunt, quod ad usum singulorum ex populo. *RES VNIVERSITATIS*, quae quod ad proprietatem sunt uniuersitatis, quod ad usum, singulorum ex ea uniuersitate *. *l. 6. §. 1. D. h. t. l. 14. D. de adquir. rer. dom.*

* Etiam haec Stoam redolent. (§. 18.) Haec duplicem statuebat rem publicam, *maximam* alteram, qua dii et homines contineantur; alteram *minorem*, cui quemque adscripserit conditio nascendi. *Sen. de otio sap. cap. 31.* In minoribus illis, in quas populus quisque coaluit, de- nuo veluti *minimas* res publicas, quas uniuersitates vo- camus, reperiri, res ipsa docet. Quum ergo singulis re- bus publicis sint sua patrimonialia: hinc quae in *maximae* rei publicae patrimonio erant, *RES COMMVNES*; quae in *minoris*, *PVBLICAE*; quae in *minimae*, *VNIVERSITATIS* dicebantur. *Conf. Ger. Noodt. Probabil. lib. I. cap. 8.* qui tamen, veteres aliquando res communes et publicas pro iisdem accepisse, docet.

§. 326.

Rarum - exempla. *Communis* ergo ex his principiis sunt aër, aqua profluens, mare, et per hoc littora maris. *l. 2. §. 1. D. h. t. §. 1. Inst. h. t. Publicae* flumina, portus, ripae, adeoque cuique permessa piscatio in flumine, nauis ad ripam adpulsus, exsiccatio retium, oneris in ripa expositio, *l. 5. pr. D. h. t.* nisi quis ius pi- scandi in fluminis diuerticulo non interrupto longi temporis exercitio praescripserit. *l. 7. D. de diu. et temp. praescript.* *Res uniuersitatis* sunt theatra, stadia, curiae, senacula, *l. 6. §. 1. D. cod.*

§. 327.

Bona, quae vniuersitas, ita adquiret, vt vsus non pateat singulis ex ista vniuersitate, non res *vniuersitatis*, sed PATRIMONIVM VNIVERSITATIS vocantur, propter definitionem rerum vniuersitatis, supra datam (§ 325) Vnde et seruus publicus non erat res vniuersitatis, sed in eius patrimonio. l. 6. §. 1. D. b. r.

Patrimonium vniuersitatis.

§. 328.

Sed haec principia hodie tantum non vbique deserunt, quum pleraque, quae publica dicuntur iure Romano, imperantes sibi vindicent, iique earum rerum vsui modum praescribere soleant. Quae de rebus communibus disputantur, commodius referuabimus Pandectis. [*Elem. iur. Germ. lib. II. §. 1. seqq.*]

Vfus huius doctrinae hodiernus.

§. 329.

RES PRIVATAE vel SINGVLORVM dicuntur, quae sunt in singulorum patrimonio, siue vere, siue per fictionem. Quamuis enim v. c. res hereditariae, ante aditionem hereditatis, nullius in bonis sint, l. 1. pr. D. b. r. in plerisque tamen hereditas iacens sustinet personam defuncti. pr. *Inst. de stipul. seru. l. 61. D. de adquir. rer. domin.*

Res singulorum.

§. 330.

Altera rerum diuisio in *res mancipi et nec mancipi* [†] sublata est a Iustiniano l. vi. C. de nud. iure *Quir. r.* Tertia in CORPORALES et INCORPORALES sequente titulo explicatur. Hinc altera tituli parte potius de *adquirendo rerum dominio*, exemplo IUSTINIANI nostri, erit agendum.

Res mancipi et nec mancipi, corporales, et incorp.

* Res mancipi erant, quae veteribus pretiosissimae, ill. van Bynkershoek *de rebus mancipi et nec mancipi* pag. 109. vt praedia Italica, iura praediorum rusticorum, serui, quadrupedes, quae dorso et collo domantur, hereditas, filii familias (§. 136.) margaritae, Plin. *Hist. nat. lib. VIII. cap. 35.* Vlpian. *Fragm. tit. 19. §. 1.* Oeterae nec mancipi.

DE ADQVIRENDO RERVVM DOMINIO.

§. 331.

Ius est vel in re, vel ad rem. Quod circa res versatur ius, aut IN RE, aut AD REM esse dicitur. Vocabula ius canonicum supeditat, cap. 8. et cap. 40. de concess. praeb. in 6. Distinctionem ipsam ius civile non ignorat. l. 19. pr. l. 13. §. 1. D. de damn. inf. l. 3. pr. l. 25. D. de oblig. et action.

§. 332.

Vriusque definitio. IUS IN RE, recte cum Grotio definiente Hubero, est facultas homini in rem competens, sine respectu ad certam personam. IUS AD REM facultas, competens personae in personam, ut haec aliquid dare vel facere teneatur. Quo pertinent obligationes, quae proinde personam non egrediuntur. Huber. Prael. ad Inst. h. r. §. 12. De illo sequentibus titulis; de hoc libri tertii titulis postremis, et libri quarti prioribus erit agendum.

§. 333.

Iuris in re natura et indoles. Ex priorre definitione fluit, 1) ius in re non esse momentaneum, nec, re licet surrepta vel deperdita, exspirare. Vnde regula: quod meum est, amplius meum fieri nequit. §. 10. Inst. de legat. §. 24. Inst. de act. 2) Idem ius producere actiones in rem aduersus quemcumque possidentem, §. 25. D. de obl. et act. §. 1. Inst. de act.

§. 334.

Eiusdem species. Ex quo porro sequitur, 3) ut species iuris in re sint quatuor, I. DOMINIUM, II. HEREDITAS, III. SERUITVS, et IIII. PIGNVS. 4) Ut possessio, quia et ius dumtaxat producit momentaneum, l. 15. D. de adquir. possess. iuncta l. 5. D. de usurp. l. ult. C. qui legit. perf. standi in iud. hab. nec amissa actione in rem recuperatur, l. 7. D. de vi et vi arm. speciebus iuris in re accenseri nequeat *. Huber. Prael. ad Inst. lib. IIII, tit. 15. §. 2. Zach. Huber. lib. III. differt.

dissert. V. cap. 2. §. 17. sequ. Iure canonico tamen possessio quodammodo naturam iuris in re induit.

* Gaudet quidem possessor iure rem retinendi, aut ex ipsa re ipsi non est ius possessionis, sed ex titulo, quo possidet, veluti pro suo, pro soluto, pro emtore, pro herede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote. Potest agere ad recuperandam possessionem amissam, verum non actione in rem, sed personali, interdicto vnde vi. *d. l. 7. D. de vi.* Nec interdicta retinendae possessionis sunt actiones in rem, quia qui possidet, in rem agere nequit, nisi unico et ab hoc diverso casu. §. 2. *Inst. de act.* Habet quidem et possessor amissa possessione actionem ad exhibendum: *l. 3. §. 12. D. ad exhib.* sed ea non est actio in rem, verum personalis, quamuis in rem scripta, et competit non solum iis, qui ex iure in re experiri decreuerunt, verum etiam commodatariis, depositariis, conductoribus. *l. 4. D. eod. Conf. laudatus Zach. Huber. l. c.*

§. 335.

DOMINIUM, de quo hic agendum, est ius in re Domini corporali, ex quo facultas de ea disponendi, eamque vindicandi nascitur, nisi vel lex, vel conuentio, vel testatoris voluntas obsistat. Ita fere Mynsingerus ad *pr. Inst. h. t.* imino et leges nostrae. *l. 21. C. mand. l. ult. C. de reb. alien. non alienand.*

§. 336.

Dominium hoc olim vel QUIRITARIVM ferebat, *Dominium* vel BONITARIVM, quorum illud a solis Romanis olim vel ciuibus acquirebatur modis ciuilibus, vt hereditate, mancipatione, in iure cessione, vscapione, sub *Quirita-* rioná emtione, auctione, adiudicatione, et lege. *bonita-* rium. *vel rium.* Varr. *de ré rust. lib. II. cap. 10.* Vlpian. *Fragm. tit. 19. §. 2.* Conf. *Antiqu. Rom. h. t. §. 19. sequ.* Hoc autem, nempe bonitarium, et ab aliis, modis quibuscumque naturalibus, adquiri poterat. Vnde et illud, *ἐννομον*, LEGITIMVM; hoc *φυσικόν*, seu NATVRALE *, adpellatur Theophilo §. *ult. Inst. de libertin.* Sed hanc distinctionem Iustinianus sustulit *l. vn. C. de nud. iur. Quirit. toll. l. vn. C. de vsu- cap. transform.*

* Alio sensu hodie doctores dominium diuidunt in CIVILE et NATVRALE, et illud tribuunt *marito* in rebus dotalibus; hoc *uxori*. Quamuis enim ille sit dominus, l. 23. C. de iure dot. et vi illius dominii rem vindicet: l. 9. C. de rei vind. non potest tamen alienare fundum dotalem, (§. 46;) et uxoris dominium, constante matrimonio veluti quiescens, soluto illo reuiviscit. Sed quam haec diuisio non ad dominium generationis acceptum, sed ad dominium dotis pertineat: ei non immoramur.

§. 337.

Vel plenum, vel minus plenum.

Hodie doctores dominium in PLENVM et MINVS PLENVM partiuntur. In illo facultas de re disponendi, vtilitatemque omnem percipiendi, et facultas eandem amissam vindicandi coniunctae; in hoc eadem quòdammodo diuisae sunt inter *dominum*, penes quem aliquid ex disponendi facultate remansit, quemque DIRECTVM vocant, et *eum*, cui ius vindicandi et vtilitatem omnem capiendi est, quem VTILEM DOMINVM adpellant. Huius dominii minus pleni species feruntur FEVDVM, EMPHYTEVSIS, IVS SUPERFICIEI, in quibus dominium *directum* penes *dominum feudi*, *dominum emphyteuseos*, et *dominum superficiei*; dominium *utile* penes *vasallum*, *emphyteutam*, et *superficiarium* esse dicitur. Res non absurda, quamuis vocabula ius nostrum ignoret.

§. 338.

Huius diuisionis fundamentum.

Sed *feuda* iure Romano ignota. De *emphyteusi* et *superficie* alibi erit dicendi locus. Ipsa vocabula, semel in artem recepta, nec in libris nostris occurrunt, nec admodum concinna videntur. Quam res ipsa tamen fundamento non destituatur: (§. 337.) licebit per nos elegantiae studiosioribus dominium *utile ius domnio proximum*, vel *quasi dominium* adpellare.

§. 339.

Modus acquirendi dominium cum titulo.

Potius ad causam dominii progredimur, quae vel *remotior*, vel *proxima* est. Illa TITVLVS dicitur ad transferendum dominium *habilis*, veluti, pro emto, pro legato, pro donato, pro soluto, pro dote, pro suo

fuo, pro derelicto, pro permutato, pro transacto, non con-
pro adiudicato *, qui omnes ἀμέσως ius ad rem fundendus;
tantum, non dominium operantur **. l. 20. C. de
pact. Haec vocatur MODVS ADQVIRENDI, et ἀμέσως
aliquem constituit dominium.

* Habentur hi TITVLI plerique in Pandectis, lib XXXXI.
tit. 4 et sequ. nec non in l. 17. D. de usurpat. et usufrucap. vbi
titulus pro adiudicato occurrit, qui tamen simul est mo-
dus acquirendi, vti scholio sequente ** n. 3. ostende-
mus. Titulus pro permutato et pro transacto doctores
adiiciunt. Omnisimvs vero nos titulum pro herede, vel
pro possessore, qui lib. XXXXI. Pandectarum tit. 6.
describitur: quia heres transit in ius defuncti, adeoque
rem hereditariam non nouo hereditatis titulo possidere
incipit, sed eodem, quo possederat defunctus. l. II. D.
de diuers. temp. praescript. l. ult. C. pro her. l. 4 C. de
praeser. longi temp. Quo sensu autem possit pro titulo
haberi, ad Pandectas dicemus.

** Nec vllum aliud ius in re solus titulus dat, quippe haud
a traditione demum vel quasi traditione incipit. Excipiuntur tamen 1) IVS HYPOTHECAE, quod solo
pacto constituitur, l. I. pr. D. de pign. act. 2) SER-
VITVTES NEGATIVAE, quae nec quasi traditionem
admittunt, 3) RES IUDICIO DVPLICI, communi di-
uidendae, familiae ereseundae, vel finium regundorum
ADIUDICATAE, §. fin. Inst. de offic. iud. Vlpian. tit.
19. §. 16. 4) ADQVISITA PER VLTIMAM VOLVN-
TATEM, quae statim pleno iure adquiruntur, et non-
dum facta traditione vindicantur. l. ult. D. de seru. leg.
l. 19. §. I. quemadmodum seru. amitt.

§. 340.

MODI ADQVIRENDI duorum generum sunt. Modi ad-
Quarundam enim rerum dominium IVRE NATV-quirendi
RALI vel GENTIVM, quarundam vero IVRE CI-vel natura-
VILI nanciscimur. (§. 336) §. II. Inst. h. t. [Elem. tes.
iur., Germ. lib. II. §. 49. sequ.)
les vel ciui-

§. 341.

Modi acquirendi IVRIS NATVRALIS recte a Naturales
Grotio lib. II. cap. 3. §. 1. diuiduntur in originarios vel origi-
et deriuatiuos. ORIGINARIIS ab initio proprietates
ia rem nullius introducitur; DERIVATIVIS domi-
nium iam constitutum ab vno in alium transit. Illos
deriuatiui.

Pufendorfius *lib. III. cap. 6. §. 1.* denuo vel simpliciter tales esse ait, quibus ipsum corpus adquiremus; vel secundum quid, quibus incrementum aliquod ad rem nostram adiungitur. *Simpliciter originarius* modus est OCCUPATIO: *secundum quid talis* ACCESSIO: *derivativus* TRADITIO. [*Elem. iur. nat. et gent. lib. 1. §. 239. seq.*]

§. 342.

Occupationis definitio.

OCCUPATIO est adprehensio rerum corporalium nullius, cum animo sibi habendi. NULLIUS vero hic esse censentur, quae vel natura non sunt in dominio, vel pro derelictis habita, in dominio esse deserunt, id est, eo animo abiecta a domino, ut ea in numero rerum suarum amplius esse nolit. §. 46. *Inst. h. t. l. 1. l. 2. §. 1. l. 5. §. 1. D. pro derel.* [*Elem. iur. nat. et gent. lib. 1. §. 241. seqq.*]

§. 343.

Axiomata de occupatione.

Ex quo sequitur, ut I. ea quae nullius sunt, cedant occupanti. §. 3. *pr. D. de adquir. rer. dom.* II. Ut occupatio fiat animo et actu corporali simul. l. 3. §. 1. *D. de adqu. vel am. possess.* III. Ut, quae custodia coerceri nequeunt, nec occupari possint. §. 12. *Inst. h. t. l. 3. §. 2. D. de adquir. rer. dom.*

§. 344.

Occupationis species.

Species occupationis feruntur VENATIO, quo et aucupium et piscatio referuntur; OCCUPATIO BELLICA, et INVENTIO.

§. 345.

Venatio.

VENATIO est occupatio ferarum bestiarum*, siue terrestrium, siue volucrum, siue piscium, quippe quae nullius sunt: (342.) l. 1. §. 1. *D. de adquir. rer. d. m.* §. 12. *Inst. h. t.* Non ergo venamur bestias mansuectas, l. 5. §. 6. *D. eod.* nec mansuectas aliter, quam si animum reuertendi deposuerint. l. 4. l. 5. §. 5. *D. de adquir. rer. dom.* §. 15. *Inst. h. t.* [*Elem. iur. nat. et gent. lib. 1. §. 244. seqq.*]

* FERAE bestiae sunt, quae libere vagantur, nec sine vi occupantur, quo iura nostra et apes, columbas, pavones referunt, §. 14. 15. *Inst. h. t.* quamvis mansuefactis accenferi posse videantur, MANSUEFACTAE enim feræ

rae sunt domi nostrae cicuratae, vti cerui, columbae, panones, apes. MANSVETAE, animalia domestica, vt anseres, gallinae. §. 16. *Inst. h. t.*

§. 346.

Quum ergo ferae bestiae veteribus iure gentium ^{*Iura circa venationem.*} visae sint nullius: (§. 345.) §. 12. *Inst. h. t. l. 3. pr. §. 1. D. de acquir. rer. dom.* Consequens est, 1) vt captae statim nostrae fiant, (§. 343, 1.) l. 1. §. 1. *D. eod.* adeoque 2) capi possunt non modo in fundis nostris, sed et alienis, dum ne dominus ingredientes nos prohibeat. l. 3. §. 1. *D. de acquir. rer. dom.* 3) Vt capi non possint viuariis, alueariis, vel piscinis inclusae, quia non sunt nullius. (§. 313, 1.) l. 3. §. 14. *D. de acquir. vel amitt. possess.* 4) Vt, qui animalia mansueta aut mansueta intercipit, furtum committat, ob eandem rationem. l. 5. §. 6. l. 44. *D. de acquir. rer. dom. §. 16. Inst. h. t.* 5) Vt vulneratio non sufficiat, nisi sequatur adprehensio, vel manu, vel laqueis, aliisque instrumentis facta. l. 5. §. 1. l. 55. *D. de acquir. rer. dom. §. 13. Inst. h. t.*

§. 347.

Illud singulare est, quod ferae, simul ac custodia ^{*Ferae quamdiu nostrae maneant?*} nostram eusserunt, nostrae non maneant, sed libertatem pristinam recuperare, atque hinc occupanti cedere dicantur, §. 12. *Inst. h. t.* quum alias res amissae nostrae maneant, et a quouis recte vindicentur. (§. 333, 1.) Vid. *Grot. lib. II. cap. 8. §. 3.* Ex quo inferitur, et examen apium eo vsque nostrum intelligi, dum in conspectu nostro sit, nec difficilis videatur eiusdem persecutio. §. 14. *Inst. h. t.*

§. 348.

OCCUPATIONE BELLICA acquiruntur ^{*Occupatio nis bellicae*} personae ^{*fundamentum.*} et res hostium, quae capiuntur, quippe ex principiis iuris Romani res nullius *. l. 1 §. 1. *D. de acquir. vel amitt. possess.* Westenberg *Princ. iur. D. ad tit. de acquir. rer. dom. §. 39.* Ex quo principio inferitur, 1) ea, quae ab hostibus capimus, (non quae bello

ciuili, l. 21. §. 1. *D. de capt. et postlim.*) iure gentium statim nostra fieri, l. 5. §. ult. *D. de adquir. rer. donz.* §. 17. *Inst. b. t.* 2) quumque et nos hostes simus, ius esse et hostibus nostris, capta recuperandi, et erepta denuo eripiendi, Puffendorff. *de iur. nat. et gent. lib. III. cap. 6. §. 14.* adeoque 3) non prius res captas nostras intelligi, quam si intra praesidia nostra fuerint perlatae. l. 5. §. 1. *D. de capt. et postlim.* 4) Milites stipendiarios, qui res capiunt, esse in ministerio imperantium, adeoque eos res publico belli actu captas non sibi, sed rei publicae acquirere, et hinc peculatus reos esse, si quid sibi retineant. l. penult. *D. ad leg. Iul. peculat.* 5) Immobilia non cedere militibus, sed rei publicae, et hinc agrum hosticum publicari. l. 20. §. 1. *D. de capt. et postlim.* 6) Ex mobilibus ea relinquere militibus, quae permittente imperatore praedam agentes ceperint. l. 36. §. 1. *C. de donat.*

* Apposite eam in rem Puffendorff. *de iur. nat. et gent. lib. III. cap. 6. §. 14.* Sciendum est, per statum hostilem, ubi cetera iura pacifica, ita et effectum dominii rumpi hactenus, ut non amplius quis teneatur ab istius rebus manus abstinere, nisi qua humanitas susserit. In bello ergo res hostium in ordine ad alium hostem redduntur velut dominio vacuae: non quod hostes per bellum ipso iure rerum suarum dominii esse desinant, sed quia illorum dominium non obstat hosti, quominus eas res auferre, sibi que habere possit. Prorsus uti ad rei vacuae dominium acquirentium sola adprehensio sufficit. [*Elem. iur. nat. et gent. lib. I. §. 247.*]

§. 349.

Ius postliminii.

Quumque hosti idem ius sit recuperandi, quod nobis eripiendi: (§. 348, 2.) consequens est, 7) ut si personae aequae ac res captae vel se subducant, vel recuperentur, illae libertatem recipiant, haec ad priores dominos reuertantur IVRE POSTLIMINII. l. 7. l. 19. *D. de capt. et postlim.* Quod ius in bello obtinet: in pace non aliter, quam si in pacis conditionibus de reddendis captiuis conuenierit, hique redierint *, l. 20. pr. l. 28. *D. eod.* vel si redimantur. l. 12. §. 11. *D. eod.* * nec

* Nec obstat *l. 12. pr. D. de capt. et posslim.* Nam enim non de his, qui pace facta se subducunt, et furtum sui ipsius committunt, sed de iis, qui bello subito exorto, apud hostes deprehenduntur, loqui, praeclare docuit illustr. Bynkershoek *Obs. lib. I. cap. 20.*

§. 350.

INVENTIONE acquiruntur res, quae vel sua natura nullius, vel pro derelictis habitae, (§. 342.) apprehenduntur. (§. 343, I.) *l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. D. de acqu. vel amitt. poss.* Quum ergo res sua natura nullius cedant occupanti: (§. 343, I.) recte infertur, lapillos, gemmas, aliaque in littoribus inuenta, et ab aliis nondum occupata, iure gentium inuentis fieri §. 18. *Inst. b. t. l. 3. pr. D. eod. l. 1. §. D. de acqu. vel amitt. possess.* [*Elem. iur. nat. et gent. l. c. §. 248. sequ.*]

§. 351.

Quumque et res pro derelictis habitae occupanti *Thesauri.* cedant: (§. 342) sequitur, 1) ut et *thesaurus* *, cuius non existat memoria, *l. 31. §. 1. D. de acquir. rer. dom. l. vn. C. de thesaur.* a nobis in loco nostro sine artibus magicis inuentus, nobis acquiratur. §. 39. *Inst. b. t. l. 63. pr. D. de acqu. rer. dom. l. vn. de thesaur.* Nam 2) in loco alieno, siue priuato, siue publico, fortuito inuentus, ex diuidia parte inuentori, ex diuidia domino vel rei publicae iura accessionis cedit: 3) data opera in fundo alieno quaesitus et inuentus totus domini est, et inuentor, tamquam qui rem alienam contrectauit, punitur: 4) artibus odiosis quaesitus atque inuentus a fisco eripitur. §. 39. *Inst. D. b. t. l. 63. D. de acquir. rer. dom. l. vn. C. de thesaur. l. 3. §. penult. De de iur. fisc.*

• In iure haec acquisitio aliquando accessionibus accensetur, ut §. 39. *Inst. b. t.* aliquando inuentionibus, ut *l. 31. §. 1. D. de acquir. rer. dom.* Sed haec nec *ἀνεπινομήτων*, nec dissensum iureconsultorum arguunt. Fundi dominus partem suam acquirit iure accessionis, si alius fortuito inuenerit; iure occupationis et accessionis, si ipse inuenerit. Qui in alieno fundo inuenti partem accipit, eam capit solo iure occupationis. Potest ergo diuerso respectu ad utramque referri.

§. 352.

Res pro derelictis non habitae in-ventione non adquiruntur. Et quia nemo derelinquisse rem intelligitur, nisi qui eo abiicit animo, ut eam in rerum suarum numero esse nolit. (§. 342.) infertur inde, 1) occupanti non cedere res amissas, veluti de rheda currente cadentes. §. 47. *Iust. b. t.* 2) Ab alio vindicari non posse oves, aliaque pecora, nobis a lupis erepta. *l. 8. §. ult. D. fam. ercisc.* 3) Bona quoque naufragorum, vel res leuandae nauis causa eiectas, non posse ab alio occupari *l. 21. §. 1. D. de adqu. possess. l. 8. D. ad leg. Rhod. l. 9. §. ult. D. de adqu. rer. dom. l. 43. §. 4. sequ. D. et Auth. Nauigia C. de furt.*

§. 353.

Vjus doctrinae de occupatione hodiernus. Haecenus de OCCUPATIONE, eiusque speciebus, (§. 342. et 344.) Sed ab his principiis tantum non ubique hodie receditur. Venationes enim plerumque ad solos imperantes, eosque, quibus illae in feudum datae, vel privilegio concessae sunt, pertinent. Multibus conductitiis raro prius praedae conceditur: saepius iis, qui sponte castra sequuntur, ut praedatum exeant, vel qui mandante re publica nauibus armatis hostilibus nauibus insidiantur, easque intercipiunt. Res in littore maris inuentas multis locis fitcus sibi vindicat. Nec ignotum, eundem in Dania, aliisque quibusdam locis, occupare bona naufragorum. Aliud in Frisia nostra. *Statut. lib. I. tit. 24. §. 13. Zach. Hub. Obs. rer. iud. obs. 10. [Elem. iur. Germ. lib. II. §. 51. seqq.]*

§. 354.

Accessionis definitio et diuisio. Alter modus originarius est ACCESSIO, id est, *ius acquirendi, quod rei nostrae adiungitur, incrementum:* (§. 341.) eaque recte a doctoribus in NATURALEM, INDUSTRIALEM, ET MIXTAM diuiditur. Quidquid enim vel naturae beneficio, vel arte atque industria rei nostrae accedit, nostrum fit. [*Elem. iur. nat. et gent. l. c. §. 250. seqq.*]

§. 355.

Variae naturalis accessionis modi. NATURALIS ACCESSIONIS modi sunt varii, veluti FOETURA, *qua quidquid ex ventre in dominio nostro*

nostro constituto nascitur, nostrum est *, l. 4. l. 6. D. de ^{cessionis} ^{species.} *adquir. rer. dom. l. 5. §. 2. D. de rei vind.* INSVLA ^{cessionis} ^{species.} in flumine nata, l. 30. §. 2. D. eod. ALLUVIO, id est, incrementum beneficio fluminis pedetentim et laenter adiectum, §. 20. *Inst. h. t. VIS FLVMINIS*, incrementum semel et simul adiectum, §. 21. *Inst. eod. et ALVEI MUTATIO §. 13. Inst. eod.*

* Generatim enim id principium cum Stoicis commune habebant veteres iureconfulti (§. 18. *) foetum in utero non esse animal, sed partem ventris. Vti enim Stoici embryonem vocabant μέρος τῆς γαστρῆς, ὅν ζῶον, Plutarch, *de placit. phil. lib. V. cap. 15. et 26 Sen. Epist. ult.* ita iureconfultis ille non erat homo, l. 9. D. *ad leg. Falcid.* sed mulieris vel viscerum portio, l. 1. §. 1. D. *de vener. inspic.* non animal, sed spes animantis, l. 2. D. *de mort. infer.* Merill, *lib. 1. Obs. cap. 16.*

§. 356.

Ex his vero sequitur, 1) ut quidquid ex animalibus nascitur, sit domini ventris. §. 19. *Inst. h. t.* 2) ^{Foetura} ^{animalium.} animalium. Ut et vernae ex ancillis nostris nati nostri sint. (§. 81.) §. *ult. Inst. de iur. pers. l. 7. C. de rei vind.* 3) Ut liberi extra matrimonium nati, conditionem matris sequantur. (§. 91. *) l. 19. D. *de stat. hom.*

§. 357.

Ex eodem inferebant Romani, 4) insulam in medio flumine natam communem esse eorum, qui ^{Insula no-} ^{ua.} utrinque prope ripam praedia possideant, pro modo latitudinis cuiusque praedii: 5) alteri ripae propioribus eis, qui ab illa parte ripae possident praedia, accedere. §. 22. *Inst. h. t. l. 7. §. 3. l. 29. l. 30. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* 6) Id ius non pertinere ad novas insulas, in mari natas, quae tamquam res nullius cedunt occupanti, l. 7. §. 3. D. eod. 7) nec ad agros, quos flumen superius diurgens et inferius unitum in insulae formam redegit, qui manent prioris domini. l. 7. §. 4. l. 30. §. 2. D. eod. §. 2. *Inst. h. t.*

§. 358.

Alluio et
eis flumi-
nis.

Porro inde inferunt iureconfulti, 8) quicquid per alluionem agro nostro flumini proximo * adicitur, nostrum esse: §. 20. *Inst. h. t. l. 7. §. 1. D. h. t.* 9) quod vero per vim fluminis adicitur, prioris domini manere, nisi is interea, dum pars adiecta coaluit, et arbores in fundum nostrum radices egerunt, illam praedii sui partem vindicare neglexerit. §. 21 *Inst. h. t. l. 7. §. 2. D. de adqu. rer. dom.*

* Id intelligendum de agris *arcifiniis*, qui non aliis inclusi sunt finibus, quam naturalibus, veluti montibus, vel flumine publico, adeoque, Frontino teste, nulla mensura continentur. Ab his differunt *agri limitati*, qui olim ex agro publico ad certam mensuram possidendi dabantur, et adignatis, qui per extremitatem mensurae comprehendebantur. His enim posterioribus quod accedebat, publicum erat; illis si quid accresceret, id domino agri cedere dicebatur. l. 16. *D. de adqu. rer. dom. l. 1. §. 6. D. de flum.* Qui *agri arcifinii et limitati* fuerint, ex Aggenio et Frontino exposuerunt *Connan. lib. III. Comm. cap. 5.* Giphani. ad l. 16. *D. de adqu. rer. dom.* Sed accuratius Io. Frider. Gronovius *Not. ad Gros. de iur. bell. et pac. lib. II. cap. 3. §. 16. I.*

§. 359.

Aluimuta-
tio et
inundatio.

Denique inde colligunt iureconfulti, 10) alueum, quem flumen derelinquat, eorum similiter esse, qui utrimque praedia possident pro modo praediorum. l. 7. §. 5. *D. de adqu. rer. dom.* 11) Inundationem autem speciem fundi non mutare, eumque, aqua recedente, eius manere, cuius et antea fuerit. l. 7. §. 6. *D. cod. §. 24. Inst. h. t. l. 1. §. 9. D. de flumin.*

§. 360.

Ufus do-
ctrinae de
accessione
codicernus.

Sed et haec non ubique eodem modo seruantur. Insulse sunt eiusdem, cuius est flumen, adeoque eas sibi princeps vel res publica vindicare solet. (§. 328.) Idem alicubi circa alluionem et alueum derelictum contingit, adeo, ut in Germania vasalli a principibus inuestiri soleant alueo fluminis derelicto. Lenno et agris inundatis passim praescribitur decennio in utilitatem principis. Voët. ad §. 23. *Inst. h. t.* [*Elem. iur. Germ. lib. II. §. 62. seqq.*]

§. 361.

§. 361.

Haëtenus de *accessione naturali*: sequitur INDV-*Accessionis*
STRIALIS, (§. 354.) cuius species sunt ADIVNCTIO, *industrialis*
SPECIFICATIO, COMMIXTIO. *varias spe-*
cies.

§. 362.

ADIVNCTIO est, quando aliena res materiae no- *Adiunctio*
strae adiungitur, veluti per inclusionem, adferrumina- *eiusque*
tionem, intexturam, inaedificationem; scripturam, pi- *Species.*
cturam. Vbi semper accessorium sequitur suum
principale. l. 26. §. 1. D. de *adquir. rer. dom.* §. 26.
Inst. de rer. diu.

§. 363.

Ex eo ergo generali principio 1) gemma aliena, *Inclusio,*
auro meo inclusa, mihi cedit. l. 19. §. 13. sequ. D. de *adferrumi-*
aur. arg. leg. 2) Res per adferruminationem rei meae *natio, in-*
adiuncta, tamquam pars integralis, mea fit. l. 27. *textura-*
pr. D. de *adqu. rer. dom.* 3) Purpura, vesti nostrae *inaedifica-*
intexta, accessionis vice cedit vestimento. §. 26. *tionis, scriptu-*
ra, pictura.
h. t. l. 7. §. 1. D. ad *exhib.* 4) Quod solo inaedifica-
tur, solo cedit, siue nos materia nostra in alieno
solo, siue aliena materia in nostro solo aedificemus.
l. 7. §. 12. et 10. D. de *adqu. rer. dom.* §. 29. *Inst. h. t.*
5) Quod chartae inscriptum, chartae cedit, l. 9. §. 1.
D. *ead.* §. 33. *Inst. h. t.* 6) et pictura etiam postremo
ex subtiliorum sententia tabulae cedebat, l. 23. §. 3.
D. de *rei vind.* quamvis id ob artis dignitatem aliter
visum sit Caio, l. 9. §. 2. D. de *adquir. rer. dom.* cu-
ius sententiae suffragatur Iustinianus. §. 34. *Inst. h. t.*

§. 364.

Quia tamen iniquum est, alterum cum alterius *Actiones*
damno fieri locupletiozem: dominium non extin- *aduersus*
guitur, et hinc casibus primo, secundo, et tertio do- *includen-*
mino gemmae, metalli, purpurae aduersus bonae *tem, adfer-*
fidei possessorem datur actio ad exhibendum, l. 23. *ruminan-*
§. 5. D. de *rei vind.* et condictio sine causa; §. 26. *tem, et in-*
Inst. h. t. aduersus malae fidei possessorem praeterea *textentem,*
actio furti et condictio furtiua. d. §. 26. *Inst. h. t.*

§. 365.

§. 365.

*Aduersus
eum, qui
aliena ma-
teria in suo
aedificat.*

Similiter is, cuius quis materiam alter solo suo inaedificauit, dominus quidem manet: §. 29. *Inst. b. t. l. 7. §. 10. D. adquir. rer. dom.* atq. eam stante uedificio ob legem 12. tabularum vindicare nequit, ne vrbs ruinis deformatetur. *d. l. 7. §. 10. D. eod.* Datur tamen illi actio de tigno iuncto aduersus possessorem in duplum. *l. 7. §. 10. D. eod.* Quin, diruto aedificio, si duplum a malae fidei possessore nondum consequutus sit, materiam vel vindicare, vel ad exhibendum agere potest. §. 29. *Inst. b. t.*

§. 366.

*Aduersus
aedifican-
tem in alie-
no solo.*

Contra si quis in alieno solo sua materia aedificauit, aedificator, in possessione bona fide constitutus, exceptione doli mali repellit dominum soli pretio nondum soluto petentem aedificium: malae fidei possessor dominium materiae amittit. §. 30 *Inst. b. t. l. 7. §. 12. D. de adquir. rer. dom.* Non possidenti nulla prodita est actio*. *l. 33. D. de cond. indeb. l. 14. D. de dol. mal. et met. except. l. 48. D. de rei vind.*

* Quia tamen aequitas pro aedificante militat: facile in foris nostris ei dabitur actio in factum. Vid. Huber. *Praelect. ad Inst. §. 40.*

§. 367.

*Aduersus
eum, qui
nostram
scripturam
vel tabulam
retinet.*

Denique et scribenti contra dominum chartae, et domino tabulae contra pingentem, si in bona fide sint, datur actio in factum: *l. 23. §. 5. D. de rei vind.* sin in mala, actio furti et condictio furtiua, vel actio in rem utilis. §. 34. *Inst. b. t. l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. dom.*

§. 368.

*Specifica-
tio.*

SPECIFICATIO (§. 361.) est *modus acquirendi, quo quis, ex aliena materia suo nomine nouam speciem faciens, eius speciei dominium consequitur.* Accessio ergo hic fit formae ad materiam. Quinque ambiguum veteribus videretur, formae materia, an materia forma sit praestantior; de nouae speciei dominio

nio in diversa abiere diuersarum sectarum iure-
consulti * . (§. 7. *)

* Sabiniani enim plus materiae tribuebant; Proculiani
formam tanquam quae rei det essentiam, praeferebant,
adeoque illi domino materiae; hi specificam nouam
speciem adiudicabant. *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.*
§. 25. Inst. b. t. Mediam sententiam elegere plerique,
postquam sctae studium paulatim deserbuerat, *l. 7. §. 7.*
l. 12. §. 1. l. 24. l. 26. pr. D. de adqu. rer. dom. Vid.
Merill. *lib. I. Obs. cap. 21.*

§. 369.

Sed IVSTINIANVS decisione sua (§. 7.) ita si *Quid circa*
niuit litem, vt, si res reduci posset ad priorem *cam iu-*
materiam, dominus materiae; sin reduci haud *stium?*
posset, specificans nouam speciem retineret, §. 25.
Inst. b. t. et hic domino materiae, si in mala fide
fit, ad aestimationem, si in bona fide, in tan-
tum teneretur, quantum factus esset locupletior.
l. 23. §. 5. D. de rei vind.

§. 370.

COMMIXTIONE (§. 360) aut res aridae duorum *Commix-*
vel plurium commiscuntur, §. 28. *Inst. b. t.* aut res *tio et confu-*
liquidae. Prior strictè COMMIXTIO; posterior *sio.*
CONFUSIO adpellatur. §. 27. *Inst. b. t.* Priore ca-
su singulae res suam substantiam et corpora discre-
ta retinent; posteriore non aequè.

§. 371.

Quum vero res liquidae non maneant in priore *Quid circa*
substantia, aridae maneant: (§. 370.) consequens est, *utramque*
1) vt utraeque quidem materiae, siue confusae, siue *iustum.*
commixtae, communes sint, si voluntate vtriusque
facta sit confusio, vel commixtio: *l. 7. §. 8. D. de*
adquir. rer. dom. sed 2) si voluntate vnus facta, res con-
fusae fiant confundentis; *l. 5. §. 1. D. de rei vind.*
ex commixtis vnusquisque suam possit vindicare ma-
teriam: §. 28. *Inst. b. t. l. 5. pr. D. de rei vind.* 3) Vt
denique res fortuito confusae itidem fiant communes,
l. 7. §. 9. D. de adquir. rer. dom. §. 27. Inst. b. t. res
fur-

fortuito commixtae a suo quaeque domino vindicentur. §. 28. *Inst. b. t.*

§. 372.

Accessio mixta.

Haec de accessione naturali et industriali: reliqua est MIXTA, (§. 354.) quando et naturae beneficio et industria hominum rei nostrae aliquid accedit, quo PLANTATIO, SATIO, et FRUCTIVUM PERCEPTIO referuntur. [*Elem. iur. nat. et gent. l. c. §. 264. seqq.*]

§. 373.

Axiomata de plantatione et satione.

DE PLANTATIONE ET SATIONE obseruanda axiomata: 1) Quidquid solo implantatur, vel inferitur, solo cedit. *l. 9. pr. D. acquir. rer. dom. §. 32. Inst. b. t.* 2) Arboris dominium iure Romano ex radice aestimatur. §. 31. *Inst. b. t.*

§. 374.

Quid iustum circa plantationem et sationem.

Ex priorie axiomate inferitur, 1) frumenta, siue aliena in meo agro, siue mea in alieno agro facta sint, agri domino cedere, deductis impensis. *l. 9. pr. D. de acquir. rer. domin. §. 32. Inst. b. t.* Ex posteriore: 2) arborem, in confinio positam, eius esse, cuius in fundum radices egerit, et 3) si in vtriusque fundum radices egerit, communem pro in diuiso haberi, quoad intixa manet solo, erutam communem pro diuiso fieri. *l. 7. §. ult. l. 8. pr. §. 1. D. eod. §. 31. Inst. b. t. l. 19. D. comm. diu.* Ex utroque: 4) plantam nostram in alieno solo, vel alienam in nostro solo positam, solo cedere, si radices egerit: 5) antea vero posse a domino vindicari. *d. l. 7. §. ult. D. eod. d. §. 31. Inst. b. t.*

§. 375.

Ufus hereditarius.

Sed, quod ad arbores attinet, hodie tam subtiliter plerisque locis non philosophantur, sed earum dominium ex stipite potius et ramis, in fundum nostrum vel alienum propendentibus, quam ex radicibus iudicant. Ita Saxones, ita Germani, et Belgae plerique. Huber. *Praelect. ad Inst. b. t. §. 41. [Elem. iur. nat. et gent. lib. 2. §. 65. seqq.]*

§. 376.

§. 376.

FRUCTVVM PERCEPTIO est species accessio^{nis}, *Fructuum qua is, qui rem alienam bona fide non interrupta, et iusto titulo possidet, loco domini est, et hinc fructus percipiendo suos facit.* l. 48. pr. l. 23. §. 1. D. de acquir. rer. dom. §. 35. *Inst. h. t.* BONA FIDE possidere videtur, qui ignorat, rem alienam esse, putatque, cum, a quo causam habet, tanquam dominum, procuratorem, vel tutorem ius alienandi habuisse. l. 109. D. de verb. sign. IUSTO TITULO possidet, qui ex causa ad transferendum dominium habili possidet. (§. 339.) POSSIDERE denique non est rem detinere, sed *detinere animo domini, vel rem sibi habendi*, quae possessio stricte CIVILIS dicitur, et NATURALI opponitur in iure nostro. l. 1. §. 9. D. de vi et vi arm. l. 2. §. 1. D. pro hered. l. 38. §. 7. D. de verb. obl.

§. 377.

Quum ergo bona fides et iusta causa efficiant⁺ Quos fru-
 vt loco domini sit possessor: (§. 376.) sequitur, 1) *ctus bonae*
 vt fructus percipiendo suos faciat, id est simul ac a *fidei posses-*
 solo vel arbore separati sunt. d. l. 48. pr. D. de acquir. *for lucre-*
rer. domini. 2) Vt et industriales et naturales perci-
 piat, d. l. 48. * (vti oleum, quod teste Plin. *Histor.*
nat. lib. XV. cap. 1. sine omni cultura provenit, et
 foenum, l. 13. D. quib. mod. usufr. amitt. Conf. Vinn.
 ad §. 35. *Inst. h. t.*) 3) Vt malae fidei possessor nihil
 lucratur, et non modo perceptos, sed et percipien-
 dos fructus restituere teneatur, l. 33. l. 62. §. 1. D.
 de rei vind. §. 35. *Inst. h. t.*

* Confirmatur hoc luculenter l. 25. §. 1. D. de usur. et l. 136. D. de reg. iur. Vnde captanda non sunt verba Iustiniani: *pro cultura et cura*, nec pro synonymis accipienda. Causam iam alii perorasse videntur.

§. 378.

Quum tamen bona fides non faciat verum domi- *Quos resti-*
 num: consequens est, 4) vt, hoc superveniente, *tuat?*
 bonae fidei possessor fructus non quidem consumptos
 restituat, licet iis locupletior factus, §. 35. *Inst. h. t.*
 l. 4.

l. 4. §. 2. *D. finium regund.* sed tamen exstantes. l. 22. *C. de rei vind.*

§. 379.

Modus adquirendi derivatiuus. Postquam de modis acquirendi iuris gentium originariis actum: sequitur derivatiuus, qualis vnus est, puta TRADITIO. (§. 341.)

§. 380.

Traditionis definitio, et in iustitia l. u. TRADITIO est modus acquirendi derivatiuus, quo dominus, qui ius et animum alienandi habet, rem corporalem ex iusta causa in accipientem transfert. §. 40. 42. *Inst. b. t.* [*Elem. iur. nat. et gent. l. c. §. 266. et §. 275. seqq.*]

§. 381.

Axiomata de traditione. Ex qua definitione fluunt axiomata: I. Tradi posse res corporales. II. Tradi eas debere a domino, ius alienandi habente. III. Non transferri dominium, nisi traditio fiat animo alienandi. IIII. Nec ea adquiri dominium, nisi causa ad transferendum dominium habilis (§. 339.) præcedat. Huber. *Praelect. ad Inst. b. t. §. 52.*

§. 382.

Traditio quomodo fiat?

Quum ergo traditio sit rerum corporalium: (§. 381, 1.) sequitur, 1) vt rerum incorporalium nulla sit traditio, l. 43. §. 1. *D. de adquir. rer. dom. l. 4. §. 17. D. de vsurp. et vsuc.* sed QVASI TRADITIO, cuius loco est ex parte concedentis patientis, ex parte accipientis vsus, vel exercitium. 1. §. vlt. *D. de seru. rust. praed. l. vlt. D. de seru.* 2) Vt ea fieri debeat vel translatione rei naturali, veluti datione rei mobilis e manu in manum, l. 8. *D. de pecul.* aut exhibitione immobilis praesentis, l. 3. §. 1. *D. de adqu. poss.* vel signo quodam, v. c. traditione clauium, instrumentorum, cet. quae traditio alias dicitur SYMBOLICA, d. l. 1. §. penult. *D. de adquir. poss. l. 9. §. 6. D. de adquir. rer. dom. §. 44. Inst. b. t. l. 74. D. de contr. emt. l. 79. D. de solut.* vel denique fictione, rem tradi, quam iam accipiens ex alia causa possidet, §. 43. *Inst. b. t. l. 9.*

l. 9. §. 5. l. 21. §. 1. D. de adqu. rer. dom. quam traditionem BREVI MANV factam adpellant. l. 43. §. 1. D. de iur. dot.

§. 383.

Quumque traditio fieri debeat a domino, ius alienandi habente: (§. 381, 2) sequitur, 3) ut traditio a non domino facta in eum, qui a domino se accipere putat, non transferat dominium, quamvis bonae fidei possessorem faciat accipientem *l. 29. pr. D. h. t. 4)* Ut nec pupillus recte tradat, sine auctoritate tutoris. (252, 2.) §. 2. *Inst. quib. al. lic. vel non.*

Quis tradere possit?

§. 384.

Quia etiam in tradente requiruntur animus alienandi, et iusta causa, ex qua fiat traditio: (§. 381, 3. 4.) consequens est, 5) ut non transferatur dominium, si eius modi causa desit, *l. 31. pr. D. de adquir. rer. dom.* Quin in emtione venditione ne sufficit quidem causa, nisi vel pretium solutum sit, vel venditor fidem de eo habuerit. §. 41. *Inst. h. t. l. 19. D. de contr. emt.* 6) Ut traditio fieri possit et in personas incertas, modo indefinite certae sint. Quo pertinet *iactus missilium* *.

Quando?

§. 45 *Inst. h. t. l. 9. §. 7 D. de adquir. rer. dom.* [*Elem. iur. Germ. lib. II. §. 72. seqq.*]

* Potest tamen commodius etiam ad occupationem referri. Qui enim *missilia* iactat, id facit animo ea sibi non amplius habendi, adeoque ea pro derelictis habet (§. 341.) Res pro derelictis habitae sunt nullius, (§. ead.) adeoque cedunt occupantibus. (§. 342, 1.) *Missilium* ab imperatoribus sparsorum exempla sunt apud Suet. *Aug. cap. 98. Calig. cap. 18. Neron. cap. 11.* a magistratibus *d. §. 45. Inst. h. t. l. 2. C. de consul. et non sparg. pec. lib. XII. Nou. 105. cap. 2. §. 1.*

T I T. II.

DE REBUS CORPORALIBVS ET INCORPORALIBVS.

§. 385.

Superest et altera diuisio rerum in CORPORALES et INCORPORALES, (§. 330.) quam in hunc titulum reuicit imperator.

Altera rerum diuisio.

I

§. 386.

§. 386.

Corporali-um et incorporali-um definitio. CORPORALES res iureconsultis sunt, quae tangi possunt: INCORPORALES, quae tangi non possunt*. Cuius generis sunt ea, quae in iure consistunt, vt hereditas, usufructus, obligationes. l. 1. §. 1. D. de rer. diuis. §. vn. Inst. h. t.

quatenus consistat facultas, solummodo si in corpore sit.

* Haec quoque Stoica sunt. Hi enim philosophi, quum omnes sensus ad tactum reducerent, corpus definebant, quod tangi possit. Sen. *Epist.* 106. Iidem corpora sola esse adfirmabant: incorporales res non esse, sed intelligi. Cic. *Topic.* cap. 5. Illa res vocabant, has iura. Quintil. *lib. V. Inst. orat.* cap. 19. Et inde verba Pauli: *seruitutes nec in bonis, nec extra bona esse*, interpretatur V. C. Ger. Noodt. *Probab. lib. II. cap. 3.*

§. 387.

Incorporales in quantitatibus vel qualitatibus consistunt. Ergo pecunia, quatenus ex auro argentoque flata est, corporalis; §. vn. *Inst. h. t. l. 1. §. 1. D. de rer. diu.* quatenus in quantitate consistit, incorporalis est. l. 46. *D. de cond. indeb. l. 5. pr. D. de impens. in rem dor. fact. l. vlt. D. de adim. leg.* Quantitates enim non magis, quam qualitates, tanguntur: et hinc eleganter res incorporales in *quantitates* et *qualitates* diuidit H. Vultei in *Iurisprud. Rom. lib. I. cap. 62. pag. 345.*

§. 388.

Earumdem indoles. Quum itaque hae incorporales res tangi nequeant: (§. 386.) consequens est, 1) vt proprie nec possideantur, nec tradantur, (§. 382, 1.) nec in dominio sint: (§. 335.) sed tamen 2) quasi possideantur, quasi tradantur, (§. 303. *) et in bonis esse intelligantur. l. 49. *D. de verb. sign. l. vlt. D. de usufr. leg.*

§. 389.

Res corporales vel mobiles, vel immobiles. Res corporales in MOBILES et IMMOBILES diuiduntur. MOBILES sunt, quae vel se ipsae virtute interna mouent, vel saluae de loco in locum mouentur: IMMOBILES, quae citra corruptionem de loco in locum moueri nequeunt, vt res soli, vel quae immobilium partem constituunt, vel perpetui usus causa certo loco sunt destinatae. l. 13. §. fin. l. 15. l. 17. *pr. D. de act. emt. l. vlt. D. de verb. sign.*

§. 390.

§. 390.

Proinde obligationes, iura, et actiones rerum mobilium et immobilium vocabulo non continentur. *l. 7. ad res incorporales non pertinent.*
 §. 4. *D. de pecul. l. 15. §. 2. D. de re iud. l. vn. §. 7. C. de rei vx. act. l. 2. C. de quadrienn. praescript.*

T I T. III.

DE SERVITVTIBVS PRAEDIORVM.

§. 391.

Quum res incorporales in iure consistant, (§. 386) *Connexio.* et talia iura etiam sint SERVITVTES, eaeque praeterea sint inter iura in re numerandae: (§. 334.3.) de iis agitur titulis sequentibus.

§. 392.

SERVITVS est *ius in re aliena constitutum, quo dominus in re sua aliquid pati, vel non facere tenetur, in alterius personae reiue vtilitatem.* *l. 15. pr. definitio et diuisio.*
 §. 1. *D. h. t.* Ergo hic non seruit homo, uti supra, (§. 79) sed res, et quidem vel praedio vicino, vel personae. Prior seruitus REALIS, vel PRAEDIALIS; posterior PERSONALIS dicitur, *l. 1. D. h. t. l. 32. D. de usufr. et huc pertinent VVSFRVCTVS, VVSUS, HABITATIO, OPERAE SERVORVM. d. l. 1. D. h. t.* Iam de realibus agendum.

§. 393.

Seruitus REALIS est, quando praedium seruit praedio. §. 3. *Inst. h. t. l. 1. D. commun. praed.* Unde praediales. sine praedio seruitus non intelligitur. *l. 1. §. 1. D. comm. praed.*

§. 394.

Quum vero praedia vel soli habitationi, vel vsui *Eaeque vel rusticorum, vel urbano-* oeconomico destinata sint; illa, siue ruri, siue in vrbe *rum praediorum.* sita, VRBANA; haec itidem sine situs discrimine *pr. D. comm. praed.* RUSTICA a iureconsultis vocantur. §. 1. *Inst. h. t. l. 1. diorum.* Nec interest, aedificia sint, an arcae. Nam et horti aedificiis adiecti urbana praedia

vocantur, si non plurimum eorum in reditu sit, *l. 198. D. de verb. sign.* et villae dicuntur praedia rustica. *l. 211. D. eod.* Vnde seruitutes a dominante praedio vel *urbanorum*, vel *rusticorum* praediorum dicuntur.

* Magna olim inter has seruitutes differentia, quia, quae rusticis praediis haerebant, res mancipi; quae urbanis, nec mancipi erant: (§. 330. *) quod abolita hac distinctione, ipsum quoque seruitutum harum discrimen hodie perquam est exiguum.

§. 395.

*Axiomata
de seruitu-
tibus.*

De omnibus seruitutibus obseruanda axiomata: I. Omnem seruitutem esse in re aliena, (§. 392.) neque rem suam cuiquam feruire. *l. 5. pr. D. si vsuffr. per.* II. Nullam seruitutem in faciendo, sed vel in *patiendō*, vel in *non faciendo* consistere *. *l. 15. §. 1. D. de seru.* III. Omnes seruitutes esse indiuiduas. *l. 2. §. 2. l. 72. pr. D. de verb. oblig.* IIII. *Seruitutum causam esse debere perpetuam. l. 28. D. de seru. praed. urb. l. 23. §. 1. D. de seru. rust. praed. l. un. §. 4. D. de font. l. 29. de seru. urb. praed.*

* Quae in *patiendō* consistunt, *AD FIRMATIVAE*; quae in *non faciendo* *NEGATIVAE* adpellantur. Illae *quasi traduntur*; haec *nec tradi, nec quasi tradi* possunt. (§. 339. **)

§. 396.

*Quomodo
seruitutes
constituuntur? Con-
solidationis
effectus.*

Quum ergo seruitus sit ius in re, et quidem in re aliena: (§. 395, I.) sequitur, 1) ut constituatur quidem pactionibus, vel stipulationibus, §. 4. *Inst. b. t.* 2) ultimis voluntatibus, §. *ult. Inst. b. t. l. 16. D. comm. praed.* 3) praescriptione decem annorum inter praesentes, viginti inter absentes, *l. ult. in fin. C. de praescr. long. temp.* (conf. §. 1225.) 4) ipsum tamen ius in re non ex pactione, sed et quasi traditione *ἀμέσως* nascatur, si seruitus sit affirmatiua *. (§. 339. **) *l. ult. D. de seruit. l. 1. in fin. D. de seru. rust. praed. l. 11. §. D. de Public. in rem act.* 5) Ut, si praedium feruens a dominantis domino, vel domi-

nans

nans a feruientis domino adquiritur, feruitus extinguitur. l. 1. D. quemadm. seru. amitt.

* Ergo feruitus promissa petitur tantum actione ex stipulatu, legata autem vel actione personali ex testamento vel reali confessoria: iam constituta, sola actione reali confessoria, Ratio cur et reali actione peti possit feruitus testamento relicta, iam supra occupata est. (§. 329. *) quia videlicet legata et sine traditione pleno iure adquiruntur. l. vlt. D. de seru. leg.

§. 397.

Quumque vel in patiendo, vel in non faciendo consistat: (§. 395, 2.) inferitur, 6) feruientis praedii dominum non teneri ad reficiendum id, quo praedium suum idoneum sit praestandae feruituti. *Quis tenetur ad reficiendum?* l. 15. §. D. de feruit.

§. 398.

Denique quum omnes feruitutes sint indiuiduae: An pro (§. 395, 3.) consequens est, vt nec per partes constitui, nec adquiri possint: l. 8. §. 1. l. 9. l. 11. §. 1. l. 17. D. de feruit. quamuis haec non impediunt, quominus modus feruituti adici queat. l. 4. §. 1. D. eod.

§. 399.

SERVITVTES PRAEDIORVM VRBANORVM *Seruitutes urbanorum praediorum.* (§. 394) variae sunt, veluti oneris ferendi, tigni immittendi, proiciendi, protegendi, stillicidii vel fluminis recipiendi, vel non recipiendi, altius tollendi, vel non tollendi, luminum, et ne luminibus officiat, prospectus, et ne prospectui officiat. l. 2. l. 3. l. 4. D. de seru. urb. praed. §. 1. Inst. de feruit.

§. 400.

ONERIS FERENDI feruitus in eo consistit, quod *Oneris ferendi.* columna vicini vel eiusdem paries onus aedium nostrarum sustinere tenetur. §. 1. Inst. h. t. l. 33. D. de seru. urb. praed.

§. 401.

Quum ergo feruitus in faciendo non consistat, An sit anomalus? (§. 395, 2.) nec feruiens ad refectionem ordinarie teneatur: (§. 397, 6.) facile patet, dominantem et

hic ordinarie parietem vel columnam vicini, cui aedes suae incumbunt, reficere debere, l. 6. §. 2. *D. si seru vind.* adeoque non esse, cur hic statuat seruitutem anomalam. *

* Equidem lis fuit inter veteres, sed non de quaestione, an praedii seruiantis dominus columnam reficere teneatur? sed an eius modi pactum iniuri possit, ut reficiatur? Negabat id Aquilius Gallus, quia id contra naturam seruitutum esse videbatur: sed adfirmabat Seruius, cuius sententia praeualuit, ita explicata a Labeone, ut, quia non homo, sed res seruiat, licere dixerit domino columnam derelinquere. l. 6. §. 2. *D. si seru vind.* Et de eius modi pactione manifeste loquitur Paullus l. 33. *D. de seru. praed. urban.* quia alter ab altero fuerat stipulatus: *paries oneri ferando, uti nunc est, ita sit.* Si quis sibi itaque hoc modo non fuisset stipulatus: non seruiantis, sed dominantis praedii dominus reficere parietem procul dubio tenebatur.

§. 402.

Tigni immittendi.

TIGNI IMMITTENDI seruitus est ius, quo vicinus pari cogitur, ut vicini tignum, suo parieti immissum, in eo requiescat. l. 20. *D. de seru. praed. urb.* l. 242. §. 1. *D. de verb. sign.*

§. 403.

Proiiciendi et protegendi.

PROIICIENDI seruitus est ius in praedio vicini, ut tignum nostrum super fundum suum prouehi patiatur, quamquam in nulla parte fundi requiescat *. l. 242. §. 1. *D. de verb. sign.* PROTEGENDI seruitus ius protectum super alienum solum habendi. l. 2. *D. de seruit. praed. urb.*

* Talia maeniana et suggrundia. Maeniana erant proiecta, spectandi causa facta, in quibus insisterent spectatores. Quae utrum a Maenio censore, an a iuueno eius nominis prodigo dicta sint, non adeo expeditum. Vid. Feil. hac voce, et Isidor. *Orig. XV, 3.* Reliqua proiecta, quae vel in tectis, vel in quacumque aedium parte, vel prospiciendi vel stillicidii auerendi causa sunt, a suggrediendo *suggrundia* vocantur. Vitruu. *lib. II. cap. 9. lib. III. cap. 2.*

§. 404.

Stillicidii vel fluminis recipiendi,

STILLICIDII VEL FLUMINIS RECIPIENDI seruitus, est ius, quo vicinum praedium tenetur recipere stilli-

l. 1. de re rustica

stillicidium vel flumen nostrum in tectum vel arcam suam vel nos recipiendi. l. 2. D. cod. NON RECIPIENDI, ius, quo vicinus

stillicidium vel flumen ex aedibus suis in arcam vel tectum vicini auertere prohibetur, quum id per statutum liceat. Ita rem exponunt Vinn. ad §. 1. Inst. b. t. Huber. Praei. ad Inst. b. t. §. 9. Quamuis et ita definiti possit, quod sit ius, quo quis stillicidium vel flumen suum in suam arcam recipere non potest, sed in nostram auertere, et aquam pluuiam nostris vsum relinqueret tenetur (Pand. P. II. §. 145.) Differunt vero FLVMEN et STILLICIDIUM, quod per illud aqua pluuias in canales collecta continuo ruit: per hoc stillatim ex tecto cadit. Varro de lingua Lat. lib. III. cap. 5.

§. 405.

Seruitus ALTIVS NON TOLLENDI est ius, quo *Altius non vicinus in commodum vicinarum aedium suas altius tollere* prohibetur. l. 2. D. de seru. praed. urb. §. 1. Inst. h. t. *tollendi et tollendi.*

Seruitus ALTIVS TOLLENDI, ius, quo quis pati cogitur, ut vicinus aedes suas altius tollat, quam per statutum licet*. §. 2. Inst. de act. Vnde ponendum, existare statutum, quo vicinus, inconsulto vicino, ultra modum lege definitum aedificare nequeat. l. 12. §. 1. C. de aedific. priu.

* Elegans quidem est coniectura A. A. Pagenstecheri, in *Siciliam manip. III. pag. 70.* seruitutem altius tollendi fuisse constitutam, quoties vicinus a vicino sibi stipularetur ius contignationem imponendi eius aedibus. Cuiusmodi quid aliquando factum esse, ex l. 2. pr. D. de seru. rufi. praed. et l. 24. D. de seru. urb. praed. colligit. Sed et hanc coniecturam, ut fere reliquas doctorum explicationes, incommoda haud leuia premunt. Nam 1) dominus praedii dominantis tunc confessoriam actionem instituire non potuisset hac formula: *ait mihi ius esse aedes MEAS altius tollendi.* §. 2. Inst. de act. 2) Seruitus altius tollendi hoc modo non discreparet a seruitute oneris. Denique 3) ex l. 1. pr. D. de seru. urb. praed. constat, *si intercedat solum publicum, vel via publica, neque itineris, actusue, neque ALTIVS TOLLENDI seruitutes impediri.* Cui vsui vero quis alienis aedibus imponeret contignationem, ad quam ex

fuis aedibus accessus haud pateret? Fateor tamen, non multo minoribus incommodis haec, quam nos sequuti sumus, 10.) Fabri, Donelli, Duatieni, Corassi, Vinnii, aliorumque sententiam premi.

§. 406.

*Luminum,
et ne luti-
nibus offi-
ciatur.*

LUMINVM seruitus est ius cogendi vicinum, vt fenestras nostras in suo ve. communi pariete excipiat. l. 4. l. 40. D. de seru. praed. vrb. NE LUMINIBVS OFFICIATUR seruitus est ius prohibendi vicinum, quo minus quidquam in suo ad minuenda vel obscuranda lumina nostra facere possit. l. 4. l. 15. l. 17. pr. §. 1. l. 23. D. eod.

§. 407.

*Prospectus,
et ne pro-
spectui
officiatur.*

Seruitus PROSPECTVS est ius, in praedium vicini prospiciendi. l. 12. l. 16. D. eod. SERUITUS NE PROSPECTVI OFFICIATUR § ius prohibendi vicinum, quo minus quidquam ad impediendum hunc prospectum facere possit. l. 3. l. 15. D. eod.

* Vnde, huiusmodi constituta seruitute, ne quidem viridarium supra aedes habere potest vicinus, quod tamen potest in seruitute altius non tollendi. l. 12. D. eod.

§. 408.

*Seruitutes
rusticorum
praedio-
rum: iter,
actus, via.*

RUSTICORVM PRAEDIORVM seruitutes denuo sunt variae, vti iter, actus, via, aquaeductus, et similes. ITER est ius cundi, ambulandi homini, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. l. 1. pr. D. de seru. rust. praed. pr. Inst. b. t. ACTVS ius agendi iumentum, vel vehiculum*. l. 1. pr. D. eod. pr. Inst. b. t. VIA est ius vehundi, agendi et ambulandi. d. l. 1. pr.

* At quale? Sic sane non differet actus a via. At rem expediuit V. A. Corn. van Bynkerhoek *Obs. lib. III. cap. 7.* ad totum hunc §, intelligendum hic omnino conferendus.

§. 409.

*Singula-
rum spa-
tium.*

Sed quum paullo obscuriores viderentur hae definitiones: alios has seruitutes ex spatio aestimasse arbitror. l. 13. D. de seruit. Via nimirum ex legibus 12. tabularum erat ius ea agendi, vehundi, feren-
dique,

dique, quae intra spatium octo pedes in porrectum, sedecim in anfractum extensum fieri possent. *l. 1. D. de seru. rust. praed.* Eodem modo *actus* quatuor pedum in latitudine esse solebat, Varro *de lingu. Lat. lib. III. cap. 4. Iter* forsitan duorum.

§. 410.

Inde vero facile intelligitur, cur 1) qui *actum* *Quid siros* habet, et iter habeat *, curque 2) *via actum* et iter *cas iustum* complecti videatur. *l. 1. pr. D. de seru. rust. praed.*

* In pactionibus tamen utramque seruitutem distincte exprimi consueuisse, patet ex marmore apud Gruter. *Inscript. pag. 201. num. 3.*

§. 411.

Seruitus *AQVAEDUCTVS* est *ius aquam ducendi per fundum alienum.* Quumque eodem modo constitui possit *ius aquam hauriendi ex fonte alieno, (non tamen ex cisterna, ob axioma 4. §. 315. l. 1. §. 4. D. de font.)* pecus ad alterius riuum aquandi causa adducendi, idue pascendi in alterius pascuis, lapides, arenas, cretam, pedamenta, ex alieno fundo sumendi: facile patet, esse etiam seruitutes *AQVAE HAVSTVS, PECORIS AD AQVAM ADPVLSVS, IVS PASCENDI, CALCIS COQVENDAE, ARENAE FODIENDAE, CRETAE EXIMENDAE,* et similes, quae tamen, si huiusmodi ius personae, non praedio, conceditur, etiam personales esse possunt, (§. 392.) *l. 14. §. ult. D. de alim. legat.*

§. 412.

Quin et multae aliae seruitutes rusticorum praediorum, pro diuersa rei rusticae indole, et fingi et constitui possunt, quarum non meminuit ius Romanum. *An omnium meminerit ius Romanum?*

§. 413.

Quia eodem fere modo, quo res constituitur, eodem solui & finiri solet: *l. 35. D. de reg. iur. fini-* tur seruitus I. *consolidatione*, (§. 369, 5.) *l. 1. D. quemadm. seru. amitt. l. 8. §. 1. D. b. t. II. Remissione,* *seruitutes finiantur?*

l. 14. §. 1. D. de seru. quia uti pactis et stipulationibus constituitur, (§. 396, I.) ita iisdem soluitur. Quin sufficit remissio tacita; quando quid fieri conceditur, quod usum servitutis impedit. *l. 8. pr. D. quemadmod. seru. amitt.* III. Non utendo per decem annos inter praesentes, vel viginti inter absentes *; *l. 18. §. 1. quemadmod. seru. amitt.* eiusdem enim temporis praescriptione constituitur. (§. 396, 3.) IIII. *Interitu praedii alterutrius, l. 14. D. eod.* sine quo quippe ius praedii non intelligitur: (§. 393.) quamvis restitutum praedio et servitus reuiuiscat. *l. 20. §. 2. D. de seru. praed. vb.*

* In servitutibus praediorum rusticorum solus ille non usus ius domini praedii dominantis extinguit. In urbano praediorum servitutibus ille non usus non sufficit, nisi servientis praedii dominus simul vsum ceperit libertatem, *l. 6. l. 7. D. de seru. praed. urb.* id est, factum servituti constitutae contrarium continuo exercuerit, veluti foramina, quibus immissa fuerant tigna, obturando, obturatumque per legitimum tempus habendo. *d. l. 6.* Rationem iam reddidit Huber. *Praelect. Pand. lib. VIII. tit. 6. §. 6.*

T I T. III.

D E V S V F R V C T V.

§. 414.

Connexio et definitio servitutum personarum. **H**actenus de servitutibus praedialibus, in quibus praedium servit praedio. His opponuntur PERSONALES, quando praedium servit personae, (§. 392.) quarum prima est VSVSFRVCTVS. (§. eod.)

§. 415.

Quid uti, frui, abuti? VTI et FRUI ita differunt, ut usus necessitate circumscribatur; fructio non modo ad utilitatem, verum etiam ad voluptatem pertineat. Senec. *de vita beata cap. 10.* VSVS vero et ABVSVS ita differunt, ut utamur salua rei substantia, abutamur, disperdendo rem et fructum. Donat. *ad Terent. Andr. prol.* Vid. V. Ç. Ger. Noodt, *de usufructu lib. I. cap. 1.*

§. 416.

§. 416.

Ex quibus intelligitur definitio Paulli: **VSVFRVCTVS** est ius, rebus alienis utendi fruendi, salva earum substantia. l. 1. D. de vsufr. Ius illi est ratione usufructuarii: servitus ratione proprietarii. Deinde est ius in rebus alienis, (§. 395, 1.) neque enim hic intelligitur ius, propriis rebus utendi fruendi, quod vocant *sumfructum causalem*. l. 21. §. 3. D. de except. rei iudic. Salva verò rerum substantia utendum fruendum est, quia alioquin non esset usufructus, sed abusus. (§. 415.)

§. 417.

Ex ipsa ergo vocabuli notione (§. 395.) constat, 1) ut usufructuarius omnes fructus, civiles et naturales, siue ad necessitatem, siue ad voluptatem pertinentes, percipiat, l. 7. pr. l. 9. pr. et §. 7. l. 10. l. 2. §. 1. l. 29. l. 59. §. 1. D. h. t. attamen 2) non nisi ordinarios. Vnde nec thesaurum capit, l. 7. §. 12. D. solut. matrim. nec partum ancillæ: l. 68. pr. D. de vsufr. l. 28. §. 1. D. de usur. quia absonum videbatur, hominem in fructu esse, cuius causa natura omnes fructus comparavit *. §. 37. Inst. de rer. diuis. 3) Ut rem fructuariam possit locare, immo et fructus, non autem ipsum ius suum vel usufructum ita vendere extraneo, ut cedat, et ius in re transferat. Eatenus enim nihil agitur. §. 3. Inst. de vsufr. Vnde non obstat l. 66. D. de iur. dot. l. 12. §. 2. D. de vsufr. §. 3. Inst. de vsu et habit.

* Ratio hæc plane Stoica est. Ex hypothesi enim Stoicorum omnia hominum causa comparauerat natura. Cic. de offic. lib. I. cap. 6. de nat. deor. lib. II. cap. 62. sequ. de finib. lib. III. cap. 20. Sed propior ratio est in l. 27. pr. D. de hered. petit.

§. 418.

Deinde, quia utendum fruendum salva rerum substantia: (§. 416.) sequitur, 4) ut usufructuarius rem ne in formam quidem meliorem transmutare possit. l. 13. §. penult. l. 44. D. h. t. 5) Ut eandem

refi-

reficere teneatur. l. 7. §. 2. 3. l. 64. D. eod. 6) Vt tamquam bonus paterfamilias vti frui, §. 38. *Inst. de rer. diuis.* 7) eoque nomine et de restitutione futura, nisi usufructus lege constitutus sit, cautionem praestare debeat, l. 1. D. *usufr. quemadm. cau. l. ult. §. 4. C. de bon. quae liber.* quam cautionem heres, non ipse testator, remittere potest. l. 7. D. *ad leg. Falc. l. 1. C. b. t.*

§. 419.

Quasi usufructus.

Ex eodem axioma te fluit, 8) vsumfructum consistere non posse in rebus fungibilibus, quae numero, pondere, et mensura constant, quia non abutendum, sed utendum fruendum est. (§. 416.) Ast senatusconsulto sub Tiberio, vt videtur, cautum, vt et pecuniae, aliarumque quantitaturn * non quidem verus, sed QVASI VSVFRUCTVS esset, dum caueret quasi usufructuarius, se mortuo vel capite minuto rem eiusdem generis, quantitatis et qualitatis restitutum iri. §. 2. *Inst. de usufr. l. 7. l. 8. D. de usufr. agrum rer. quae usu conf. Galuan. de usufr. cap. 3. V. C. Ger. Noodt. de usufr. lib. I. cap. 20.*

* An et vestium? Harum verus usufructus esse dicitur. l. 15. §. 4. D. b. t. quali usufructus §. 2. *Inst. b. t.* Sed videtur vtrumque verum, prout testator vestibus vel aestimatis, vel non aestimatis vti voluit legatarium.

§. 420.

Onera quae subit usufructuarius?

Quia denique utitur fruitur rebus alienis: (§. 416.) consequens est, 9) vt eundem et incommoda sequantur, qui percipit commoda, adcoque usufructuarius onera et tributa, quae rei imponuntur, sustineat. l. 7. §. 2. D. *de usufr.*

§. 421.

Usufructus quomodo constituitur.

Constituitur autem usufructus, vel 1) lege, veluti patri in peculio aduentitio filii familias *, l. 6. C. *de bon. quae lib.* coniugi, ad secundas nuptias transeunti, in bonis ex liberalitate coniugis defuncti acceptis. l. 3. l. 5. et *Authent. sequ. C. de sec. nupt.* Vel 3) a iudice in iudiciis diuisoriis, quod tamen ra-

rarius

rius fieri oportet. l. 6. §. 1. D. h. t. l. 6. §. 10. D. comm. diuid. l. 16. §. 1. D. fam. ercisc. 3) Vel a domino siue per vltimam voluntatem, siue per pactiones et stipulationes, accedente quasi traditione, (§. 339.***) l. 11. D. de seru. praed. rust. siue per voluntatem tacitam, quae ex longi temporis praescriptione colligitur. *ult. in fin. C. de long. temp. praescript.*

Immo etiam in emancipati bonis pater dimidium vsusfructus, tamquam praemium emancipationis, capit ex l. 6. §. 3. C. de bon. quae lib. §. 2. *Inst. per quas pers.* Sed id quidem hodie fit rarius, ob ea, quae diximus §. 199. Contra moribus hodie receptum, vt plurimis locis maritus gaudeat vsufructu in bonis paraphernalibus vxoris, secus ac iure Romano: quamuis id vulgo probare velint ex l. 9. §. 3. D. de iur. dot. et L. II. C. de pact. conuent.

§. 422.

Quum autem in vsufructu praedium seruiat per- *Idem ex-*
sonae: (§. 414.) sequitur, 1) vt illud ius exstingua- *stinguitur*
tur morte vsufructuarii naturali / §. 3. *Inst. h. t. vel,* *morte na-*
si ciuitati datum, elapsis centum annis. l. 56. D. h. t. *turali et*
ciuili.
2) Vt, quia capitis deminutio maxima et media
morti comparatur, (§. 225.) eadem et vsufructus
perimatur*. §. 3. *Inst. de vsufr. l. 16. pr. §. 1. sequ.*
C. de vsufr.

* Olim etiam minima, vti auctor est Paull. *Sent. rec. lib. III. tit. 6.* Sed id sustulit Iustinianus d. l. penult. C. h. t. Conf. §. 1. *Inst. de adquis. per arrog.* Ceterum ciuitas quoque capite minuta censetur, si aratrum passa. l. 21. D. quib. mod. vsufr. amitt.

§. 423.

Et quia est ius in re aliena: (§. 416.) sequitur, *Item conso-*
3) vt et consolidatione desinat vsufuctus, quia re pro- *lidations,*
pria nemo vti frui potest: (§. 396, 5.) nec non 4) *interitus, et*
totius rei interitus adeo, vt et in area quidem duret, *non vsu.*
l. 36. pr. D. §. 3. *Inst. h. t. l. 30. l. 31. D. quib. mod.*
vsufr. amitt. immo et 5) non vsu decem annorum
inter praesentes, viginti inter absentes. (§. 413, 3.)
l. penult. §. 1. C. de vsufr. l. 13. C. de seruit.

§. 424.

§. 424.

*Denique
soluto iure
constituen-
tis, et lapsu
temporis.*

Denique quia usufructus saepe pactionibus et stipulationibus constituitur: (§. 421, 3) consequens est, ut 6. et soluto iure constituentis, l. 16. l. 19. D. quib. mod. usufr. amitt. et 7. lapsu temporis, conventionione definiti, expiret. l. 5. C. de usufr. l. 15. D. quib. mod. usufr. amitt.

T I T. V.

DE VSV ET HABITATIONE.

§. 425.

Connexio.

Hactenus de usufructu: sequitur vsvs, tamquam altera servitutum personalium species. (§. 382.

§. 426.

*Vsus defini-
tio.*

Quemadmodum fructus latius patet, quam usus, adeoque usufructuarius non solum pro modo necessitatis, sed et omnes rei proventus, ad voluptatem etiam pertinentes, capit: (§. 415.) ita facile patet, vsvm esse ius, alienis rebus tantum ad necessitatem utendi, salva earum substantia. §. 1. Inst. h. t.

§. 427.

*Axiomata
de usu.*

Inde ergo fluit: I. Minus esse in usu, quam in usufructu. §. 1. Inst. h. t. II. Vsum sola necessitate quotidiana definiri. l. 2. pr. D. h. t.

§. 428.

*Quomodo
videndum?*

Ex quibus axiomatibus sequitur, 1) vt, qui fundi usum habet, is pro modo conditionis oleribus, pomis, floribus, foeno, stramentis, lignis uti, non vero reliquos fructus capere possit. §. 1. Inst. l. 10. §. 4. l. 11. sequ. D. h. t. 2) Vt aedium vsuarius istas quidem pro necessitate inhabitare, sed non aliis locare, et vix hospitem recipere possit. §. 2. Inst. l. 2 §. 1. l. 3. sequ. D. h. t. 3) Vt pecorum vsuarius de lacte, lana, stercore, medicum, quo opus est, capiat, non autem foetum

foetum. §. 37. *Inst. de rer. diuis. l. 12. §. 2. 3. D. §. 4. Inst. h. t.* 4) Vt vsuarius ius suum ordinariè aliis locare, aut gratis concedere nequeat. §. 1. *Inst. l. 12. §. 4. l. penult. pr. D. h. t.*

§. 429.

Tertia seruitutum personalium species, puta HABITATIO, (§. 392.) est *ius alienas aedes inhabitandi, salua earum substantia*, INHABITARE autem est, iis aedium partibus vti frui, quae habitationi sunt destinatae. *Habitationis definitio.*

§. 430.

Proinde 1) qui ius habitandi habet, non, vti vsuarius, aedibus pro necessitatís modo vtitur, sed omnem fructum ex partibus habitationi destinatis percipit. *l. 13. C. de vsufr.* 2) Aedes potest alteri locare, puta ad inhabitandum. §. 5. *Inst. h. t. l. 13. C. de vsufr.* 3) Itaque vsufructum percipit ex partibus aedium habitationi destinatis, non ex cellis, hortis, tabernis, cet.

§. 431. *et vsufr.*

Iisdem modis habitationis ius finitur, ac vsufructus ~~et vsufr.~~, (§. 421. sequ.) praeterquam quod capitis deminutione, et non vsu, non perimitur: cuius rei subtilem hanc rationem allegat Modestinus *l. 10. D. de capite minut.* quod habitatio *in facto potius, quam in iure, consistat.* *Quomodo illud finitur?*

§. 432.

Quarta species sunt OPERAE SERVORVM: (§. 392.) quae sunt *ius, omnem utilitatem ex operis serui alieni percipiendi.* *l. 3. D. de oper. seru.* *Servorum operae.*

§. 433.

Quare 1) minus est in seruitute operarum, quam in vsufructu serui, quia vsufructuarius omnem utilitatem capit ex seruo, non solum quod seruus operis suis, sed et quod e re eius acquirit: verum cui operae legatae, is tantum ex operis seruorum lucratur. §. 4. *Inst. per quas person. cuique adquir.* 2) Plus est in operarum *Quomodo differat ab vsufructu seruitus?*

rarum seruitute, quam in usu, quia illa nec sola necessitate circumscribitur, et aliis locari potest. *l. 2. D. de usu legat.*

§. 434.

*Vfus bo-
diernus.*

Sed has quidem subtilitates hodie fere ignoramus, nec facile contingit, ut testator vsumfructum, vsum, habitationem, operas seruorum, distinguat. Si quis autem distingueret: procul dubio sequenda essent iuris Romani principia.

T I T. VI.

DE VSVCAPIONIBVS, ET LONGI TEM-
PORIS PRAESCRIPTIONIBVS.

§. 435.

*Connexio.
Modi ad-
quirendi ci-
uiles vel
vniuersales,
vel singula-
res.*

Actum supra de modis acquirendi IVRIS GEN-
TIVM: (§. 341 sequ.) iam imperator de CIVI-
LIBVS dīcere instituit, qui vel VNIVERSALES sunt,
quibus vniuersum ius alterius in nos transfertur, vel
SINGVLARES, quibus rei singularis dominium acqui-
rimus. §. ult. *Inst. per quas person. cuique acquir.*

§. 436.

*Vniuersa-
les acqui-
rendi modi.*

VNIVERSALES memorantur sex *, I. HEREDI-
TATIS ADQUISITIO, II. BONORVM POSSESSIO,
III. Adquisitio per ADROGATIONEM, IV. ADDI-
CTIO BONORVM LIBERTATVM SERVANDARVM
CAVSSA, V. Adquisitio per SECTIONEM BONORVM,
et VI. EX SC. CLAVDIANO. De prima a *tit. 10.*
huius libri vsque ad *tit. 19.* nec non initio *libri III.*
de secunda eiusdem libri tertii *tit. 10.* de tertia *tit. 11.*
de quarta *tit. 12.* de quinta et sexta *titulo 13.* agetur.

* Fuerunt tamen plures, veluti VII. *successio fisci in bona damnatorum*, et bona vacantia, *l. 1. D. de iure fisci*, VIII. *ingressus in monasterium*, *Nov. §. cap. 4.* VIII. *Vxoris conuentio in manum*, *Cic. Topic. cap. 4.*

§. 437.

§. 437.

Singulares quatuor habentur I. VSVCAPIO, de *Singulares*, qua hoc titulo, II. DONATIO, de qua titulo 7. III. LEGATVM, de quo tit. 20. et IIII. FIDEICOMMISSVM SINGVLARE, de quo tit. 24.

§. 438.

VSVCAPIO est adiectio (vel, uti apud Vlpian. *Vfucapio et Fragn. tit. 19. § 8. et Isid. Orig. V, 25. est, adeptio*) praescriptio dominii per continuationem possessionis temporis lege definita, *l. 3. D. h. t.* PRAESCRIPTIO contra longi temporis, illi ad finis, erat exceptio, qua is, qui longo tempore rem possederat, sese aduersus dominum tuebatur. Ergo ab vsucapione olim differebat praescriptio. Haec enim non dominium Quiritarium et ciuile adiciebat, sed exceptionem et dominium bonitarium tribuebat: et proinde etiam in rebus incorporalibus, et praediis prouincialibus inducta videtur vsucapionis supplendae causa. §. 2. *Inst. h. t.* Illa requirebat in mobilibus annum, in immobilibus biennium; haec decem annos inter praesentes, viginti inter absentes. Sed Iustinianus, sublato illo discrimine, vsucapionem et praescriptionem longi temporis veluti in vnum conflavit, *l. vii. C. de vsucap. transform.* simulque praescriptionem longissimi temporis quibusdam casibus retinuit.

§. 439.

Quum ergo vsucapio sit adiectio dominii: (§. *Vfucapionis fundamentum.* 438.) eam 1) oportet fundamento aliquo niti, quod non aliud est, quam praesumptio, rem pro derelicta esse habitam, quum dominus tanto tempore non vindicaret: Grot. *de iure belli et pac. lib. II. cap. 4.* adeoque illam cedere possessori. (§. 342. sequ.)

§. 440.

Deinde ex eodem principio fluit, 2) vsucapi posse Quenam se res, quae possunt acquiri, non exemptas hominum vsucapi commercio, *l. 9. D. h. t.* nec vitio possessas, §. 2. 5. *Inst. cod.* aliasque quasdam, quarum vsucapio speciali

ciali lege inhibita, vt res dominicas, fisci, ecclesiarum, pupillorum, et minorum, et quarumcunque alienatio vel lege vel testamento prohibita. *tit. C. ne rei domini. l. 23. C. de SS. eccl. l. 3. C. quib. non obſt. long. temp. praeser. l. 12. l. 24. D. h. t. 3)* Vſucapionem locum tantum habere in rebus corporalibus *
 (§ 335.) *l. 14. pr. D. de feruit. l. 43. §. 1. D. de ad-
 quir. rer. dom.* ſiquidem res incorporeales nec in dominio eſſe, nec proprie poſſideri poſſunt. *l. 3. pr. D. de adq. poſſ.* Attamen quia et hae quaſi poſſidentur, (§. 388, 2.) et in bonis ſunt: (§. 388) conſe-
 quens eſt, vt quaſi vſucapi vel praescribi queant. *l. ult. C. de long. temp. praescript.*

* Hinc lex Scriboniana lata. Quum enim veteres iuris interpretes etiam feruitutum vſucapionem contra principia iuris ciuiliſ inuexiſſent; Cic. *pro Caecin. cap. 26.* lex Scribonia eam feruitutum vſucapionem paullo poſt inhibuit. *l. 4. §. ult. de vſucap.* Poſtea praeter eos, qui feruitutes nec vi, nec clam, nec precario longo tempore poſſederant, adiuuit. *l. 10. D. ſi feruit. vind.* Denique earum praescriptionem admittit Iuſtinianus, *d. l. ult. C. de long. temp. praescript.* Ex quo ſimul adparet, nec bonam fidem, nec iuſtum titulum, nec ſcientiam domini, aduerſus quem praescribitur, hic requiri. Zach. Huber. *Obſ. rer. iud. obſ. 13.* Adde tamen Pagenſtech. *Aphor. Iur. pag. 119.*

§. 441.

Qui poſſint vſucapere, et quo effectu? Quumque vſucapio ſit modus acquirendi iuris ciuiliſ: (§. 437.) ſequebatur, 4) vt procederet inter ſolos ciues Romanos. *Aduerſus hoſtem* enim, ſiue peregrinum, ex lege 12. tabularum aeterna auctoritas erat. *Macrob. Saturn. lib. I. cap. 16.* Sed hoc poſt communicatam cum omnibus ingenuis, in orbe Romano viuentibus, ciuitatem, fere extra vſum fuit, 5) Vt tribueret dominium iuris Quiritium, *Vlpian. tit. 19. §. 7.* adeoque 6) locum haberet tantum in rebus immobilibus Italicis ſoli; (§. 330. *) in rebus mobilibus omnibus. *l. vn. C. de vſucap. transform.* Verum et hoc mutatum, poſtquam differentia inter res mancipi et nec mancipi, dominiumque Quiritarium et boni-

bonitarium, sublata est a Iustiniano. (§. 336.) *l. un. portatum germaniam C. de nud. iur. Quir. toll.*

§. 442.

Ceterum vsucapionis et praescriptionis longi temporis quae sint requisita, fere ex ipsa definitione ad-^{vsucapio-}paret. Ea enim procedere non potest I. sine BONA^{nis requi-}FIDE, quae est opinio possessoris, qua se dominum credit.^{fides.} (§. 376.) *pr. Inst. h. t. l. 109. D. de verb. sign. Et iure quidem nostro sufficit, bonam fidem ab initio adesse, et mala fides superueniens possessori fraudi non est. l. 48. §. 1. D. de adquir. rer. dom. l. un. C. de vsucap. transf. Sed iure canonico bona fides continua exigitur. cap. fin. X. de praescript. Quo iure plerisque locis vtuntur.*

* Aliud in perceptione fructuum, in qua non sufficit bona fides, nisi numquam interrupta. (§. 376.) *l. 23. §. 1. D. de adquir. rer. dom.*

§. 443.

Nec locum habet vsucapio, II. si desit IUSTVS II. Iustus TITVLVS, seu causa ad transferendum dominium ba-^{titulus.}tilis: (§. 339) §. 5. *Inst. per quas pers. cuique adquir. l. 24. C. de rei vind. Unde non sufficit 1) opinio erronea iustae causae, l. 27. D. h. t. §. 6. Inst. h. t. nisi error sit iustus, l. 11. l. 14. D. pro emt. 2) nec contractus simulatus et fictus, l. 1. C. plus val. quod agit. 3) nec titulus reuocabilis, veluti mortis causa donatio. l. 13. pr. D. de mort. caus. donat.*

* Quum enim ne domini quidem traditione sine iusto titulo dominium transferatur: (§. 381 4) multo minus dominium acquireret, qui a non domino, nulla praecua iusta causa, rem traditam accepit. *l. 31. D. de adquir. rer. dom.*

§. 444.

Neque porro vsucapione adquiruntur, III nisi III. Res vsucapionis CAPACES (§. 440) Ex quo sequi^{qualitas.}tur, vt res furtivae et vi possessae propter vitium rei inhaerens, et possessoris comitans, et res alienari prohibitae non possunt vsucapi, nisi, illis ad priorem dominum scientem reuersis, vitium purgetur.

§. 3. *Inst. b. t. l. 84. D. de furt. l. 4. §. 6. et 12. sequ.*
D. b. t. l. 6. C. pro emt.

§. 445.

*III. Tem-
pus lege de-
finitum.*

Accedat porro necesse est III. TEMPVS lege DE-
 FINITVM, olim quidem annus in re mobili; bien-
 nium in immobili: *pr. Inst. b. t. Vlpian. Fragm. tit.*
19. § 8. iure nouo triennium in mobili; decennium in
*immobili inter praesentes; vicennium inter absentes * 7*
l. vi. C. de vsucap. transf. pr. Inst. b. t. Plerisque ta-
men locis, vbi ius Germanicum antiquum adhuc vi-
get, res mobiles anno et die; immobiles triginta an-
nis, anno et die praescribuntur. Vid. Stryk. Vsf. bod.
Paud. b. t. Groeneweg. ad pr. Inst. b. t. Germanis
enim antiquis triginta annos saeculum fuisse obserua-
uit Plin. Hist. nat. lib. XVI. cap. 44. [Elem. iur. Germ.
lib. II. §. 100.]

* Ergo anni absentiae duplicantur, si quis aliquamdiu praesente, aliquamdiu absente domino, rem bona fide et ex iusta causa possedit: vel, quod perinde est, alii tot anni super decennium adiciuntur, quot ex ipso decennio absens fuit. *Nou. 119. cap. 8.*

§. 446.

*V. Conti-
nua posses-
sio.*

Denique etiam requiritur V. CONTINVA POS-
 SESSIO, et quidem non *naturalis* tantum, sed *ciui-*
lis, id est cum animo dominii, vel sibi habendi con-
 iuncta. (§. 376.) *l. 25. D. de vsucapion.* Successor
 continuat possessionem auctoris sui, et in *uniuersali*
 quidem (§. 436.) nil interest, siue ipse in bona, siue
 in mala fide sit, dum defunctus eam bona fide ince-
 perit; (§. 442) §. 7. *Inst. b. t. singularis* autem, si et
 ipse auctor * in bona fide fuerit. *l. 13. §. ult. D. de*
adquir. possess.

* Si in bona fide sit successor *singularis*, ei fraudi non est mala auctoris fides, dum ipse a sua persona vsucapionem inchoet. *l. 5. D. de diuers. et temp. praescript. l. 1. C. de praescri. long. temp.* Ast *uniuersali* mala fides defuncti semper nocet, adeo, vt ne a sua quidem persona inchoare possit praescriptionem. *l. 11. C. de adquir. possess.* Heres enim succedit in omnia iura defuncti, (§. 435.) adeoque etiam in eiusdem vitia. *l. 11. D. de diu. et temp. praescript.*

§. 447.

§. 447.

Ex quo sequitur, vt si vel naturaliter, vel ciuili-
liter interrumpatur vsucapio, (quod *VSVRPTIO*-
NEM vocant iura, l. 2. D. h. t.) solus lapsus tempo-
ris non profit. l. 2. C. de long. temp. praescript. fit
autem *naturalis vsurpatio*, si quis e possessione deiicitur: l. 5. D. h. t. l. 15. D. de acquir. vel amitt. poss.
ciuilis per actum iudicalem, hodie per citationem ad-
uersarii, vel per oblationem libelli *, l. penult. et ult.
C. de ann. except.

naturali

* Quod si tamen sequuta sit sententia absolutoria, possessio
etiam lite pendente continuatur, et ad vsucapionem
adimplendam prodest. l. 2. D. pro don. §. 1. l. 9. C. de
praescript. long. temp. Singulare etiam priuilegium est
fisci et rerum dominicarum, quod qui a fisco emat,
statim securus fiat: fiscus autem post quadriennium
conuenire nequeat. l. 2. et l. ult. C. de quadrienn. prae-
script. §. ult. Inst. h. t.

§. 448.

Haecenus de vsucapione, quamque cum illa pari
passu ambulare voluit Iustinianus, longi temporis prae-
scriptione. Ab hac differunt praescriptio longissimi-
temporis, et immemorialis praescriptio, (§. 438.) veluti
in subsidium admissae, si quando non procedat vsu-
capio, vel praescriptio ordinaria.

Praescri-
ptio longis-
simi tempo-
ris.

§. 449.

Praescriptio LONGISSIMI TEMPORIS vel tri-
ginta, vel quadraginta, vel centum annorum est.

Quotuplex?

§. 450.

TRIGINTA ANNIS 1) praeter actiones persona-
les, l. 3. C. de praescr. 30. vel 40. annor. praescribun-
tur, 2) quae antecessor ob rei vitium, (§. 440.)
malam fidem, vel defectum iusti tituli, praescribere
non potuit, veluti 3) res vitiosae, bona fidei posses-
sae, l. 8. §. 1. C. eod. 4) res minorum, l. 3. C. quib.
long. temp. praescript. non obst. 5) res aduentitiae filio-
rum familias, Nou. 122. cap. 24. 6) res a malae fidei

Praescri-
ptio trigin-
ta anno-
rum.

possessore alienatae modo ipse possessor in bona fide sit. *Nou. 131. cap. 6.*

§. 451.

*Præscri-
ptio 40.
annorum.*

QUADRAGINTA ANNIS præscribuntur, 1) res fiscales, l. 4. C. de præscr. 30. vel 40. annor. et patrimoniales principis: l. fin. C. de fund. parr. 2) res ecclesiarum immobilis: l. 24. C. de SS. eccles. Nou. III. cap. 1. Nou. 131. cap. 6. et ex interpretatione doctorum 3) res immobilis ciuitatum, quippe quas iure ecclesiarum frui aiunt: 4) ius hypothecæ, si ipse debitor rem oppignoratam possideat (§. 1267) l. 7. §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. annor. l. 1. §. 1. C. de annal. except.

§. 452.

*Præscri-
ptio centum
annorum.*

CENTVM ANNIS præscribuntur res ecclesiæ Romanæ, quæ sola hoc centum annorum spatio vel priuilegio gaudet. *Aurb. Quas actiones C. de SS. eccles.*

§. 453.

*Præscri-
ptio immemorialis
dicitur, si quis
de re, quæ in
usu suo sit,
non habet
memoriam
suis.*

*Præscri-
ptio immemorialis.*

PRAESCRIPTIO IMMÉMORIALIS dicitur, cuius in contrarium non existat memoria l. 2. §. 1. 7. l. 23. §. 2. D. de aqua et aqu. plu. arc. Eaque adquiri dicuntur regalia, immunitates a tributis, cet. quamuis id vix procedat contra principem, l. 6. C. de præscr. 30. vel 40. annor. et numquam in domanialibus. cap. 33. X. de iureiur. [*Elem. iur. Germ. l. 2. §. 99. seqq.*]

T I T. VII.

DE DONATIONIBVS.

§. 454.

*Donatio an
dicitur ad ult.
de cor.*

*Donatio an
modus ad-
quirendi
sua sit.*

Alter modus acquirendi domini iuris ciuili dicitur DONATIO (§. 437.) Ast ea hodie non est modus acquirendi domini, sed titulus (§. 439.) nec tam iure ciuili auctoritatem obtinuit, quam iure gentium, nisi forte donationes mortis causa et propter nuptias huc referre velis. Vid. Huber. *Præscr. lect.*

*hinc causa
cor pita
quali de iure
dicitur. Sed ab
lecta est in
leg. ult.*

*lect. ab Helict in
leg. ult.*

lect. ad Inst. b. 1. §. 1. Sequendus tamen ordo imperatoris, qui Caium sequutus videtur*.

* Caii enim temporibus donatio omnino fuit modus acquirendi dominii, quia donatio tum sine traditione non intelligebatur, adeo, ut ex lege Cincia etiam aes et libram intercedere oporteret. Quod senium constitutionibus mutatum. Diximus ad *Vinn. Comment. b. 1. et ante nos rem luculenter exposuit illustris Academ. Hallenf. Cancellarius, Io. Petr. a Ludewig, in Dissert. de donatione, eiusque barbaro adnexa, acceptatione, quae non nisi intelligentibus harum rerum placere potest.*

§. 455.

DONATIO est liberalitas in accipientem, nullo iure Eius deficiente, collata: eaque fit vel MORTIS CAUSSA, vel *nitio*. INTER VIVOS, seu NON MORTIS CAUSSA. *pr. Inst. b. 1.*

§. 456.

NON MORTIS CAUSSA, vel INTER VIVOS, Donatio donatio est, quae sine respectu ad casum mortis celebratur: MORTIS CAUSSA DONATIO, quae propter et mortis mortis suspicionem, siue quod immineat periculum, *caussa.* siue quod donator de mortalitate cogitet. *l. 2. sequ. D. de donat. mort. caus.* Illa pactum est; haec inter pactum et ultimam voluntatem quodammodo fluctuat.

§. 457.

Ob hoc axioma 1) utraque donatio fieri potest a domino, et inter vivos quidem ab eo, cui libera est administratio rerum suarum, §. 40. *Inst. de rer. dir. l. 21. C. mand. mortis causa ab eo, qui potest testamentum facere, l. 15. D. de mort. caus. don.* immo et a filiofamilias, si pater permiserit, *l. 25. §. 1. D. eod.*

§. 458.

Ergo 2) donari potest inter vivos omnibus, qui donationem acceptant. *Cic. Topic. cap. 8.* modo non obstat unitas personae. Ex quo principio donatio non valet inter patrem et liberos, *l. 1. §. 1. D. pro don. (§. 139. nec inter coniuges (§. 146. *) tir. D. de donat. inter vir. et uxor.* Mortis vero causa

donari potest omnibus, quibus legari potest. *l. 35. pr. D. de mort. caus. donat. §. 24. Inst. de legat.*

* Ratio ergo reddenda ex iure antiquo. Vxores olim in manum conveniebant, eodemque loco erant viris, quo heredes suae et filiae familias. (§ 146. *) Ergo non magis inter se donare poterant coniuges, ac pater et filius familias. Postea, quum conventio in manum fere obsoleuisset, et donationes tamen inter coniuges prohibitae manerent ob orationem Antonini Caracallae: *l. 3. pr. D. de don. int. vir. et uxor.* alias rationes excogitarunt iuriconsulti, veluti, ne mutuo amore se iniucem spoliarent coniuges, ut potius esset studium educandi liberos, ne venalitia essent matrimonia, cetera. *l. 1. l. 2. D. de don. inter. vir. et uxor.*

§. 459.

Quenam
res donari
queant?

Porro ob idem axioma 3) utroque modo donari possunt res omnes, quae sunt in commercio, etiam incorporales: *l. 9. pr. l. 27. l. 28. D. h. t.* etiam alienae eatenus ut possint usufructuari: *l. 9. §. ult. l. 18. §. ult. D. pro donat. §. 4. Inst. de legat. l. 13. pr. D. de mort. caus. donat.* etiam omnia bona praesentia et futura. *l. 35. §. 4. C. h. t.*

§. 460.

Differen-
tia inter
donationem
inter vivos
et mortis
caussa.

Sed haec tamen differunt inter vivos et mortis causa donatio, 1) quod illa et remotis arbitris; haec non nisi coram quinque testibus fieri potest. *l. ult. §. fin. C. de codicill.* 2) Quod illa actis interuenientibus insinuanda, si quingentos solidos excedat; *l. 36. §. ult. C. §. 2. Inst. h. t.* haec insinuatione non indiget. *l. ult. C. de mort. caus. donat.* 3) Quod illa sua natura irrevocabilis; haec revocabilis est. §. 1 *Inst. h. t. l. 2. l. 29. D. de mort. caus. donat.* 4) Quod illa traditione demum transfert dominium; (§ 339. **) §. 40. *Inst. de ver. divis.* haec etiam sine traditione, *l. 2. D. de Public. in rem act. (§. 339. **) dummodo decesserit donator, neque eum donationis poenituerit. §. 1. Inst. h. t. l. 16. l. 30. D. de mort. caus. donat.* 5) Quod in illa beneficio competentiae; *l. 12. l. 33. D. h. t.* in hac quartae Falcidia locus est. *l. 2. D. de mort. caus. donat.*

§. 461.

Beneficium competentiae est, cum fructus et usque ad unum annum in rebus suis legatarius habet. Inst. de legat. l. 12. l. 33. D. h. t.

§. 461.

Ergo res donata inter viuos, nondum tradita, *Qualis ex* (§. 460, 4.) si stipulatio intercesserit, *petitur actione donatione* ex stipulatu; *pr. Inst. de verb. oblig. sin pactum, con-* *detur actio* *donatione* ditione ex lege 35. §. 4. *J. C. b. t.* Donatarius, cui mortis caussa donatum, easdem habet actiones, quas legatarius, (§ 356.) nempe rei vindicationem, actionem hypothecariam, et personalem ex testamento. *l. 1. C. comm. leg. §. 2. Inst. de legat.*

§ 462.

Quamuis vero donatio inter viuos sua natura fit *De rescin-* irreuocabilis: (§. 460, 3.) rescinditur tamen, *denda do-* quatenus est inofficiosa. *l. 5. l. 7. C. de inoff. donat.* *natione.* 2) quatenus modum vel summam excedens quingentorum solidorum non insinuata, *l. 21. in fin. D. de donat. l. 34. pr. l. 36. §. vlt. C. de donat.* 3) ob insignem ingratitudinem, §. 2. *Inst. h. t. l. 10. C. de reuoc. don.* 4) ob superuenientiam liberorum, *l. 8. C. de reuoc. don.* quae lex tamen *foli patrono* ius donationem reuocandi concedit *, quemadmodum ex causa tertia, tamquam delictum vindicante, tantum donatori, non heredibus, actio nascitur. *l. 10. C. de reuoc. donat.*

* Quamuis eam doctores et ad alios donatores porrigant arg. *l. 30. C. de fideicommiss.* Vid. Andr. Tiraquell. *ad l. si unquam C. de reuoc. donat. Lugd. 1574. fol.*

§. 463.

Donationis inter viuos species etiam est *Donatio* *propter nuptias*, seu *ἀντιθέση*, quam ob perpetuum *propter* diuortii metum, *maritus vxori*, vel sponsus sponsae *nuptias.* faciebat in securitatem dotis. §. 3. *Inst. h. t.* Quae donatio 1) doti, quoad quantitatem et pacta, fere similis, *l. vlt. C. de donat. ante nupt. Nou. 97.* 2) vxori, constante matrimonio, nec dominium tribuit, nec ius capiendi fructus, sed tantum 3) pignus tacitum in bonis mariti. *l. 29. C. de iur. dot. Nou. 61. cap. 1.* [*Elem. iur. nat. et gent. lib. II. §. 354 seqq.*]

T I T. VIII.

QVIBVS ALIENARE LICET VEL NON.

Dominii effectus ius alienandi. §. 464.
Dominii effectus est ius de re sua disponendi, adeoque et eandem alienandi. (§. 335.) §. 40. *Inst. de rer. diuis.* Contra non dominus, quod non habet, dominium in alterum transferre, adeoque et alienare nequit. (§. 383.) l. 54. D. de reg. iur. §. 40. *Inst. de rer. diuis.* Quia tamen in definitione dominii (§. 335.) expressimus limitationem, nisi vel lex, vel conuentio, vel testatoris voluntas obstat, et praeter dominium aliae quoque sunt iuris in re species: (§. 334.) hinc aliquando euenit, I. vt dominus alienare nequeat: II. vt non dominus recte alienet. Quae παράδοξα δέματα, vti Theophilus vocat, tractantur hoc titulo.

Maritus non potest alienare fundum dotalem. §. 465.
I. Nonnumquam dominus rem suam iure non alienat. (§. 363.) Nam I) maritus est dominus dotis. (§. 336. *) pr. *Inst. h. t. l. 9. C. de rei vind.* Est enim DOS pecunia (§. 311.) data marito ad sustinenda matrimonii onera. l. 56. §. 1. D. l. 20. C. de iur. dot. Nec tamen per legem Iuliam de adulteriis alienare ei licebat fundum dotalem Italicum inuita vxore, nec eundem, consentiente ea, obligare. Paull. *Sent. recept. lib. II. tit. 24.* Quin Iustinianus, ne consentiente quidem vxore, alienationem vel oppignorationem fundi cuiuscumque permisit, l. vii. §. 15. C. de rei vxor. act. pr. *Inst. h. t. nisi alienatio vel sit necessaria, l. 1. D. de fund. dot. l. ult. C. eod. vel in utilitatem vxoris facta, l. 26. l. ult. D. de iur. dot.* Quae tamen prohibitio non pertinet ad res mobiles, l. 1. C. de seru. pign. dat. man. nec ad immobiles venditionis causa aestimato datas, quarum dominium omnimodo nanciscitur maritus. l. 10. §. 4. D. l. 5. l. 10. C. de iur. dot.

§. 466.

§. 465.

Deinde 2) pupillus est dominus rerum suarum, *Pupillus* et tamen eas non alienat, nec mutuum recte dat, *an alienet?* adeo, ut, si dederit, nummi extantes vindicentur, bona fide confirmati condicantur, de mala fide consumptis ad exhibendum agatur § *ult. Inst. h. t.* Immo pupillo, licet domino, non recte soluitur, nisi auctoritate tutoris, et interposito decreto, §. *ult. Inst. h. t.* exceptis usuris intra biennium debitis, et non excedentibus centum solidorum quantitatem. *l. 25. l. 27. C. de admin. tut.* Multo minus ergo pupillus recte soluit, et hinc, quod solutum, si exstat, vindicatur; sin consumptum, contingit liberatio. *l. 14. §. ult. D. de solution.*

§. 467.

II. *Aliquando, qui dominus non est, recte tamen* Quando alienat. Sic enim 1) creditor recte alienat pignus, *creditor* nulla praemissa denunciatione, si ita conuenierit, ut *pignus alienare queat?* liceret pignus distrahere *. *l. 4. D. de pign. act.* Nam 2) si conuenierit, ne vendatur, non nisi trina praemissa denunciatione recte distrahit creditor. *d. l. 4. D. de pign. act. l. 4. C. de distr. pign.* Denique 3) si nihil conuentum, post denunciationem, et biennium elapsum permittitur distractio, modo ea fiat bona fide et sollempniter. *l. ult. §. 1. C. de iur. dom. impetr.* Si res emorem non inuenerit pretio tolerabili, repetitur denunciatio, vel iudex debitori absentis praefigit diem, intra quem soluat; quod nisi faciat, creditor a principe impetrat dominium, relicta debitori facultate, pignus luendi intra biennium. *l. ult. §. 2. 3. C. eod.*

* Cauc vero hoc pactum de distrahendo pignore confundas cum pacto commissorio, quo conuenit, ut, debito iusto tempore non soluto, pignus pleno iure creditori cedat. Illud enim pactum licitum, *l. 7. §. ult. D. de distr. pign.* hoc illicitum est. *l. ult. C. de pact. pign.*

§. 468.

Deinde 2) tutor non est dominus rerum pupilli *Tutor* et tamen ei licet alienare res pupillares, urgente ne- *quando* cessat *alienet?*

cessitate, vel iussu parentum, vel alia iusta causa suadente, et pretiosas quidem, maxime immobiles, cum decreto magistratus, reliquas et sine eo. *l. 1. §. 2. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. l. 22. C. de admin. tut. et cur.*

T I T. VIII.

PER QVAS PERSONAS CVIQVE AD-
QVIRITVR.

§. 469.

*Acquiritur
nobis per
res nostras.*

Acquiritur nobis non solum per nos ipsos, sed et per res nostras. (§. 354.)

§. 470.

*Ergo et per
seruos.*

Quum ergo et filii familias (§. 135. sequ.) et serui Romanorum, (§. 77.) tamquam res mancipi, essent in dominio Quiritario parentum et dominorum: consequens erat, 1) ut quidquid acquirerent serui, eius proprietatem acquirerent dominis, etiam ignorantibus et inuitis*: §. 3. *Inst. b. r. possessionem,* extra peculium, scientibus et volentibus: *l. 34. §. vi. l. 44. §. 1. D. de adquir. poss. hereditatem tantum iubentibus: §. 3. Inst. b. r. et quidem, si domini essent plures, singulis pro rata domini, nisi vni speciatim stipulatus esset seruus. **.*

* Quamuis enim et seruis concederetur peculium: id tamen profectitium erat indistincte, quia dominus omnia eripere potuisset. Itaque hoc peculium semper erat in dominio heri, qui vel liberio rem, vel adstrictiorem eius administrationem seruo permittebat pro lubitu. *l. 7. §. 1. D. de pecul. l. 20. D. de iureiur. Terent. Phorm. act. 1. sc. l. v. 7. sequ.*

** Quid hodie obtineat in hominibus propriis, supra occupauimus. (§. 75.)

§. 471.

*An et per
seruos fru-
stuarios?*

Quamuis vero serui fructuarii non sint nostri, (§. 416.) nec ingenui bona fide possessi serui sint: (§. 91,

(§. 91, 4. 5.) tamen 2) et hi nobis adquirunt operis *ordinariis* suis, et e re nostra. Reliqua enim proprietario vel sibi adquirunt, nisi quaedam contemplatione fructuarii, aut bonae fide possessoris relicta censeantur.

§. 4. *Inst. b. t. l. 21. 22. 23. D. de usufr.*

§. 472.

Ex statu porro liberorum (§. 135.) fluit, 3) quid *Per filias* quid a filio filiae familiae adquiritur; id omne ad *familias*, quiri patri. Et eo iure indistincte utebantur veteres.

Sext. Empir. *Pyrrhon. Hypot. III, 34. Seneca de benef. VII, 4. Dionys. Halic. Antiquit. Rom. lib. VIII.*

§. 473.

Quemadmodum vero reliqua parentum iura sensim imminuta esse novimus: (§. 140.) ita idem *Qui ad-* circa ius acquirendi per liberos contingit, *quaeque re-* *stringitur* *pecuniis.* postea pecuniis. PECVLIVM vero est *pusilla pecunia,* quam filius/familias vel servus a rationibus paternis *vel* *dominiciis separatam habet, l. 5. §. 3. 4. D. de pecul.*

idque in MILITARE ET PAGANVM; illudque iterum in CASTRENSE ET QVASI CASTRENSE; hoc in PROPECTITIVM ET ADVENTITIVM diuiditur.

§. 474.

Peculium CASTRENSE, (cuius origo eadem *Peculium* *castrense.* videtur, ac testamenti militaris, *l. 1. pr. D. de testam. mil.*) complectitur *omnia, quae filius familiae occasione mili-* *tariae sagatae adquisiuit, l. 11. D. de castr. pecul.* eoque

pertinet, quod pater filio in militiam eunti donat, hereditas a commilitone relicta, etiam a fratre in iisdem castris militante, quidquid porro captum ab hostibus, vel ex pecunia castrensi emtum *. *l. 4. pr. D. l. 4. C. eod.*

* Peculium enim est universitas, *l. 20. §. 10. D. de her. petit.* In universitate vero res succedit in locum pretii.

§. 475.

QVASI CASTRENSE, prioris ad exemplum in *Quasi* *castrense.* *ventum **, quod filius/familias occasione militiae rogatae *castrense.* *adquirat, l. 14. C. de advoc. divers. iudicior. l. 6. D. de re iud. l. fin. C. de inoff. test.* Quo referuntur sum-

tus

7
 a patre in studia filii facti, acquisita ex aduocacione, vel aliarum artium liberalium exercitio, *d. l. ult. C. de inoff. test.* itemque donata a principe vel Augusta. *l. 7. C. de bon. quae lib.*

* Et quidem haud paullo ante Iustinianum, vti ex *l. 52. §. 8. D. pro soc.* colligit V. C. Ant. Schulting. *Jurispud. anteuft.* pag. 470. Vno merito refellit Franc. Balduinum, qui in *Iustiniano lib. III.* vbiicumque mentio sit huius peculii, Triboniani manum sibi deprehendere visus est.

§. 476.

*Profecti-
 ium.*

Peculium PROPECTITIVM est, quod e re patris proficiscitur, vel occasione et contemplatione patris filio obuenit. *§. 1. Inst. h. t.*

§. 477.

*Aduenti-
 ium.*

ADVENTITIUM denique est, quod ex alia causa, veluti liberalitate matris, aliorumue, vel proprio labore, vel prospera fortuna filio acquiritur. *§. 1. Inst. h. t.*

§. 478.

*Quid iuris
 filio in ca-
 strensi et
 quasi ca-
 strensi?*

Peculium castrense et quasi castrense pleno iure est filii, *pr. Inst. quib. non est permiff. fac. testam. l. 6. C. de bon. quae lib.* adeoque 1) in eo pro patre familias habetur *l. 2. D. de SC. Maced.* et 2) de eo inter vivos et mortis causa libere disponit, *l. 3. C. de cast. pecul.* immo id et ad heredes ab intestato transmittit *. *pr. Inst. quib. non est permiff. fac. testam.*

* Secus ac olim, quum pater bona filii mortui castrensia iure peculii occuparet. *l. 2. D. de cast. pecul.*

§. 479.

*Quid in
 profectio.*

7
 Profectitium pleno iure patris est *, *§. 1. Inst. h. t.* adeoque sola filio relinquatur administratio, qui tamen eo fruitur, idque retinet, 1) bonis paternis publicatis, *l. 3. §. 4. D. de minor.* et 2) post emancipationem, si pater non ademerit. *l. 31. §. 2. D. de donat.*

* Ratio huius iuris arcessenda ex unitate personae. Quum enim pater et filius una persona habeantur (*§. 13. 5.*) conseqens est, vt pater filio douare nequeat. (*§. 458.*) Ideoque, quidquid a patre in filium proficiscitur, patris manet. *§. 1. Inst. h. t.*

§. 480.

Peculii denique *aduentitii* proprietas ordinarie est *Quid in* penes filium, usufructus et administratio penes pa- *aduentitio* trem, quoad viuit. §. 1. *Inst. b. t. l. 6. l. ult. §. 5. C. ordinario?* *de bon. quae liber.*

§. 481.

Ordinarie, inquam. Nam nonnumquam pecu- *Quid in* lium *aduentitium* pleno iure fit filii, 1) si filius re- *extraordi-* nuente patre hereditatem adierit. *l. ult. §. 1. C. de nario,* *bon quae liber.* 2) Si filio ea conditione quid donatum relictamque sit, ne pater usufructum habeat. *Non. 117. cap. 1.* 3) Si filius vna cum patre succedat fratri germano. *Non. 118. cap. 2.* 4) Si pater in bonis filio restituendis dolose versatus sit. *l. 50. D. ad SC. Trebell.* Hinc id peculium *aduentitium* doctoribus IR- REGVLARE, EXTRAORDINARIUM, PLENUM; alterum de quo §. 480. REGVLARE, ORDINARIUM, MINVS PLENUM adpellatur.

*ciuitibus quos
extraord.*

§. 482.

Quia ergo tantum per filios familias et seruos *An et per* nostros nobis acquiritur: (§. 469. *sequ.*), de ceteris *extraneis* valet axioma: *alii per alium adquiri nequit.* Attamen *adquiramus?* ex mandato nostro per procuratorem nobis et domini- um et possessio adquiri potest. §. 5. *Inst. b. t.*

T I T. X.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

§. 483.

Reliquis modis acquirendi singularibus per legata *Connexio.* et fideicommissa (§. 437.) ad finem libri huius secundi reiectis, imperator transit ad ciuiles vniuersales, (§. 436.) quorum primus est HEREDITAS.

§. 484.

Hereditatum duplex conditio est. Nam ex iure *Hereditas* ciuili Romano vel EX TESTAMENTO, vel AB IN- *quoduplex?* TESTATO ad nos pertinent, §. 6. *Inst. per quas pers.* *cuique*

cuique adquir. quarum illa hanc excludit, l. 39. D. de adquir. her.

§. 485.

*Testamen-
tum mutat
succes-
sionem legiti-
mam.*

Quum vero præcipua sit successio testamentaria, et quamdiu successor ex testamento speratur, ab intestato heredibus locus non detur: (§ 484.) merito eius rei causa ab origine arcessenda est, maxime quum alioquin expediti iuris sit, ius publicum privatorum voluntate mutari non posse. *l. 38. D. de pact. l. ult. D. de suis et legit. hered.*

§. 486.

*Cur testa-
menta olim
facta in co-
mitiis?*

Successio omnis iure Romano erat legitima: et hinc non nisi noua lege mutari poterat. Nihil enim tam naturale est, quam eo genere quiduis dissolui, quo erat colligatum. *l. 35. D. de reg. iur.* Itaque et *leges de successione intestatorum noua lege tollebantur*, dum in *comitiis calatis* rogabatur populus, velintne iubeatne, vt Lucius Titius Lucio Valerio tam iure legeque heres sit, quam si filius eius proximusue heres esset? *Arg. Gell. Noct. Att. lib. XV. cap. 27.* Et haec sunt **TESTAMENTA IN COMITIIS CALATIS FACTA**, de quibus §. 1. *Inst. h. t.* Vnde et postea semper mansit principium, testamenti factionem esse iuris publici. *l. 3. D. qui test. fac. poss.*

§. 487.

*Cur postea
per aes et
libram?*

Postea legibus 12. tabularum cautum fuerat: **PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER FAMILIA PECVNIA TVTELAVE SVA REI, ITA IVS ESTO.** (§ 208.) Quum verò priuata voluntas leges de successione tollere non posset: fingebant iure-consulti, qui actiones legis componebant, (§ 68) hereditatem veluti inter viuos alienari. Illustr. *Bynkerkshoek. Obs. lib. II cap. 2.*

§. 488.

*Ritus hic
qualis?*

Quum itaque hereditas esset res Mancipi, (§ 330. *) res Mancipi vero Mancipatione transferrentur: (§ 336.) **testamenta condi iusserunt PER AES ET**

LIBRAM

LIBRAM. Constituebatur ergo familiae emtor, cui testator, praesentibus quinque testibus, civibus Romanis, antestato et libripende, familiam vel hereditatem venderet, Gell. lib. XV. cap. 26. addita nuncupatione sollemni: haec uti in his tabulis cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimonium praebitote. Vlpian. Pragm. tit. 20. §. 9.

§. 489.

Quemadmodum porro PRAETOR saepe ius civile sub aequitatis specie mutabat: (§. 65.) ita et secundum tabulas dabat bonorum possessionem, dum septem testes eas signassent *. §. 2. Inst. b. r. Testamentum praetorium.

* Quinque enim testes adhibebantur more in mancipationibus recepto (§. 488.) reliqui duo libripendam et antestatum repraesentabant. Antiquum esse hoc testamentum, et Ciceronis temporibus antierius, patet ex Cic. in Verr. I. cap. 45.

§. 490.

Vsu demum et constitutionibus principum inualluit noua testandi ratio, quae tamen fere veteribus nititur principiis, adeoque TESTAMENTUM ex ritu antiquo, edicto praetoris, et constitutionibus principum conflatum *, iam nihil aliud est, quam voluntatis nostrae iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. l. 1. D. qui testam. fac. poss. Ius circa testamentum nouissimum.

* Et quidem temporibus Theodosii iunioris. Vid. Iac. Gothofr. ad l. 1. C. Th. de test. et codic. tom. I. pag. 334. sequ.

§. 491.

Quum ergo testamentum sit voluntatis nostrae sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, (§. 490.) vel, ut imperator, Stoicam allusionem (§. 82. *) pro etymologia sequutus, ait, *testatio mentis: pr. Inst. b. r. sequitur, 1) ut quis vel scripto testari possit, vel per nuncupationem. Vnde distinctio testamenti in SCRIPTUM et NUNCUPATIVUM, 2) Ut de vniuersitate omnium bonorum testari, adeoque 3) nec pro parte testatus, pro parte intestatus, l. 7. D. de reg. iur. §. 5. Inst. de her. inst. nec 4) cum* Testamentum vel scriptum, vel nuncupativum.

duobus pluribusue testamentis decedere, *l. 19. C. de test. nil.* et hinc voluntatem suam semper mutare, et prius testamentum posteriore tollere possit. *l. 4. D. de adim. leg. 6)* Ut integritas mentis exigatur in eo, qui testamentum condit. *l. 2. D. l. 3. C. qui test. fac. poss.*

§. 492.

Debet fieri sollemniter. Quumque deinde fit *in iud.*, id est, sollemnibus voluntatis nostrae sententia: (§. 490.) consequens est, 7) ut sollemnitates omnes observari oporteat, nullaque sine periculo nullitatis possit praetermitti. *l. 17. l. 23. C. de fideicommiss.*

§. 493.

Sollemnitas interna. Sollemnitates vel *internae* sunt, vel *externae*. Interna est heredis idonei legitima institutio. §. 34. *Inst. de leg. l. 1. §. 3. D. de hered. instit.* Eaque fiebat verbis directis vel imperatiis*, veluti: *Tirius heres esto*; precativa enim vel obliqua plerisque improbata, *Fragm. tit. 21. §. 1.* Sed hodie quaecumque verba sufficiunt. *l. 15. C. de testam.*

* Quia enim testamenta vetustissimis temporibus erant leges in comitiis calatis latae: (§. 486.) hanc legum indolem testamenta etiam sequiore aëvo retinuerunt, nec nisi verbis imperatiis facta sunt. Cuiac. *Obs. lib. XI. cap. 35.* Hinc testamentum dicitur νόμος, *lex*: *Excerpt. de legation. pag. 62. testati νόμοθεν, legem ferre*: Chrysolom. *Serm. I. in Act. Apost. pag. 615. Nou. 22. cap. 2.* Quia *legare*, quo vocabulo decemviri vsi, ab Ulpian. *Fragm. tit. 24. §. 1.* exponitur, *legis modo, id est, imperatiue, testamento relinquere.*

§. 494.

Externas, veluti unitas contextus. Sollemnitates *externae* exiguntur plures, veluti I, ut testamenta fiant *uno contextu***, id est, actu testandi continuo et non interrupto, *l. 28. C. de test.* nec quoquam, quod ad testandi actum non pertinet, veluti contractu, intermixto. *l. 20. D. de verb. sign.*

* Quia

- * Quia enim testamenta olim condita in comitiis calatis: (§. 486.) in comitiis autem interruptis nihil actum credebatur: Cic. *ad Quint. frat. libro III. epist. 3.* idem mos etiam in testamentis videbatur obseruandus.

§. 495.

II. Ut septem adsint testes, (§. 489. *) specialiter *Septem testes.* rogati *, l. 21. §. penult. D. *qui test. fac. poss.* testamentum videntes, l. 9. C. de test. quibuscum est testamentifatio, §. 6. *Inst. de testam.* Vnde nec mulier, (l. 6. Gell. lib. V. cap. 19.) nec impubes, nec servus, (l. 20. §. 6. 7. D. *qui test. fac. poss.*) nec furiosus, nec mutus, nec surdus, nec coecus, nec prodigus, nec improbus, et intestabilis, id est, ob crimen famosum damnatus, l. 21. D. *de test. l. 18.* §. 1. D. *qui test. fac. poss.* testamento tamquam testes adesse possunt, d. §. 6. *Inst. b. 1.* Oportet etiam testes nec heredes, nec in potestate testatoris, nec in potestate heredis vel eidem coniunctos esse. §. 9. 10. *Inst. b. 1. l. 20. pr. et §. 1.* D. *qui test. fac. poss.* Ipsorum testium inter se coniunctio non nocet. §. 8. *Inst. b. 1. l. 17.* D. *de test.*

- * Quia et in comitiis calatis sollempnis praemittebatur rogatio: VELITIS IVBEATIS QVIRITES. (§. 486.)

** Caue hic intelligas vel testamenti factionem *actiuam*, vel *passiuam*, vel utramque simul. Non *actiuam*, quia filiusfamilias testis esse, nec tamen testari potest; non *passiuam* quia impubes heres institui, nec tamen testamento testis adesse potest; nec utramque, quia mulier et testamentum condit, et heres recte instituitur, nec tamen hic recte testimonium perhibet. Tu dic, cui non liceret interesse comitiis calatis, cum eo non fuisse testamenti factionem, nec eum testem esse potuisse in testamento. Vnde male Theophilus; *οἱ τινες ὑφ' ἡμῶν δύνανται κληρονόμοι γράφειν, καὶ γράψεν ἡμᾶς: qui et a nobis heredes institui, et nos instituere possunt.*

§. 496.

Hae sollempnitates testamento nuncupatio et *Subscriptio* scripto communes sunt. In scripto praeterea requiritur: III. ut testator vel ipse scribat tabulas, (quod *testatoris.*)

testamentum *holographum* vocatur), vel iisdem subscribat*, vel si scribere nesciat, octauum testem eum in finejn adhibeat, pro testatore subscripturum, *l. 28. §. 2. C. de testam.*

* Addiderat Iustinianus, vt et testator vel testes nomen heredis suz manu exprimerent. *§. 4. Inst. b. t. l. 29. C. de testam. sed eam sollempnitatem ipse postea fustulit. Nou. 119. cap. 9.*

§. 497.

*Subscriptio
testium.*

Denique IIII. requiritur, vt et testes subscribant, et tabulis signacula, (489.) siue suo, siue alieno annulo, alioque instrumento expressa* adponant. *§. 3. Inst. b. t. l. 22. §. 2. §. 7. l. 30. D. qui testam. fac. poss. l. 12. C. de testam.*

* Ita sane hodie. Signacula enim testium moribus hodiernis penitus vbique in desuetudinem abiisse, vti visum Gudselino, *de iure nouiss. lib. II. tit. 5. experientiae aduersatur. Perinde vero habetur in vniuersa Germania, siue quis annulo siue typario signet, modo χαρακτήρα expressum habeat: quamuis l. 22. §. 5. D. qui test. fac. poss. ex subtili iuris ratione annulum praecipue exigar, nec ea emendatione mutanda videatur.*

§. 498.

*An et alia
requiran-
sur?*

Parum vero interest, qua lingua, quibusue verbis quis testetur, *l. 21. §. vlt. l. 15. C. de testam. quae in materia, (cera, charta, an membrana), scribat: §. 12. Inst. de test. ord. l. 1. l. 4. D. de bon. poss. sec. tab. dummodo litteris, non notis, † testamentum perscribatur. l. 6. §. vlt. D. de bon. poss. nec charta deletitia, † vel ὀπισθόγραφος, † cui alioquin vltima voluntas inscribi potest, (l. 4. D. de bon. poss. sec. tab.) litteras confundat.*

* Charta *deletitia* est, e qua, quod antea inscriptum, deinde erasum est. Brisson, *de verb. signif. voce: deletitia.* Ὀπισθόγραφος charta, cuius iam litteris impletae tergo aliud quid inscribitur, Voss. *Etymol. b. v. Saaron. ad Sidon. lib. II. epist. 9.* non cuius vtraque pagina conscripta, vti Guido Pancirol. *Lect. var. lib. II. cap. 109.*

§. 499.

§. 499.

In *nuncupatio* testamento (§. 491.) requisita §. *Quid in te-*
 496. exposita exulant, sufficitque, si testator co-*stamento*
 ram septem testibus idoneis et rogatis, testatoremque *nuncupa-*
 videntibus et intelligentibus, ultimam voluntatem *tio?*
 viva voce eloquatur. §. 14. *Inst. h. t. l. 21. pr. §. pen-*
ult. D. qui test. fac. poss. l. 21. §. 2. l. 26. C. de test.
 Nec mutatur testamentum nuncupativum in scri-
 ptum, si vel maxime ea nuncupatio postea in scri-
 pturam memoriae causa redacta fuerit. *Sichard. in*
l. 21. §. 2. C. de testam. §. 2.

§. 500.

Testamenta sollemnia etiam num in Germania, *vsus bo-*
 immo et in Frisia nostra, conduntur. Sed rarius *diurni.*
 tamen ea sunt priuatum: saepius vel iudicibus cum sca-
 binis et scriba, vel tabellione cum testibus adhibito.
 Saepissime testamenta domi scripta offeruntur prin-
 cipi vel magistratui. *l. 19. C. de test.* Alicubi etiam
 valent testamenta secundum ius canonicum condita
 coram parocho et duobus testibus. *Cap. 10. X. de test.* Se-
 cundum consuetudinem ergo singulorum locorum
 rite facta testamenta, vbique valent, etiam vbi diuer-
 sae sollemnitates receptae sunt. *Sand. lib. III. tit. 1.*
def. 14. [Elem. iur. Germ. lib. II §. 174 seqq.]

T I T. XI.

DE MILITARI TESTAMENTO.

§. 501.

Supra obseruauimus, (§ 492, 6) nullam sollemni- *Testamenta*
 tatem in testamento posse praetermitti sine pericu- *minus*
 lo nullitatis. Sunt tamen quaedam testamenta, qui- *sollemnia*
 bus vel omnes, vel quaedam sollemnitates remissae, *vel priui-*
 legiata.
 quae ideo PRIVILEGIATA, vel MINVS SOL-
 LEMNIA, dicuntur.

§. 502.

Omnes sollemnitates internae externaequae *Quale est*
 remissae sunt 1) MILITIBVS ob iniuniers vi- *nilitum.*

tae periculum. *l. 1. l. 34. §. 2. l. 35. l. 40. D. h. t. l. 15. C. pr. Inst. h. t.* Quemadmodum enim olim, etiam ante 12. tabulas, milites IN PROCINCTU testari poterant, ita ut imminente acie sagis, vel potius cinctu Gabino, induti, et scutis inferentes manus, tribus aut quatuor audientibus, heredem suum nuncuparent: Plutarch. in *Coriolan. cap. 198. Seru. ad Virg. Aen. lib VII. v. 612. Vellei. Paterc. lib. II. cap. 5.* ita et postea liberam testamenti factionem militibus, non quidem in procinctu, sed tamen in periculo constitutis, reddidit * primum Julius Caesar, deinde Titus, postea Domitianus, hinc Nerua, ac postremo Traianus. *l. 1. pr. D. h. t.* Vnde testamentum militare ex constitutionibus principum derivat Vlpian. *Fragm. tit. 23. §. 2.*

* Testamentum enim in procinctu ab usu recesserat, teste Iustiniano §. 1. *Inst. de test. ord.* et quidem iam tempore Ciceronis, quia iam tum bella auspiciato geri desierant. *Cic. de nat. deor. lib. II. cap. 3.* Postea ea privilegia restitui militibus placuit, postquam et in bellis civilibus et ab Augusti temporibus mercenarium militem scribi placuit. Intererat enim principum, homines compluribus huius modi privilegiis ad militiam inuitari.

§. 503.

*Soluti sunt
militis sol-
lemnitati-
bus, inter-
na.*

Quum ergo omnibus sollempnitatibus, (§. 502.) adeoque et interna, (§. 493.) soluti sint milites: consequens est, 1) ut heredes instituere possint quoscumque, etiam quibuscum non est testamentifactio. *l. 13. §. 2. D. l. 5. C. h. t. 2)* Ut possint et liberos exheredare, vel tacite praeterire, §. 6. *Inst. de exhib. lib. l. 9. l. 10. C. h. t.* adeoque 3) nec agnatione suorum heredum eorum testamenta rumpantur, *l. 7. 8. D. h. t.* nec aduersus ea valent querela inofficiosi, *l. 29. §. ult. D. h. t.* 4) Ut possint pro parte testati, pro parte intestati, *l. 6. l. 15. §. 4. l. 37. D. h. t.* 5) et cum pluribus testamentis decedere, *l. 19. pr. D. h. t.* 6) et codicillis heredes instituere, *l. 36. pr. D. h. t.* 7) Ut quocumque modo substituere, *l. 5. l. 15. §. 5. l. 28. D. h. t.* immo et 8) plus, quam lex Falcidia

antiquo

dia patitur, legare queant. *l. 17. §. ult. D. l. 12. C. b. r.*

§. 504.

Quumque et externae sollemnitates remissae sint: *Itemque* (§. 502.) sequitur 1) vt, si testamentum militis sit *externis* scriptum, nulli testes requirantur, adeoque omnes sollemnitates, de quibus a §. 495. ad §. 497. actum, ab eo recte omittantur; *l. 15. C. b. r.* modo militem scripsisse, satis constet. *l. 40. pr. D. b. r.* 2) Vt, si nuncupatiuum testamentum condat, etiam duo testes sufficiant, *l. 12. C. de test.* etiam non rogati. *l. ult. §. ult. D. de codicill.* 3) Vt vnicum sit huius testamenti essentialia requisitum, puta, vt, constet, militem animo deliberato non fortuito sermone, heredem sibi nuncupasse. *§. 1. Inst. l. 24. D. b. r.*

§. 505.

Ita ergo iure testantur milites, non modo, qui *Quinam* intra numerum sunt, sed et reliqui in hostico depre- *hoc priuile-* hensi, iisdem expositi periculis: (§. 502.) *l. 44. D. gio gau-* *b. r.* etiam surdi et muti nondum missi, *l. 4. D. b. r.* *dcans?* vbi add. Vinn. ad §. 2. *Inst. b. r.* et de statu suo dubitantes. *l. 11. §. 1. D. b. r.*

§. 506.

Sed quum causa priuilegii sit periculum vitae im- *Quando?* minens: (§. 502.) sequitur, 1) vt ita iure testentur milites in expeditione tantum et castris degentes, *§. 3. Inst. l. 1. l. 15. l. penult. C. b. r.* adeoque in hibernis iidem iure communi obstringantur. 2) Vt et testamentum, ante militiam non iure factum, vel verbis vel factis confirmare possint. *l. 9. §. 1. l. 20. §. 1. l. 25. D. b. r.* 3) Vt missione impetrata, et depulso veluti periculo, testamentum iure militari factum expiret, quamuis veteranis, missionem honestam vel caussariam impetrantibus, id priuilegium concessum sit, vt eorum testamenta adhuc intra annum valeant, *§. 3. Inst. l. 26. pr. §. 1. D. b. r.* et con-

ditio, elapso illo anno existens, retrahatur. §. 3.
Inst. h. t. l. 26. D. de condit. inst.

§. 507.

*Filiuffa-
miliat ut
testetur de
peculio
castrensi?*

Quia etiam supra monuimus, de peculio ca-
 strensi vel quasi castrensi libere disponere filiumfami-
 lias: (§. 468, 2.) iam addendum, eum quidem idem
 de illis testandi ius habere, ac militem, sed ob peric-
 ulum haud imminens extra militiam non eodem
 modo testari, sed requisita iuris civilis merito obser-
 uare. §. 6. *Inst. h. t. l. ult. C. de inoff. testam.*

§. 508.

*Vfus bo-
diernus.*

Et hoc iure haecenus explicato utimur: praeter-
 quam, quod leges Germanicae, secus ac Romanae,
 (§. 506, 1.) inter militem in acie et in castris consti-
 tutum distinguunt, et illius testamentum quocum-
 que modo conditum; huius, si duo testes adhibiti
 fuerint, ratum esse iubent. *Constit. Maximil. ann.
 1512. tit. de testam. §. vnd. sollen.* Quam sententiam
 glossae ad §. 1. *Inst. h. t.* originem debere, iam ob-
 servauit Vigl. Zuichemus ad d. §. 1. pag. 83.

§. 509.

*Testamen-
tum paren-
tum inter
liberos.*

Quaedam sollemnitates externae etiam remissae
 sunt II. PARENTIBVS testantibus inter liberos*.
 Nam si in scriptura testantur, tabulasque vel ipsi
 scribunt, vel subscribunt iisdem, anno, mense, die,
 vnciisque, in quibus liberos instituunt, perspicue ex-
 pressis: testes non sunt necessarii, l. 21. §. 1. *C. de te-
 stam. Nou. 107. cap. 1.* Sin, per nuncupationem,
 duo testes sufficiunt. *Arg. l. 12. D. de test.*

* Eosque solos. Quod ad extraneam enim personam at-
 tinct, eius contemplatione testamentum non valet, nisi
 iustus adfuerit testium numerus, et reliquae adhibitae
 sint sollemnitates. Quamuis enim alia colligi posse vi-
 deantur ex *Authent. Quod sine C. de testam.* tamen,
 quia ab auctoritate sua, id est, *Nou. 107. cap. 1.* reced-
 dit, ei nihil tribuendum. (§. 16.) Stryk, *Caust. testam.*
 cap. 10. §. 24.

§. 510.

Quodammodo etiam sollemnitatibus soluti III. *Testamen-*
 TEMPORE PESTIS testantes, quibus sola unitas con- *tum tempo-*
 textus, id est simultanea testium praesentia, ob con- *re pestis*
 tagionis periculum remissa est. *l. 8. C. de testam. factum.*

§. 511.

Simile quodammodo privilegium tributum III. *Testamen-*
 RURI testantibus, quorum testamenta subsistunt, *tum ruri*
 quinque testium subscriptione vel signaculis munita, *factum.*
 (quamvis et alii pro aliis subscribere possint), si vel
 plures, vel litterarum periti, ut fit in agris, haberi
 nequeant: *l. ult. C. de test.* quod in dubio, donec
 probetur contrarium, praesumitur.

§. 512.

Eodem referunt V. testamenta PRINCIPI OBLA- *Alia testa-*
 TA, VI. ACTIS INSINUATA, quae nullas sollemni- *menta pri-*
 tates exigunt. *l. 19. C. de testam. (§. 500.)* VII. Te- *uilegiata.*
 stamentum POSTERIVS IMPERFECTVM; quo he-
 redes ab intestato prioris praeteriti ad successionem
 vocantur, in quo quinque testes sufficiunt. *l. 21. §.*
pennl. C. de testam. VIII. Testamenta, quibus PIAE
 CAUSSAE consulitur, quae omnibus sollemnitati-
 bus soluit pontifex. *cap. 11. X. de testam.*

T I T. XII.

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE
 TESTAMENTVM.

§. 513.

Testamenta condere possunt omnes, qui non pro- *Qui testari*
 hibentur. Qui vero prohibeantur, hoc titulo *possint?*
 traditur, nimirum omnes, qui non participes erant
 iuris comitorum. * (§. 486.)

* Vnde nec mulieres olim testamenta facere potuisse vi-
 dentur. Postea his data testamentifatio, modo tutore
 feret auctor.

§. 514.

*Non testan-
tur, qui non
sunt iures,*

*Non testan-
tur, qui non
sunt iures,*

Quum enim testamentifactio sit iuris publici Romani: (§. 486.) l. 3. *D. qui test. fac. poss.* con-
tens est, ut iure Romano testari non possint 1) ser-
vui, l. 19. *D. eod.* nec 2) qui apud hostes sunt, (§. 82.
sequ.) quorum testamenta, in captiuitate facta, ne
quidem si redierint, rata sunt *. l. 8. *pr. D. eod.* §.
ult. Inst. h. t. nec 3) peregrini, aut deportati (§. 232.)
l. 8. §. 1. *D. eod.*

* Capti enim ab hoste in iusta seruitute sunt, (§. 82.)
Contra testamentum recte condunt a latronibus capti.
(§. 91, 4.) l. 13. *pr. D. qui testam. fac. poss.* Quum
etiam ratio, cur testamentum in captiuitate factum non
uaieat, sit regula Catoniana, l. 1. *pr. D. de reg. Caton.*
l. *penult. D. de reg. iur.* facile patet, testamentum in
ciuitate ante captiuitatem factum iure postliminii
valere, si redierit; (§. 348.) ex lege Cornelia, si ibidem
decesserit. §. *ult. Inst. h. t.* l. 12. *D. qui testam. fac.*
poss. l. 16. l. 18. D. de captiu. et postlim.

§. 515.

*Nec filii
familias.*

Quia etiam testamentifactio concessa tantum pa-
tribus familias: (§. 487.) 4) nec filii familias testa-
mentum vel codicillos de legatis et fideicommissis,
(aliud enim de donatione mortis causa dicendum,
l. 25. §. 1. *D. de mort. caus. don.*) condunt, l. 6. l. 19.
D. qui test. fac. poss. ne quidem permittente patre,
pr. Inst. h. t. d. l. 6. pr. D. eod. nisi de bonis castren-
sibus et quasi castrensibus. (§. 478, 2.) Quod adeo
verum est, ut et testamentum patris familias per ar-
rogationem irritum fiat, nisi miles sit, §. 5. *Inst. de*
milit. test. et testamentum a filio familias factum ne
tunc quidem valeat, si sui iuris factus deceaserit. *pr.*
*Inst. h. t. l. 19. D. qui test. fac. poss. (§. 514. *)*

§. 516.

*Nec furiosi
et prodigi.*

Quia porro testamentum est iusta voluntatis sen-
tentia: (§. 490.) illud condere nequeunt 5) furiosi, et
mente capti, nisi dilucidum sit furoris vel demen-
tia interuallum, §. 1. *Inst. h. t.* 6) prodigi, tam-
quam ciuilliter furiosi, iisque simillimi, (§. 269.)

§. 2.

§. 2. *Inst. eod. l. 18. pr. D. qui testam. fac. poss.* nisi vel ante interdictionem testamentum fecerint, *d. §. 2. et l. 18. pr.* vel bene posteritati consulant, *Nou. Leon. 39.* quae non ubique recepta, 7) impuberes, *§. 1. Inst. h. t. l. 5. D. eod.*

§. 517.

Quum praeterea vitium corporis saepe cum *Nec surdi* animi debilitate coniunctum sit: non possunt te- *et muti.* stari 8) surdi et muti simul, nec quibus alteru- trum vitium haeret, nisi vel lingua, vel scriptura voluntatem exponere possint. *l. 10. C. qui testam. fac. poss. §. 3. Inst. h. t.*

§. 518.

Quod impedimentum quum non obstat coe- *An nec* cis: ii testari possunt, dummodo heredem nuncu- *coeci?* pent, et vel tabellionem, qui nuncupationem excipiat, praeter septem testes adhibeant, vel octa- uum testem, omnesque subscribant et signent *l. 8. C. eod.*

§. 519.

Denique in poenam quibusdam non permitti- *Quidam ob* tur facere testamentum, veluti 9) reis laesae ma- *poenam* iestatis; *l. 5. C. ad leg. Iul. maiest.* 10) apostatis *sunt inter-* et haereticis *improbis;* *l. 3. C. de apostat. l. 4. C. de haeret.* 11) incesto matrimonio pollutis, nisi legitimos instituant; *l. 6. et Auth. Incestas C. de incest. nupt.* 12) ob carmen famosum, *l. 18. §. 1. l. 26. D. qui test. fac. poss.* vel 13) capitis damna- tis * *l. 8. §. ult. l. 13. §. ult. D. eod. l. 6. §. 6. D. de iniust. rupt. irr. test.*

* Quamvis enim capitis damnati non amplius fiant serui poenae, (§. 83. *) bonorum tamen publicatio non sub- lata, nisi in fauorem propinquorum, *Nou. 134. cap. ult.* Itaque si propinqui exstant, nulla est capitis damnato testandi facultas: sin defunt, bona publicantur. Vnus tamen, maxime in Germania, haec principia deserit, et damnatis etiam testamenti faciliorem permittit.

T I T. XIII.

DE LIBERIS EXHEREDANDIS.

§. 520.

Exheredationis origo.

Hactenus de sollemnitatibus et requisitis testamentorum *externis*: sequitur *INTERNA* sollemnitas, (§. 493.) id est, heredis institutio. Heredes ante omnes merito instituuntur liberi. Et quidem patria potestas olim tam late patuit, ut pater liberos nepotesque vel testamento praeterire, vel sine iusta causa exheredes scribere posset. Liu. lib. I. cap. 34. Cic. de orat. lib. I. cap. 38. l. 11. D. de lib. et postum. Deinde, quum hoc iure abuterentur parentes, maligne circa sanguinem suum inferentes iudicium: l. 4. D. de inoffic. test. necessitatem leges imposuerunt parentibus, liberos vel instituendi vel exheredandi: ita tamen, ut magnum esset discrimen inter suos et *mancipatos*, inter *legitimos et illegitimos*, inter *naturales et adoptivos*, inter *filios et filias*, inter *liberos primi et ulteriorum graduum*, ac denique inter *natos et postumos*.

§. 521.

Circa filios

Sui, *naturales*, filii, *primi gradus* aut instituendi, aut nominatim exheredandi erant, alioquin testamentum ipso iure *NULLUM* erat. pr. Inst. de exhered. lib. I. 30. D. de lib. et postum.

*suos naturales.**Circa filias suas naturales.*

Suae, *naturales*, filiae, et liberi omnes *ulteriorum graduum*, exheredes scribi poterant inter ceteros, neque opus erat, ut nominatim exheredarentur. Praeteriti quoque testamentum non *infirmitabant*, sed *ACCRESCEBANT* suis institutis ad portionem virilem, extraneis ad partem dimidiam. Vlpian. *Fragm. tit. 22. §. 17. pr. Inst. h. t.*

§. 523.

Circa postumos.

Postumi, tamquam personae incertae, ne heredes quidem institui poterant: §. 25. *Inst. de legat.* tantum abest, ut nominatim exheredari debuerint. Sufficiebat ergo

C. 520. 521.

si pater suos naturales
exhereditavit
a nullum?

non nullum
infirmitabant

si postum

ergo, eos praeteritos esse. Postea tamen inualuit, ut hi vel instituerentur, vel exheredarentur: *l. 10. D. de lib. et postum. §. 1. Inst. h. t.* et masculi quidem primi gradus nominatim, feminae et nepotes inter ceteros, dum his pater aliquid legasset, ne praeteritae viderentur. *§. 1. Inst. h. t.* Alias testamentum, in quo praeteriti, agnascendo rumpebant. *§. 1. Inst. eod.*

* Idque intelligendum non modo de postumis *veris*, qui patre defuncto nascuntur, *l. 3. §. 1. D. de iniust. rupt. irr. test. verum etiam de quasi postumis*, quales sunt, 1) AQUILLIANI, id est nepotes, praemortuo filio, post mortem aui nati, instituendi vel exheredandi ex formula Aquillii Galli, *l. 29. D. de lib. et postum.* 2) VELLEIANI, id est nepotes, viuo testatore auo, praemortuo patre, nati, instituendi vel exheredandi ex legis Iuliae Velleiae capite I, *l. 29. §. II. 12. D. eod.* nec non nepotes, qui ante testamentum aui nati in locum patris mortui auo sui heredes agnascuntur, instituendi vel exheredandi ex legis Iuliae Velleiae cap. 2, *l. 29. §. 13. 14. D. eod.* 3) SALVIANI, id est nepotes, qui post testamentum aui nati, mox patre decedente in eius locum succedunt, instituendi vel exheredandi ex sententia Saluii Iuliani, *l. 29. §. 15. D. eod.* 4) CORNELIANI, qui ante captiuitatem patris concepti, eodem capto, in ciuitate nati sunt, *l. 15. D. de iniust. rupt. irr. test.*

§. 524.

Emancipatos nec institui, nec exheredari oportet *Circa* bat. *§. 3. Inst. de exh. lib.* Praetor tamen (§. 65.) emancipatos postea eis dedit bonorum possessionem contra tabulas, nisi vel instituti, vel masculi nominatim, feminae inter ceteros exheredati essent, *d. §. 3. Inst. h. t. l. 6. l. 7. D. de bon. poss. contra tab.*

§. 525.

Illegitimi iure praeteribantur a patre; adoptiui, *Quid circa* quamdiu in potestate patris adoptantis erant, eodem *illegitimos* gaudebant iure, ac sui naturales: (§. 521.) §. 4. *Inst. et adopti-* *uos?* *h. t. l. 1. D. de adopt. emancipatis* ne praetor quidem, nedum lex succurrebat: (§. 524.) *l. 4. D. si tab. test. null. exst.* minus plene adoptati sui manebant patris natu-

naturalis, et patri adoptivo non nisi ab intestato succedebant. (§. 186.)

§. 526.

*Ius novum
de exheredatione
liberorum.*

Sed IVRE NOVO omnes liberi cuiuscumque sexus, siue nati, siue postumi, vel instituendi, vel nominatim exheredandi sunt §. 5. *Inst. h. t. l. 4. C. de lib. praeter.* Praeteriti enim a patre vel auo paterno testamentum nullum reddunt; a matre vel auo materno idem possunt rescindere. *Nov. 115. cap. 3.* Emancipati contra illud petunt honorum possessionem. *l. 4. C. de lib. praeter.* Quod et de adrogatis et plene adoptatis intelligendum, non de adoptatis ab extraneo. (§. 186.) §. 5. *Inst. h. t. l. penult. C. de adopt.*

§. 527.

*De exheredatione
parentum,
fratrum, et
sororum.
Legitima
quid?*

Eodem modo et reliquae personae, quibus portio legitima debetur, vel instituendae, vel exheredandae. Siue enim praeteriti, siue exheredati iniuste, testamentum rescindunt ascendentes, aequae ac liberi. *l. 14. D. h. t. LEGITIMA* autem est portio hereditatis, ex praescripto legum * certis personis relinquenda: eaque debetur praeter I. liberos, II. parentibus, et III. fratribus, sororibusque germanis et consanguineis, eo casu, si turpis eis persona praeferatur, *l. 27. C. de inoff. test. Nov. 115. cap. 3. 4.* et iure vetere fuit quarta portionis ab intestato debitae: §. *ult. Inst. de querel. inoff.* postea pro numero personarum modo *tricus*, si quatuor vel pauciores; modo *semis*, si quinque vel plures essent. *Nov. 18. cap. 1.*

* Vel saltem earum ratione. Verosimillimum enim est, hanc portionem legitimam introductam esse interpretatione legis Falcidiae. *l. 8. §. 8. 9. D. de inoff. test. l. 21. C. fam. ercisc.*

§. 528.

*Exheredatio
quid, et
quomodo
feri debeat?*

EXHEREDATIO est ab legitima hereditate exclusio: eaque fieri debet I. nominatim, II. pure, non sub conditione, *l. 3. §. 1. D. de lib. et postum.* III. a tota hereditate, *l. 19. D. eod.* IIII. ab omnibus heredibus, et ab omni gradu, *l. 3. §. 2. 3. 6. D. eod.* V. ex iusta causa,

caussa, in testamento exprimenda *. *Nov. 115. cap. 3. pr.* ^{XX} *si quaestio est descendendum et ascendendum*

* Si liberi vel parentes exheredes scripti ex causa iniusta, et *Nov. 115.* non probata: testamentum sit nullum. Sin ex iusta quidem causa, et testamento expressa, sed non vera: liberi et parentes exheredati illud rescindunt querela inofficiosi. *Nov. 115. cap. 3. §. ult. c. 4. §. ult. Conf. Huber. Praeh. ad Inst. h. t. §. 13.*

§. 529.

Iustae causae, ob quas LIBERI exheredes scribi possunt, sunt quatuordecim, puta 1) si pater gravi iniuria ^{Iustae causae, ob quas liberi exheredes fiant.} accessit: 2) si manus ei illatae: 3) si infirmitate vitae structae: 4) si ex delatione filii damnum illarum: 5) si filius cum maleficis (*μετὰ Φαρμακῶν*) versatus, ceu maleficus: 6) si patrem testari prohibuerit: 7) si patrem furium neglexerit, 8) si captum ab hoste non redemerit: 9) si filius factus hereticus talis, qui quatuor priores synodos oecumenicas reiiciat: 10) si patrem accuset capitalis criminis, excepto crimine maiestatis: 11) si cum nouerca ~~vel patris concubina~~ sem habuerit: 12) si mimos inuito patre sequatur: 13) si patrem carceri inclusum fideiussione liberare nolit *: 14) si filia minorennis, quam pater, dote oblata, elocare voluit, corpore quaestum tunc. *Nov. 115. cap. 3.*

* Haec causa, aequae ac decima, ad solos filios pertinet, quia filiae tamquam mulieres, nec intercedere pro alio possunt, nec accusare. *l. 2. §. 1, 2. D. de SC. Vellei. l. 8. D. de accusat.*

§. 530.

Ita et PARENTES ex octo causis iuste exheredantur: 1) si capitis accusarint liberos: 2) si insidiati sunt vitae liberorum: 3) ob stuprum nurui ^{Iustae causae exheredationis parentum.} vel concubinae filii illatum: 4) si testari liberos prohibuerint: 5) si non redemerint captiuos: 6) si furiosos neglexerint: 7) ob haeresin: 8) si pater matri, vel haec patri venenum praebuerit. *Nov. 115. cap. 4.*

§. 533.

§. 531.

*Iustae au-
sae exhere-
dationis
fratrum et
sororum.*

FRATER SORORVE fratres sororesue etiam ger-
manos et consanguineos testamento praeterire potest,
nisi turpem instituat personam (§. 527.) Eo enim casu
illos aut institueret, aut exheredare tenetur. Et exhe-
redationis quidem tunc tres proditae sunt causae, si
frater vel soror aut, 1) vitae insidias, aut 2) crimi-
nis accusationem, aut 3) bonis iacturam inferre sit
ausus. *Nov. 22, cap. 47.*

§. 532.

*An et alias
admittan-
tur?*

Quamuis vero hae causae aliis *diuersi generis* aug-
ri nequeant; *Nov. 115, cap. 3.* non excluduntur tamen
similes, vel atrociore in eodem genere. Huber.
*Prael. Inst. b. r. §. 10. seqq. [Elem. iur. Germ. lib. II.
§. 202. seqq.]*

T I T. XIII.

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS.

§. 533.

Connexio.

HEREDIS institutio est sollemnitas interna testamen-
ti, sine qua illud subsistere nequit. (§. 493.)
Quumque liberis, parentibus, fratribus, sororibusue
non exstantibus; vel iuste exheredatis illis, aut prae-
teritis, vnusquisque possit heres scribi: hinc de ea
heredis institutione agitur hoc titulo.

§. 534.

Heres quid?

HERES est *successor in vniuersum ius, quod defun-
ctus habuit, l. 24. D. de verb. signif. l. 62. D. de reg. iur.*

§. 535.

*Axioma,
quis heres
esse possit?*

Ex quo sequitur, vt qui tempore testamenti facti,
mortis testatoris, et aditionis eius conditionis est,
(*l. 49. §. 1. D. b. r. §. 4. Inst. de hered. qual. et differ.*)
vt in vniuersum ius ciuis Romani succedere possit, is
et heres possit institui, adeoque cum eo sit testamen-
tifactio.

§. 536.

§. 536.

serui liberale scripti

Heredes ergo institui possunt 1) tam serui, quam *An et liberi, et serui quidem alieni ex persona dominorum, serui?* etiam sine libertate, quia hereditatem, adquirunt dominis iubentibus *: (§. 470, I.) proprii cum libertate, quam tamen datam esse, ex ipsa institutione praesumitur. *pr. Inst. b. r. l. penult. C. de seru. necess. her. inst.*

* Sed quid si seruus institutus hereditarius, nondum adita hereditate? Tunc hereditas iacens defuncti vicem sustinet. *l. 31. §. 1. l. 52. D. §. 2. Inst. b. r. (§. 329.)*

§. 537.

Institui possunt 2) ciues, non peregrini, *l. 6. §. 2. An et peregrini et* *D. b. r. Cic. pro Caccin. cap. 35. adeoque nec maximam mediamue passii capitis deminutionem, l. 1. C. captiui?* *b. r. quamuis et peregrinos hoc beneficio ornasse dicitur Fridericus imp. Auth. Omnes peregrini C. comm. success.* quae tamen de actiua tantum testamentifactione agere, et iuri albinagii opposita videtur.

§. 538.

Institui etiam possunt 3) personae incertae (quas *An personae incertae, pauperes, ecclesiae, ciuitates?* iam §. 523. obseruauimus,) modo euentu vel alia ratione certae fieri possint; §. 26. *Inst. de legat. adeoque et 4) pauperes, l. 24. C. de episc. et cleric. 5) ecclesiae, l. 1. C. de SS. eccles. 6) ciuitates, l. 26. D. ad SC. Trebell. l. 122. D. de legat. 1. 7) collegia corporaque licita, l. 12. C. b. r. l. 1. §. 15. D. ad SC. Treb.* Quae omnia contra rationes iuris antiqui sensim recepta *.

* Nimirum iure antiquo nec personae incertae, nec municipia, nec municipes, institui poterant, quia corpus videbatur incertum, vt nec cernere vniuersi, nec pro herede gerere possent. *Vlpian. Fragm. tit. 22 §. 4 sequi* Quae ratio et Diis heredibus institutis, et collegiis quadrabat. *Idera ibid. §. 6.* Postea SC. concessum, vt municipia a libertis institui possent, nec non vt fideicommissa caperent. *Vlpian. ibid. §. 5. l. 26. D. ad SC. Trebell.* Diis quoque quibusdam ridiculo SC. ius trium liberorum datum, vt heredes institui possent. *Dio Cass. lib. XV. prim.*

Vltian. *ibid.* §. 6. Denique et ciuitatibus et collegiis licitis ius capiendi hereditates datum, l. 12. C. de her. inst. et ipsis ecclesiis a Constantino M. Fulseb. *Hist. eccles. lib. X, cap. 5. l. 1. C. de SS. eccles. l. 4. C. Th. de epist. eocl. lib. XVI. tit. II.* vbi conf. Gothofr. *Comments. pag. 24. tom. VI.*

§. 539.

Incapaces simpliciter. In poenam tamen quibusdam ius hereditatem capiendi vel SIMPLICITER, vel SECUNDVM QVID denegatum. SIMPLICITER hereditatibus relictis excidunt 1) filii perduellium, l. 5. §. 1. C. ad leg. Iul. maiest. 2) apostatae, l. 3. C. de apost. 3) haeretici, l. 4. l. 5. C. de haeret. 4) Iudaeorum vniuersitas, l. 1. C. de Iud. 5) corpora illicita. l. 8. C. b. r.

§. 540.

SECUNDVM QVID nec heres scribi debet 1) princeps litis causa institutus, §. vlt. Inst. quib. mod. rest. infirm. 2) nec coniux, ad secunda vota transiens, plus relinquere potest secundae coniugi, quam vni ex liberis prioris matrimonii. l. 6. C. de sec. nupt. Praeterea 3) parentes et liberi incestuosi inter se nihil capiunt, l. 6 C. de incest. nupt. Auth. ex complexu C. eod. et 4) liberi naturales non nisi legitimis et parentibus deficientibus solidum ex testamento patris capiunt. l. 1. l. 2. C. de nat. lib. Nou. 82, cap. 12.

§. 541.

An hereditarius in vncias suas diuisus.

Hereditas vero, vt alia tota, a's vocatur iureconsultis, isque distribuitur in 12 VNCIAS*. Vn. de binae vnciae hereditatis, id est $\frac{1}{2}$ eiusdem, sextans; tres vnciae, quadrans; quatuor vnciae triens; quinque quincunx; sex sexmis; septem septunx; octo bes; nouem dodrans; decem decunx vel dextans; vndecim deunx, adpellantur. §. 5. Inst. b. r. Potest tamen testator vel naturalem diuisionem sequi, vel assem in quocumque vncias diuidere. l. 47. §. 1. l. 81. pr. D. de her. inst. §. 5. Inst. h. r.

* Immo

Incapaces secundum quid.

a subdito

in minimam relictum d.

* Immo et vncia in suas partes diuiditur. Dimidia enim vncia est *semuncia*, pars eiusdem quarta *scilicet*. l. 21. §. 2. D. de ann. leg. Glossa vetus: *Sicilicum ἐνυγκίας τέταρτον*, pars sexta *sextula*, vicesima quarta *scriptulum*, huiusque dimidia pars *simplium*, cet. Duplex as vocatur *dipondium*, triplex *tripondium*. Glossa vetus: *dupondium διπλοῦς χρυσίνος, διουμμον*. Vnde *dupondium* 24. vnciarum est, *tripondium* 36. vnciarum, Vid. Voluf. Maccian, et Balbi *libellos de asse*.

§. 542.

Quum vero nemo possit pro parte testatus, pro *Quomodo* parte intestatus decedere: (§. 491, 3.) consequens *diuidenda* est, vt ita diuidenda sit hereditas, ne quid ex to. *hereditas?* to asse superfit. 71

§. 543.

Ex quo sequitur, 1) vt, si vnus heres, sine co- *Casus variis* herede *, in semisse, vel in re certa institutus sit, *de asse hereditario*, is totum assem capiat. l. 1. §. 4. D. de hered. inst. *hereditario*.

2) Vt, si pluribus institutis coheredibus nullae partes adscriptae sint, hereditas inter eos aequis partibus diuidatur: §. 6. *Inst. b. t. l. 9. §. 12. D. de her. inst.* ita tamen, vt personae plures coniunctae pro vna habeantur. l. 11. l. 13. *pr. D. b. t.* 3) Vt, si in asse aliquid superfit, id singulis pro rata adcrefcatur: 4) sique plures vnciae factae, istae, quae assem excedunt, singulis pro rata decrefcant. §. 7. *Inst. b. t.* 5) Vt, si partes in quorundam personis expressae, in aliorum non expressae, hi, qui sine parte scripti sunt, vacantem portionem capiant, vel, si nihil superfit, ex asse fiat *dupondium*, vel, si et *dupondium* exhaustum, *tripondium*, (§. 541, *) nisi testator addiderit: *ex reliqua parte Titius heres esto*. Eo enim casu, exhausto asse, Titius nihil capit. l. 17. §. 3. D. §. 6. 8. *Inst. b. t. l. 18. D. b. t.*

② § 724.

* Nam si coheredem habet, is qui in re certa institutus est, legatarii loco habetur: l. 13. *C. b. t.* si plures in re certa instituti, singuli capiunt aequales portiones, licet eis testator res inaequalis pretii assignauerit, l. 9. §. 13. *D. b. t.*

§. 544.

*Heredis
institutio
quotuplex?*

Ex eodem principio fluit, 6) posse quidem heredem institui vel *PURE*, vel sub *CONDITIONE*: ast non in diem, vel *ex die*. Vnde dies adpositus pro non scripto habetur, nisi incertum, an existiturus sit, quia tunc dies loco conditionis est *. §. 9. *Inst. b. t. l. 75. D. de condit. et demonstr.*

* Si incertum sit, an sit existiturus. Sin, cum existiturum, certum est, incertum, quando: non nisi eo casu pro conditione est, si adscriptus sit extraneo, non si ipsi heredi. *l. 9. C. de her. inst. l. 1. §. 2. l. 79. pr. §. 1. D. de condit. et demonstr.*

§. 545.

*Quid con-
ditio, et
quotuplex?*

CONDITIO est *περίσσωσις*, a qua actus suspenditur, tamquam ab incerto euentu *: eamque doctores, licet parum accurate, in *POSSIBILEM* et *IMPOSSIBILEM* **, et illam iterum in *POTESTATIVAM*, *CASVALEM*, et *MIXTAM* diuidunt.

* Ergo conditio in praeteritum vel praesens collata proprie non est conditio. *l. 10. §. 1. D. de condit. inst. l. 120. D. §. 4. Inst. de verb. oblig.* Vnde nec hereditatem suspendit, sed vel infirmat, vel statim desert, prout conditio vel existisse intelligitur, vel non intelligitur.

** Impossibili enim conditioni vix applicari potest definitio conditionis, quia semper certum est, eam non existuram. Vnde Voet. in *Elem. b. t. §. 8.* vocabulum conditionis hic paullo latius accipi obseruat.

§. 546.

*Conditio
potestatiua,
casualis, et
mixta.*

POTESTATIVAM vocant, quae est in heredis potestate, v. c. *si Romam ibit, vel non ibit* *: *CASVALEM*, quae a fato pendet, cuius lege immobilis rerum humanarum ordo feritur, v. c. *si consul eligeretur*: *MIXTAM*, quae partim ab arbitrio heredis, partim a fato pendet, veluti, *si Maevio consule Romam iuerit*. *l. 13. D. de acquir. her. l. vii. §. 7. C. de cad. toll.*

* Ea ergo in affirmatiuam et negatiuam diuiditur. Ast haec hereditatem non suspendit, sed statim illam adire potest heres, modo caueat, se contra conditionem non facturum. Quae est cautio Mutiana, de qua *l. 7. pr. D. de condit. et demonstr.* (Vid. infra §. 637. *)

§. 547.

§. 547.

IMPOSSIBILIS est conditio vel NATVRA, v. c. *Conditio si flumen ebiberit*; vel LEGE, quae id fieri non pati-^{impossibi-} tur, v. c. *si Maenium occiderit*; vel BONIS MORIBVS,^{bilis.} quibus conditio repugnat, v. c. *si nudus in foro saltarit*; vel PERPLEXITATE VERBORVM, si verba inter se pugnant, vt conditio exitum inuenire nequeat, e. c. *Si Seius heres erit, Titius heres esto: sin Titius, Seius heres esto.*

§. 548.

De illis obseruandae regulae: I. *Conditio heredi suo adscribi nequit, nisi potestatiua.* *Regulae de* *inst. l. 4. pr. l. 5. l. 6. l. 86. D. h. r.* II. *Conditiones* *possibiles* qualescumque extraneo adscriptae implendae sunt, et quidem omnes, si copulatiue; alterutra, si disiunctiue adscriptae sint, alias heredis institutio et legatum euanescit. *l. 5. D. de constit. inst.* III. Si simul in arbitrium alterius collata conditio, et per heredem non steterit, quo minus impleatur, ea pro impleta habetur. *l. 3. l. 23. D. eod. l. 5. §. 5. D. quando dies leg. ced. l. 161. D. de reg. iur.*

§. 549.

De his similiter obseruandae regulae: III. *Conditio impossibilis, siue natura, siue lege et moribus talis, pro non scripta habetur.* *De impossibilibus.* *l. 1. l. 20. pr. D. de cond. inst. l. 45. D. h. r.* V. *Conditio perplexa institutionem reddit inutilem, l. 16. D. de cond. inst. l. 188. D. de reg. iur. non praepostera. l. 25. C. de testam. (§. 869.)* VI. *Heres, ante conditionem existentem defunctus, hereditatem ad heredes non transfinit:* quod et de legatario obseruandum. *l. 4. pr. D. quando dies leg. ced. l. vi. §. 7. C. de caduc. toll.* Aliud de contractibus infra obseruabimus. (§. 823, 4.)

* Aliud in contractibus, quos conditio impossibilis qualiscumque vitiat. §. 10. *Inst. de inut. stipul. l. 31. D. de oblig. et act.* Ratio discriminis non obscura est. Contractentes enim, dum in conditionem impossibilem consentiunt, aut iocari videntur, aut insanire. Heres autem

in conditionem huius modi non consensit: et tamen testator, dum testamentum condidit, voluisse censetur, ut voluntas exitum haberet.

T I T. XV.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

§. 550.

*Origo et
causae sub-
stitutio-
num.*

Quum heres succederet in omne ius defuncti, (§. 534.) adeoque et omne aes alienum soluere teneretur: 1) facile contingebat, ut institutus heres adire nollet. Nec minus saepe eueniebat, ut heres vel ante testatorem mortuus, vel capitis diminutionem passus, adire non posset, et sic quoque testamentum fieret destitutum. (§. 577.) Denique 2) saepe parentes, qui liberos impuberes vel dementes instituerant, verebantur, ne hi, intra pubertatem properante fato extincti, vel furore non remittente, intestati decederent. Eum ergo in finem repertae sunt SVBSTITVTIONES, ne vel destitueretur testamentum, vel impubes demensue filius intestatus decederet.

§. 551.

eventualit

*Substitutio
quid?*

SVBSTITVTIO vero est *institutio heredis secundi, (tertii, quarti, cet.) in locum deficientis primi. l. 1. pr. l. 36. pr. l. 43. §. 2. D. de vulg. et pupill. substit.*

§. 552.

*Substitutio
directa et
fideicom-
missaria.*

Quum ergo verba directa et imperatiua ad hereditatem, precatiua ad fideicommissa pertineant: (§. 493.) sequitur, ut si quis substituerit verbis directis, substitutio DIRECTA sit; sin obliquis, FIDEICOMMISSARIA *. *l. 7. l. 15. D. l. 5. l. 7. C. h. t. l. 64. l. 77. D. ad SC. Trebell.* Iam de directa loquimur.

* Vnde facile patet, quid inter utramque intersit. Directe enim substituitur in eum casum, si institutus heres non fuerit, vel si intra pubertatem deceaserit. Fideicommissaria vero ponit, institutum heredem factum, eidemque iniungit, ut hereditatem restituat, Vnde hic detra-

detractioni quartae Trebellianicae locus est. Saepe tamen verborum compendio utraque substitutio coniungitur. Exemplum elegans tractat Zach. Huber. *Obs. rer. iud. obs.* 82.

§. 553.

Ea, quum ob duplicem causam fiat, (§. 550.) *Vulgaris et duplex est, vel VVLGARIS, vel PVPILLARIS, qua-* *pupillaris.* ruin altera alteri tacite inesse censetur. *l. 4. pr. D. l. 4. C. de vulg. et pupill. subst.* Vnde utraque a doctoribus in EXPRESSAM et TACITAM diuidi solet. Reliquae enim species, quas addunt doctores, commode ad binas istas reducuntur. De vulgari hoc; de pupillari sequente titulo agendum.

§. 554.

VVLGARIS est, *quando quilibet testator heredi Quid vul-* *substituit in casum, si institutus heres non fuerit.* *pr. garis?* *Inst. b. 1.*

§. 555.

Quumque id duobus casibus contingere possit, *In quem* si institutus vel NOLIT, vel NON POSSIT *heres casum vul-* esse: (§. 550, 1.) sequitur, 1) ut ad utrumque *gariter sub-* *stitutatur?* casum pertineant verba: *si heres non erit.* 2) Ut si alteruter tantum casus expressus sit, alter non expressus expresso contineatur. *l. 3. C. de her. inst. l. 4. pr. D. l. 4. C. b. 1.*

§. 556.

Quia ergo substitutio est institutio heredis *Quomodo* *fiat?* *secun-* di: (§. 551.) sequitur, 1) ut iidem substitui possint, *qui institui.* (§. 536. *sequ.*) 2) Ut et plures in locum vnus, et vnus in locum plurium, et singuli in locum singulorum recte substituuntur. §. 1. *Inst. l. 36. §. 1. D. b. 1.* 3) Ut et coheredes sibi inuicem substitui queant, quam substitutionem vocamus RECIPROCAM vel MUTVAM *. *l. 4. §. 1. D. b. 1. l. 64. D. de legat. 2.*

* Doctores barbare *breuiloquam* adpellant, et inde fingunt tertiam speciem substitutionis, sed reuera ea *vulgaris*, et plerumque hodie frustranea est, quia coheredes inter se gaudent iure accrescendi, etiam si sibi inuicem non sint substituti.

§. 557.

Quo effe-
ctu?

Et quoniam secundus heres substituitur in locum deficientis primi: (§. 550.) 4) substitutus in dubio ad eandem partem vocatus esse intelligitur, quam accepisset institutus. §. 2. *Inst. l. 24. D. b. t.* 5) Substituto ante institutum mortuo, *l. vii. §. 5. D. de caduc. toll.* vel instituto hereditatem semel adeunte *, substitutio expirat, quamvis, qui hereditatem adiit, minor restitutus sit contra aditionem *l. 3. §. 4. l. 7. §. 10. de min. l. 5. C. b. t.*

* Excipitur casus in §. *ult. Inst. b. t. l. 40. l. 41. D. de hered. inst.* Nam si servus alienus, quem testator paterfamilias esse arbitrabatur, heres scriptus, eique vulgariter substitutus est Maevius: seruo iussu domini hereditatem adeunte, Maevius nihilominus in partem admittitur. Sed in quantam? In *d. §. ult. et l. 41. de dimidia* videtur sermo esse. In *l. 40. contra* legiur: *igitur in hoc casu semisses fient, ita ut alter semis inter eum, qui dominus instituti heredis fuerit, et substitutum dividatur.* Vnde Cuiacius acute pro alter semis, legit AS, quasi scribæ inde sibi notas vel litteras singulares finxerint, easque interpretati sint *alter s. mis.* Sed salua res videtur. *Lex enim 40. manifeste* duas species tractat. Prior hæc est: paterfamilias instituerat Titium, servum, quem ingenuum putabat, eique substituebat Sempronium. Titio iussu domini adeunte hereditatem, quaerebatur, an Sempronius in partem admittendus sit? Respondet Iulianus *d. l. 40. potest dici, Sempronium in partem hereditatis (scilicet dimidiam) admitti.* Altera species hæc est: paterfamilias instituerat Titium, tum ingenuum, sed postea deductum in servitutem, eique substituerat Sempronium. Titio iussu domini adeunte hereditatem, quaerebatur, an et in quam partem admittendus esset Sempronius? Respondet Iulianus: *quæ adiectio ad eos pertinet, qui paterfamilias heredes scripti, postea in servitutem deduci fuerint. Igitur in hoc casu semisses fient, ita ut alter semis inter eum, qui dominus instituti heredis fuerit, et substitutum æquis portionibus dividatur, alter vero penes dominum maneat: cuius hoc casu vel ideo melior erat conditio, quod testator non, uti in priore, circa statum heredis instituti errauerat. Ita nec opus emendatione, nec causa est, cur Iuliano ἀκυρολογία tribuatur. Simile quid in mentem venisse video Marco*
Lvkla-

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE. 183

Iyklamae, *Membran. lib. V. eclog. 15. p. 187.* et Oſw. Hillig. *Donell. enucl. lib. VI. cap. 24. litt. L. pag. 422. Sequ.*

§. 558.

Quia denique substitutiones inuentae, ne testa-^{Substitutus}menta deſtituantur: (§. 550.) porro inde inferebant^{ſubſtituto.} iureconſulti, 6) ſubſtitutum ſubſtituto, ſubſtitutum etiam inſtituto videri. §. 3. *Inſt. h. t.*

T I T. XVI.

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

§. 559.

Hactenus de ſubſtitutione *vulgari*: ſequitur p v. *Subſtitutio* PILLARIS: cuius quum is finis ſit, vt ne li-^{pupillaribus.}beri impuberes inteſtati moriantur: (§. 550.) facile intelligetur eius definitio, quod ſit *ſubſtitutio facta liberis impuberibus, in poteſtate teſtatoris conſtitutis, et in alterius poteſtatem, eo mortuo, non recaſuris, in eum caſum, ſi intra pubertatem deceſſerint.* pr. *Inſt. h. t. l. 8. C. de impub. et al. ſubſtit.*

§. 560.

Ex ea definitione fluunt axiomata: I. Funda-^{Axiomata}mentum ſubſtitutionis pupillaris eſt patria poteſtas. ^{de hac ſub-}*ſtitutione.* (§. 139, 10.) II. Eius cauſſa eſt aetas immatura, intra quam teſtamentum condi nequit. (§. 516, 7.) III. Subſtitutio pupillaris non quidem ratione ſolemnitatum extarnarum, ſed tamen ratione inſtitutionis, duplex teſtamentum complectitur. §. 2. *Inſt. h. t. l. 2. §. 4. l. 16. §. 1. l. 20. §. 1. D. de vulg. et pupill. ſubſt.*

§. 561.

Quum ergo fundamentum ſubſtitutionis huius ^{A quibus et}ſit patria poteſtas: (§. 560, I.) ſequitur, 1) vt pater ^{quibus ſub-}duo ^{ſtituatur?}taxat hoc modo ſubſtituat, quum mater tantum vulgariter ſubſtituere poſſit, quippe cuius in poteſtate liberi non ſunt conſtituti. (§. 136.) pr. *Inſt. l. 33. D. h. t.* 2) Vt pater ſubſtituat tantum ſuis, et po-

frumis non emancipatis, (§. 190.) nec 3) nepotibus in patriam potestatem recasuris, nisi ex formula legis Iunia Velleiae. *l. 2. pr. D. h. r.* Vt 4) substituere possit etiam exheredatis, (§. 192, 3.) *l. 1. §. 2. l. 10. §. 5. D. h. r.* tamen si ab eisdem vel eorum substitutis legata relinqui non possint * *l. 41. §. 3. D. h. r. l. 41. §. 3. D. de test. mil.* 5) Vt evanescat substitutio, si filius a testatore ante mortem emancipatus, vel post eius mortem arrogatus sit, quod tamen sine accurata causae cognitione haud permittendum. (§. 181.) *l. 17. §. 1. D. de adoptr.*

* Generalis enim ea regula est: *neminem esse magis honorandum, quam sit honoratus. l. 9. C. de fideic. l. 114. §. 3. l. 122. §. ult. D. de legat. 3. §. 1. Inst. de sing. reb. per. fideic. relic.*

§. 562.

*Quamdiu
aures substitutio.*

Quumque deinde huius substitutionis causa sit aetas immatura, intra quam liberi testamentum condere nequeunt: (§. 559.) consequens est, 6) ut filio substitui non possit, nisi ad annos pubertatis, *l. 14. D. h. r.* quamvis ad brevius tempus id fieri queat. *l. 21. D. h. r.* 7) Vt, si ad pubertatem pervenerit pupillus, substitutio evanescat, *l. 14. D. eod.* nec non, si tempus, ad quod substitutum, elapsum. *l. 21. D. eod.*

§. 563.

*Quomodo
fiat, et quo
efficitur?*

Denique quum substitutio pupillaris duplex testamentum complectatur: (§. 559.) recte inde inferitur, 8) patrem non substituere posse filio, nisi sibi prius testamentum faciat, et primo sibi, deinde filio heredem scribat. *l. 2. §. 4. §. ult. D. h. r. §. 2. Inst. h. r.* 9) Casu existente substitutum non modo bona a patre profecta, sed et reliqua omnia adventitia (§. 491, 3.) accipere, adeoque omnes alios, ipsamque matrem, excludere, *l. 8. §. 5. D. de inoff. testam.* quippe quae ne legitimam quidem petere potest *. *l. 8. §. 15. D. eod.* 10) Unde et infirmato patris testamento **, substitutio, quae eius sequela est, corrumpitur, §. 5. *Inst. l. 2. pr. D. h. r.*

* Acqui

* Aequitas tamen, et argumentum ex l. 30. et l. 32. D. de inoff. test. ductum, suadere videntur, vt patri salua esse iudicetur legitima ex bonis filii aduentitii. Vid. Westenberg. Prin. iur. sec. ord. Dig. h. t. §. 40. et Dissert. II. de port. legit. cap. 3. §. 6.

** Praeterquam si paternum testamentum rescindatur quae rela inofficiosi. Nam tunc capita omnia, praeter heredis institutionem, salua manent. Nou. 115. cap. 3. §. ult.

§. 564.

Ad exemplum pupillaris substitutionis et alia in- *Substitutio*
 uecta lege 9. C. de impub. et al. subst. quam EXEMPLA- *exemplaris.*
 REM, QVASI PVPILLAREM, itemque IVSTINIA-
 NEAM vocant. Quum enim nec furiosi, nec mente
 capti vel sensibus orbi, testari possint, (§. 516, 5.)
 eosque parentes intestatos mori nolent: (§. 550.)
 IVSTINIANVS concessit parentibus, tamquam qui
 naturali *σοφυν* induci optime de sanguine suo iudicare
 sententur, vt eius modi liberis substituere possint
 in eum casum, si in eo statu decesserint. §. 1.
Inst. h. t. *pietate.*

§. 565.

Ergo huius substitutionis fundamentum non est *Eius fun-*
 patria potestas, (§. 560, 1.) sed *σοφυν*. Ex eoque *damentum.*
 sequitur, 1) vt ita recte substituunt parentes vtriusque
 sexus, 2) Vt substituunt liberis dementibus, in-
 stitutis saltem in legitima, non exheredatis. §. 1. *Inst.*
d. t. d. l. 9. C. de impub. et al. subst. 3) Vt bene con-
 sulere teneantur posteritati suae, adeoque primo
 substituunt furiosi vel mente capti liberos, deinde,
 his non exstantibus, eiusdem fratres et sorores, et
 his denique deficientibus, quem lubet. *d. l. 9.*

§. 566.

Quumque ob eam causam inuenta sit haec sub- *Quomodo*
 stitutio, quod huius modi liberi testari ipsi nequeunt: *fiat?*
 (§. 564.) inde inferendum, 1) quod substitui possit
 non solum furiosis et mente captis, verum etiam
 2) prodigis, 3) surdis et mutis, (§. 516.) etiam pu-
 beribus: et 4) quod ea substitutio evanescat, post-
 quam

quam furiosus respuit, vel prodigo bonorum reddita administratio, vel surdus et mutus sensibus vti coepit. *d. l. 9.*

§. 567.

*Substitutio
militaris.*

Ad di solet **SUBSTITVTIO MILITARIS**. Quum enim miles omnibus legibus circa testamentifactionem solutus sit: (§. 502.) nec eum obstringunt regulae de substitutione. Vnde et **PRIVILEGIATA** vocatur haec substitutio. Ex quo consequitur 1) vt miles et liberis vltra pubertatem, et 2) extraneis in casum, quo heredes futuri sint, et 3) quandocumque, vel si intra certum tempus decesserint, substituere possit in iis bonis, quae ab eo ad heredem profecta sunt. *l. 15. D. de vulg. et pupill. subst. l. 6. C. de testam. mil. l. 8. impub. et al. subst.*

T I T. XVII.

QVIEVS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTVR.

§. 568.

*Moti, qui-
bus testa-
mentum in-
firmatur.*

Testamenta infirmantur variis modis, quos iure-consulti, verborum curiosissimi, totidem vocabulis distinguere solent. Aliud enim testamentum I. **NULLVM** est, aliud II. **INIIVSTVM**, aliud III. **RVPTVM**, aliud IIII. **IRRITVM**, aliud V. **DESTIVTVM**, aliud VI. **RESCISSVM** vocatur.

§. 569.

*Testamen-
tum nul-
lum.*

I. **NULLVM** est, quod ab initio non subsistit vel 1) ob defectum sollemnitatis internae, (§. 492, *sequ.*) id est, heredis institutionis, v. c. si liberi sui nati praeteriti*, (§. 526.) *l. D. de iniust. rupt irr. fact. test.* vel 2) ob inhabilitatem testatoris. (§. 514. *sequ.*) *l. 1. D. h. t.*

* Nam emancipati et postumi praeteriti testamentum patris non nullum reddunt, siquidem id iure factum initio, *l. 3. §. 4. D. rod.* sed illi bonorum possessionem petunt,

petunt, hi agnatione rumpunt. Idem dicendum de praeteritis a matre vel auo paterno, qui nec ipsi testamentum querela nullitatis, sed querela inofficiosi impugnant. Vid. Huber. *Praelect. ad Inst. lib. II. tit. 13. §. 2. sequ.*

§. 570.

II. INIVSTVM dicitur, quod itidem ab initio non iniustum. *subsistit, quia non rite et iure factum, atque omissae in eo sunt sollempnitates externae.* (§. 494. sequ.) l. 1. D. de iniust. rupt. irr. test.

§. 571.

Et eius modi testamenta nulla et iniusta tota cor-Nulla et in-ruere, et ne legata quidem aljaque capita subsistere, iusta plano fatis adparet ex eo, quod *Nov. 115. cap 3. non de* querela nullitatis, sed inofficiosi agat. Huber. *Praelect. ad Inst. lib. II. tit. 13. §. 2.* Iniusta tamen aliquando sustinentur per clausulam codicillarem, de qua paullo post. (§. 685. sequ.)

§. 572.

III. RUMPITVR testamentum, quum in eodem Testam-*tum ruptum* statu manente testatore ipsius testamenti ius viriatur. §. 1. *per agnationem postu-* *nem postu-* *mi.* *Inst. b. t. 1.* Idque fit, I) per agnationem postumi, vel naturalem, si heres suus post testamentifactionem nascitur, vel civilem, si testator vel arrogat, vel descendentem adoptat, vel naturalem legitimat, vel nepos succedit in locum sui heredis. §. 1. 2. *Inst. de exher. lib. §. 1. Inst. b. t. §. 2. Inst. de hered. quae ab intest. def.*

§. 573.

Idem fit 2) mutata testatoris voluntate, siue ipse *Per testa-* *mentum* *posterius.* nouum testamentum iure perfecto condat*: (§. 491, 5.) §. 2. *Inst. b. t. l. 1. l. 2. D. de iniust. rupt. irr. test.* (licet ex posteriore heres non extiterit, d. §. 2. *Inst. b. t.* vel priori adiecta sit clausula derogatoria **, l. 6. §. 2. *D. de codicill.*) siue prius testamentum coram tribus minimum testibus reuocarit, accesseritque lapsus decennii, l. 27. *C. de testam.* siue prius aboleuerit, deleuerit, induxerit, superscripserit. l. 1. *D. de his, quae in test. del.*

* Ali-

* Aliquando tamen prius testamentum subsistit, 1) si posterius ob filii praeteritionem nullum est. *l. 16. §. 1. D. de vulg. et pupill. subst.* 2) Si posteriores tabulae vacuae sint. *l. 11. D. de iniust. rupt. irr. test.* 3) Si conditio de praesenti vel praeterito, inserta posteriori, non existat. *l. 16. D. eod.* Nonnumquam ex utroque succeditur, tamquam ex uno, si non constet, utrum sit posterius. *l. 1. §. 6. D. de bon. possess. sec. tab.* Denique si testator in posterioribus tabulis aliquem ex re certa instituerit, et addiderit, etiam priores valere debere: heres in re certa scriptus rogatus censetur, ut reliqua heredi in prioribus tabulis scripto restituat. § 3. *Inst. h. t.*

* Testamentifactio enim est actus *μονόπλευρος*, cuius ea natura est, ut nemo sibi ipsi legem dicere possit, a qua non liceat discedere. *l. 6. §. 2. D. de iur. coöicill.* Et haec vera est ratio regulae: voluntas hominis est ambulatoria usque ad mortem. (§. 491, 5.) *l. 4. D. de adim. vel transfer. legat.*

§. 574.

Quatenus et
id corrumpat?

Et ruptum testamentum totum corrumpit, nisi sustineatur beneficio praetoris: qui bonorum possessionem etiam ex rupto testamento dare solet, 1) si postumus, qui rupit, (§. 572.) vivo testatore decessit. *l. 12. D. de iniust. rupt. irr. test.* 2) si testator tabulas posteriores incidit, ut priores supremas relinqueret. *l. 11. §. 2. D. de bon. poss. sec. tab.*

§. 575.

Testamen-
tum irri-
tam,

III. IRRITVM fit testamentum, si status testatoris mutatur, id est, si is vel maximam, vel mediam, vel minimam capitis deminutionem patitur. §. 4. *Inst. h. t. l. 6. §. 5. D. de iniust. rupt. irr. test.* Quum enim per capitis deminutionem maximam fiat servus, per mediam peregrinus, per minimam filiusfamilias, (§. 225.) et nec servus, (§. 514, 1.) nec peregrinus, (§. 514, 3.) nec filiusfamilias, (§. 515, 4.) testamentum condere possit: facile patet, testamentum ita incidere in casum a quo incipere non possit. *l. 18. pr. D. de verb. oblig.*

§. 576.

Quatenus
id corrumpat?

Et hoc tamen testamentum nonnumquam sustinet praetor, et scripto heredi dat bonorum possessionem

nem secundum tabulas, dum testator tempore mortis cæcis Romanus et suae potestatis fuerit. §. 6. *Inst. h. t. l. 12. pr. D. de iniust. rupt. irr. test.* et, si minima capitis deminutio testamentum irritum fecit, noua voluntatis testatio accesserit. l. 9. §. 2. *D. de bon. poss. sec. tab.*

§. 577.

V. DESTITVTVM dicitur testamentum, *ex quo Testamen- heres non existit, siue nolit hereditatem adire, siue ob- tum desti- mortem vel deficientem conditionem non potuerit.* §. 7. *Inst. de hered. qui ab intest.* Ergo his casibus res ad causam intestati redit. *pr. Inst. h. t. l. 181. D. de reg. iur.*

§. 578.

Postremo VI. RESCINDITVR testamentum fa- *Rescissum*
cto iudicis, post *querelam inofficiosi*, de qua titulo *per quere- lam inoffi- ciosi.*
sequente.

T I T. XVIII.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

§. 579.

Parentes olim suo lubitu liberos exheredes scri- *Querelae bere potuisse, obseruatum est §. 520. Sed quum inofficiosi id saepe inique fieret: sensim eiusmodi testamenta occasia. impugnari coeperunt querela inofficiosi. Quam nec ex constitutionibus principum, nec ex edicto prae- toris, nec ex lege quadam Glicia, sed ex moribus et interpretatione prudentum esse, docuimus in Anti- quit. Rom. h. t. §. 5. edit. poster.*

§. 580.

Quum enim iniuste exheredatis nec lex, nec prae- *Eiusdem*
tor succurreret; *callide iureconsulti, uti eos iubebant origo.*
colore furoris, ac si pater integrae mentis non fuisset, qui tam maligne iudicasset de sanguine suo. Illustr. Bynkershoek, *Obs. lib. II. cap. 12.* Hanc ergo actionem vocabant QVERELAM, quia cognati pro-

proprie non excusare et litigare, sed *conqueri* inter se dicebantur: Voss. *Iust. orat. lib. I. cap. 6. §. 2.* Vocabant querelam **INOFFICIOSI**, quia quemadmodum *beneficia alienorum sunt: ita officia eorum, quos necessitudo suscitatur, et opem ferre iubet.* Senec. *lib. III. de benef. cap. 18.*

§. 581.

Quid testamentum inofficiosum, et querela inofficiosi?

Quemadmodum ergo **TESTAMENTUM INOFFICIOSUM** est, quod recte quidem, sed non ex officio pietatis factum, l. 2. l. 3. *D. h. t.* id est, in quo ii, quibus debetur portio hereditatis legitima*, sine iusta causa vel exheredes scripti, vel praeteriti sunt: ita **QUERELA INOFFICIOSI** est actio, qua ii, quibus debetur portio legitima, iniuste exhereditati, vel praeteriti, agunt contra heredes institutos, ut testamentum eo colore, quod testator non sanae mentis fuerit, rescindatur.

* Olim quidem dabatur omnibus cognatis: immo etiam amicis extraneis. *Valer. Max. lib. VII. cap. 7.* Postquam autem legitima inuenta; id remedium ad eos, quibus illa portio debetur, restricta est. l. 1. *D. h. t.* Ex quo obiter colligimus, non eiusdem esse originis hanc querelam et portionem legitimam; sed hanc multo recentiore esse, et procul dubio ex legis Falcidia demum rationibus inductam. *Conf. Antiqu. nostr. Rom. h. t. §. 7.*

§. 582.

Quando ea opus sit querela?

Quum ergo detur iniuste exhereditatis vel praeteritis: (§. 581.) sequitur, 1) ut ea opus non sit liberis praeteritis, vel exhereditatis quidem, sed non nominatim, nec ex iusta causa, in *Nou. 115.* expressa (§. 528. *) quippe qui *querela nullitatis* experiri possunt. (§. 569.) l. 1. *pr. D. de iniust. rupt. irr. test.* 2) Ut nec illi ea indigeant, qui vel in minima parte instituti, quia ipsis competit *condictio ex lege* ad explendum id, quod legitimae deest, quosque doctores *actionem expletoriam* vocare solent. §. 3. *Iust. l. 30. pr. C. h. t.* 3) Ut ea solum locum habeat, I. si ob *iustam* quidem causam, sed *falsam* liberorum exhereditatio facta, vel II. si parentes a liberis, liberi nepo-

nepotesue a matre auoue materno, emancipati a patre, vel denique fratres a fratre, turpi persona praelata praeteriti sint, quia in his praeteritio pro exheredatione est. §. 5. *Inst. de exh. lib.* (§. 526. *sequ.*) III. Si causa exheredationis iusta quidem, sed in testamento non expressa. §. 528, 5.)

§. 583.

Quumque detur iis, quibus legitima debetur: *A quibus consequens est, (§. 527.) ut ea experiri possint* 1) liberi sui legitimi, (non illegitimi, nisi ratione matris, *l. 29. §. 1. D. h. r.*) non emancipati, et postumi, 2) iniuste exheredati, vel a matre auoue materno praeteriti, 3) parentes utriusque sexus, siue exheredati, siue praeteriti, *l. 1. l. 30. D. h. r.* 4) fratres et sorores germani et consanguinei *, exheredati, aut praeteriti, si ipsis persona infamis, vel leuis notae macula laborans praelata sit. *l. 27. C. h. r.* Proximi non urgentibus, sequentes admittuntur secundum edictum successorium. *l. penult. pr. D. h. r.*

* Ita Constantinus M. in *l. 27. C. h. r.* Sed posse tamen hodie et veterinos hanc querelam instituere, ducto ex *Nouell. 118. cap. 4.* argumento, merito existimamus. Id quod et Graeci videntur obseruasse. *Basil. lib. XXXVIII. tit. 56. Theophil. ad §. 1. Inst. h. r. Harmenop. Promtuar. lib. V. tit. 6. §. 2.*

§. 584.

Quum porro agi consueuerit eo colore, ac si testator emotae mentis fuisset: (§. 580.) haud parum odiosa habebatur haec querela. Et inde est, 1) quod non detur, nisi in subsidium, si aliud remedium desit, §. 2. *Inst. h. r.* 2) Quod non detur exheredati heredibus, nisi praeparata, *l. 6. §. fin. D. l. 5. C. h. r.* praeterquam quod filius interea, dum heres scriptus deliberat, mortuus, etiam non praeparatam hanc querelam transfinitit. *l. 34. C. h. r.* 3) Quod non detur elapso quinquennio *l. 8. §. ult. D. l. 34. C. h. r.* 4) nec si exheredatio bona mente facta, *l. 18. D. de. lib. et postum.* 5) nec si voluntas testatoris ab

N

exhe-

exheredato praeteritoue vel expresse, vel tacite agnita fuerit. *l. 17. pr. l. 10. D. b. t.* 6) Quod qui in hac querela succumbit, legata relicta amittat. *l. 8. §. 14. D. b. t.* 7) Quod heredis quidem institutio rescindatur, sed legata aliaque capita salva sint iure nouo. *Nov. 115. cap. 3 §. ult. cap. 4. §. ult.*

T I T. XVIII.

DE HEREDVM QVALITATE ET DIFFERENTIA.

§. 585.

An quis cogatur esse heres? Quia testamenta ex principiis Romanorum sunt veluti leges, (§. 493. *) leges autem non nisi subditos tenent: sequitur, vt huic vltimae voluntati simpliciter teneantur parere, qui sunt in testatoris potestate; extranei non, nisi si sua sponte se illi submittant.

§. 586.

Hereditum differentia. Potestati testatoris dominicae subsunt SERVI; patriae LIBERI; reliqui omnes EXTRANEI sunt. *Servos* ergo iura nostra vocant HEREDES NECESSARIOS; *liberos* in potestate constitutos SVOS et NECESSARIOS; *extraneos* VOLUNTARIOS. *pr. Inst. b. t. l. 15. l. 16. D. de acqu. vel omitt. heredit.*

§. 587.

Heredes necessarii. NECESSARII heredes sunt *serui proprii, siue cum libertate, siue sine ea* (§. 536.) *instituti: qui siue velint, siue nolint, a morte testatoris et liberi sunt, et ipso iure heredes.* §. 1. *Inst. b. t. l. 57. §. 2. D. de adquir. vel omitt. hered.* Rationem huius iuris iam reddidimus supra. (§. 119.)

§. 588.

Sui et necessarii. SVI et NECESSARII sunt liberi in potestate testatoris, tempore mortis ita constituti, vt postea in alterius potestatem recasuri non sint *. §. 2. *Inst. b. t. l. 33. §. 1. D. de test. mil.* SVI ergo dicuntur partim, quia in

in potestate ac dominio parentis sunt, (§. 136.) partim, quod viuo patre quodammodo domini habentur **, et hinc sibi ipsis velati succedere, et *αυτοκληρονόμοι* esse censentur. §. 2. *Inst. h. t.* NECESSARIJ autem, quia et ipsi iure ciuili siue velint, siue nolint, heredes parentum ex testamento et ab intestato sunt. §. 2. *Inst. h. t.*

* Si enim recidunt in potestatem patris, adeunt hereditatem iussu patris: adeoque non sunt ipso iure heredes,

** Hinc et *heri minores* dicuntur. Eleganter apud Plautum *Trinum act. 2. scen. 2. v. 48.* Lyſiteles patri, quaerenti, an de suo benefactorus sit Lesbonico? respondet:

De MEO, nam quod tuum, meum est, omne meum autem tuum.

§. 589.

Quia tamen heres succedit in iura omnia defuncti *Beneficium abstinentiæ* testatoris, (§. 534.) adeoque filius omne aes alienum patris dissoluere, vel ignominiam illam, vt bona hereditaria suo nomine a creditoribus possideantur, subire tenetur: (§. 119. *) prætor et *ſuis* dedit BENEFICIUM ABSTINENDI, impuberibus, etiamsi se immiscuerint; puberibus, si se non immiscuerint, nec per eos factum fuerit, quo quid ex ea hereditate amoueretur. §. 2. *Inst. h. t. l. 57. pr. l. 11. l. 12. l. 71* §. 3. *D. de acquir. vel omitt. hered.* Inde ergo fuit axiomata: *heredes sui hereditatem ipso iure acquirunt.* §. 3. *Inst. de hered. quae ab intest. defer.*

§. 590.

Ex quo consequitur, 1) vt non adeant hereditatem, sed statim a morte testatoris in eius ius succedant. *d. §. 3. Inst. de hered. quae ab intest. defer.* 2) Vt non dicantur PRO HEREDE GERERE, sed se IMMISCERE. 3) Vt hereditatem NON REPUDIASSE dicantur, sed ab eadem ABSTINUISSE. 3) Vt hereditatem etiam non aditam ad heredes transmittant. *l. 3. C. de iure delib.*

§. 591.

VOLUNTARIJ sunt *quintis extranei*. Qui quum *Heredes voluntati vltimæ testatoris* parere non teneantur, nisi *voluntarij.*

se illi sua sponte submittant: (§. 585.) hereditatem testamento sibi delatam suo arbitrio et *adquirere*, et *omittere* possunt.

§. 592.

Si hereditatem aquirunt per aditionem, vel pro herede gestionem.

ADQUIRUNT ergo hereditatem, *vel expresse hanc voluntatem suam declarando, vel eandem tacite factis et re ipsa significando.* Prior modus stricte ADITIO; posterior PRO HEREDE GESTIO vocatur. §. 5. *Inst. h. t.* Prior est actus legitimus, (§. 70.) l. 77. *D. de reg. iur.* posterior nullam sollempnitatem exigit. PRO HEREDE enim GERERE dicitur, *qui aliquid quasi heres et animo heredis facit*, v. c. agros colens, pecuniam foenori locans, credita exigens: §. *ult. Inst. h. t.* nisi vel ex testatione, vel aliis argumentis adpareat, eum id non animo heredis, sed pietatis et custodiae causa fecisse. l. 20. *pr. §. 1. D. de adqu. vel omitt. hered.*

§. 593.

Qui adire possint?

Quum ergo vterque modus sit voluntatis significatio: (§. 592.) sequitur, 1) vt adire hereditatem non possint furiosi, mente capti, infantes, l. 93. *D. eod. l. 40. D. de reg. iur. §. 9. Inst. de inuz. stip. pro quibus parentes vel tutores curatoresue adeunt, l. 18. pr. §. 1. 2. C. de iur. delib. l. ult. §. 3. C. de curat. furios.* 2) Vt pupilli infantiae pubertatiue proximi, et minores, non nisi auctore tutore, vel consentiente curatore adeant, (§. 253.) l. 18. §. *fin. C. de iur. delib.* 3) Vt filii familias hereditatem adeant iussu patris, quamuis iure nouo filius iustae aetatis et inuito patre hereditatem adire possit, et eo casu plenam huius peculii aduentitii proprietatem sibi adquirat. (§. 481.) l. *ult. pr. §. 1. 2. C. de bon. quae liber.*

§. 594.

Quomodo aduenia hereditas?

Ex eodem sequitur, 4) vt aditio vltro fieri, adeoque vis et coactio abesse debeant. l. 6. §. *ult. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 16 C. de iur. delib.* 5) Vt adiri debeat hereditas tota, non pars (§. 491, 3.) l. 1. l. 2. l. 55. *D. de adquir. vel omitt. hered.* 6) Vt quidem

ea declaratione institutus fiat heres, sed possessionem non adquirat, nisi naturaliter adprehensam. l. 23. pr.

D. de adquir. vel amitt. possess.

§. 595.

Quumque aditio sit actus legitimus: (§. 592.) *Cura tiri* porro inferendum, 7) hereditatem adiri non posse *non posse* per procuratorem, *l. 90. pr. D. h. r. l. 123. D. de per procuratorem, reg. iur. 8)* nec sub conditione. l. 51. §. ult. *D. de subcondi-* *quire. vel omitt. hered. l. 77. D. de reg. iur. tione?*

§. 596.

Postremo quum utroque modo hereditas adqui- *Aditionis* ratur: (§. 592.) consequens est, 9) ut hereditas non *effectus?* adita non transmittatur, l. vii. §. 5. *C. de caduc. toll.* nisi a liberis sui iuris, qui ad descendentes tantum eam transmittunt. *l. vii. C. qui ante apert. tab. hered. transmitt.* 10) Ut heres post aditam hereditatem in uniuersum ius defuncti succedat, adeoque et iure accrescendi gaudeat, (§. 491, 7.) l. 31. l. 53. §. 1. l. 80. *D. de adquir. vel omitt. hered.* et aes alienum quantumcumque soluere teneatur pro portione hereditaria: licet hereditas soluendo non sit. l. 10. *C. de iur. delib.* 11) Ut is, qui hereditatem adiit, cum legatariis et fideicommissariis quasi contraxisset, atque inde hi legata et fideicommissa actione personali ex testamento ab eo petere possint. §. 5. *Inst. de oblig. quae quasi ex contract.*

§. 597.

Quia vero paullo durior haec est heredis conditio: *Beneficia* hinc duplex prociuum est beneficium, alterum a prae- *heredi con-* *cessa.* tore, quod IUS DELIBERANDI; alterum a Iustini-
niano, quod BENEFICIUM INVENTARII dicitur.

§. 598.

IUS DELIBERANDI *est spatium heredi instituto* *Ius delibe-* *randi.* *concessum ad deliberandum, utrum adire hereditatem, an eandem repudiare consultius sit.* §. 5. *Inst. h. r. l. 9. C. de iur. delib.* Idque spatium olim, instantibus creditoribus, erat arbitrium; iure nouo a principe annus;

a iudice nouem menses conceduntur, modo illud spatium intra annum a die scientiae petatur. *l. ult. §. 13. C. cod.* Si nemo vrget, heres etiam intra triginta annos adire potest. *l. 8. C. de iur. delib. l. 7. C. de hered. petit.*

§. 599.

Beneficium inuentarii. BENEFICIUM INVENTARII est ius, quo heres, rite confecto inuentario, post aditam hereditatem ultra vires hereditatis non tenetur. *§. 6. Inst. h. t. l. ult. §. 2. 3. 4. C. de iur. delib.* Rite autem fit inuentarium, 1) si intra triginta dies a momento notitiae inchoetur, 2) si intra alios sexaginta dies, vel in locis distantis, vel absentibus heredibus, intra annum perficiatur, 3) adhibitis tabellionibus, 4) citatis iis, quorum interest, veluti legatariis et creditoribus, 5) aut illis absentibus, conuocatis tribus testibus. 6) Si repletorio confecto, heres vel ipse subscribat, et rerum summam exprimat, vel scribendi imperitus tabellionem subscribere iubeat. *d. l. ult. §. 2. 3. C. de iur. delib. Non. 1. cap. 2. §. 1.*

§. 600.

Hereditatis repudiatio. Haec de acquirenda hereditate. Eamdem extraneus suo arbitrario potest REPUDIARE: (§. 591.) eamque in rem denuo vel expressis verbis significat voluntatem, vel tacite re ipsa et factis. *l. 95. l. 77. in fin. D. de adqu. vel omitt. hered.* Vnde eadem hic obseruanda, quae obseruauimus, §. 593. sequ.

T I T. XX.

D E L E G A T I S.

§. 601.

Connexio.

Hactenus de hereditate per testamentum delata. Quandoquidem vero et LEGATA testamentis relinqui solent: tractationem de his Iustinianus intermiscet doctrinae de testamentis, quum tamen de illis

illis, tamquam modo acquirendi singulari, statim post titulum de donatione agi debuisset. (§. 483.)

§. 602.

Est vero LEGATUM *deliberatio hereditatis, qua testa-* *Legatum*
tor ex eo, quod uniuersum heredis foret, alicui quid quid? es
*collatum vult verbis directis *.* l. 116. pr. D. de legat. 1. *quomodo*
differt?
 Vnde magna erat inter *legata et fideicommissa particu-* *fideicom-*
laria differentia. Nam 1) illa verbis directis; haec *missa?*
 obliquis: 2) illa testamento, vel codicillis testamento
 confirmatis; haec codicillis etiam non confirmatis,
 immo nutu: Vlpian. tit. 25. §. 3. 8. 3) illa non nisi
 Latine; haec et Graece relinquebantur; Vlpian. tit.
 25. §. 9. 4) illorum strictior, horum benignior erat
 interpretatio. l. 16. C. de fideic.

* Vnde eleganter Vlpian. tit. 24. §. I *legatum est, quod*
 LEGIS MODO; *id est, imperatiue, testamento relin-*
quitur.

§. 603.

Legata erant quadruplicia. Alia enim I. per VIN- *Legata quo-*
 DICATIONEM relinquebantur, verbis: *do, lego, su-* *triplicia?*
mito, capito, habero. Alia II. per DAMNATIONEM,
 verbis: *heres damnus esto dare, dato, facito, cum dare*
facere iubeo. Alia III. per PRAECEPTIONEM, *ver-*
 bis: *heres praecipito, praecipuam rem accipito.* Huius
 modi enim legatum tantum vni ex coheredibus re-
 linquitur. Alia IIII. SINENDI MODO, *verbis: he-*
res finito legatarium sumere vel habere. §. 2. Inst. h. t.
 Vlpian. tit. 24. §. 2. sequ.

§. 604.

Inter haec quoque magna olim erat differentia. *Differentia*
 Nam legatum per vindicationem legatarium do- *inter legata*
 minum Quiritarium * faciebat a tempore aditae *iure ualere.*
 hereditatis, adeoque is legatum petebat actione in
 rem: legata per damnationem et sinendi modo
 actione ex testamento; legata per praepceptionem,
 iudicio familiae erciscundae petebantur. Theoph.
 §. 2. Inst. h. t.

* Nec etiam omnes res eodem modo legari poterant. Per vindicationem enim et praeceptionem legabantur res, quae tempore mortis et testamentificationis testatoris ex iure Quiritium, praeterquam fungibiles, quas mortis tempore in eius dominio esse sufficiebat; per damnationem res quaelibet, etiam quae non erant testatoris; sinendi modo res propriae testatoris et heredis. Vlpian. tit. 24. §. 7. sequ.

§. 605.

Haec differentia sublata. Sed iure nouo discrimen non modo legatorum et fideicommissorum, §. 3. Inst. b. t. l. 1. D. de legat. 1. l. 2. C. comm. de legat. et fideic. sed et ipsorum legatorum per vindicationem, damnationem, praeceptionem, et sinendi modo relictorum, quod ad effectum, prorsus sublatum est. §. 2. Inst. b. t. l. 15. C. de test. l. 1. C. comm. de legat. et fideicommiss.

§. 606.

Axiomata de legatis. Vnde obseruanda axiomata: I. Omnia legata et fideicommissa, quibuscumque relictis uerbis et formulis, eiusdem hodie effectus sunt. d. §. 2. Inst. b. t. l. 1. C. comm. de leg. II. Legata quoque et fideicommissa ita per omnia exaequata sunt, ut, quod deest legatis, repleatur ex uirtute fideicommissorum, et si quid amplius est in legato, per hoc fideicommissorum natura crescat. §. 3. Inst. b. t. l. 1. D. de leg. 1. l. 2. C. comm. de leg. et fideicommiss. III. Legatae speciei dominium sine traditione (§. 339.**) ad legatarium transit statim a morte testatoris, adeoque et dies legati pure relictis ab eodem tempore cedit. l. 80. D. de legat. 2. l. 64. D. de furt. IIII. Legata sine sollemnitate, adeoque etiam in codicillis, relinquuntur, l. 8. §. 1. §. 6. D. de iur. codicill. ~~adhibitis modo quibusque relictis.~~ l. ult. §. ult. C. de codicill.

§. 607.

quis possit legare? Quum ergo legatum sit delibatio hereditatis, qua testator alicui quid collatum velit; (§. 502.) sequitur, 1) ut legare et fideicommittere possit, qui potest testari. l. 2. l. 14. pr. et §. 1. D. de leg. 1. 2) Ut eo iure destituantur omnes, quos testamenta facere non posse diximus. (§. 514 sequ.)

§. 608.

quod legatum relinquendi

nr. l. capl.

testamentari

§. 608.

Hinc et legata et fideicommissa relinqui possunt 3) *Quibus?* omnibus, qui iure capiunt ex testamento, (§. 536. sequ.) non incapacibus, excepto legato alimentorum. l. 11. *D. de alim. leg.* Ergo etiam recte relinquuntur 4) personis incertis, (§. 538.) §. 25. *Inst. b. t.* 5) pauperibus, (§. eod.) l. 24. *C. de episc.* 6) ecclesiis, (§. eod.) l. 1. *C. de ff. eccles.* 7) civitatibus, (§. eod.) l. 117. *D. de leg. 1.* 8) collegiis licitis, (§. eod.) l. 1. §. 15. *D. ad SC. Trebell.* 9) postumo alieno. §. 26. *sequ. Inst. b. t.* Ergo 10) inutiliter legatur seruo heredis *, nisi sub conditione. §. 32. *Inst. b. t. Arg. l. 116. §. 1. D. de legat. 1.*

* Legatum est delibatio hereditatis, qua quid in alium voluntate testatoris conferendum. (§. 602.) Atqui si seruo heredis legatum praestaretur, illud seruus acquireret heredi, (§. 470.) adeoque nulla fieret hereditatis delibatio. Ergo ei legari nequit. Nec conualescit legatum, si seruus viuo testatore potestate heredis exierit, ob regulam Catonianam, in legatis et hereditatibus receptam, de qua supra, (§. 514. *) Ad conditionales autem dispositiones regula Catoniana non pertinet, l. 4. *D. de reg. Caton.*

§. 609.

Quia deinde omnium legatorum et fideicommissarum *A quibus?* hodie eadem natura est: (§. 606, I) sequitur, I) vt legari possit ab omnibus, ad quos quidquam a testatore peruenit, l. 92 §. *ult. D. de legat. 1.* adeoque non solum ab herede, sed et a legatario et fideicommissario, eorumue heredibus, *pr. Inst. de sing. reb. de fideic. relic.* dum ne onerentur ultra, quam honorati. §. 1. *Inst. eod.* aut legatario res sua legatur, quod legatum est inutile, nisi viuo testatore eam alienauerit, ob eandem regulam Catonianam, (§. 514. *) et sub eadem conditione legatario legauerit. l. 1. §. *ult. D. de reg. Caton.* (§. 608. *)

§. 610.

Ex eodem axioma sequitur, 2) vt legari possint *Quarum?* res omnes, quae in rerum natura existunt, vel ex *res?* sistere possunt, tum corporales, tum incorporales, modo

modo sint in commercio saltem legatarii. l. 49. §. 2. 3. D. de legat. 2. Arg. l. 34. D. de verb. oblig.

§. 611.

Etiam futurae.

Ergo legari possunt 3) res non solum praesentes, verum etiam *futurae*, veluti fructus in fundo nascituri. * §. 7. Inst. b. t. l. 24. pr. D. de legat. 1. l. 17. pr. D. de leg. 3.

* Tunc vero, si fundus adiectus *demonstrationis* causa, in diversa proportione, veluti: *amphoram vini do lego, quae ex vinea Tusculana sumetur*, legatum, etiam si nihil nascatur, debetur. l. 12. D. de alim. leg. l. 13. D. de trit. vin. ol. leg. *si taxationis* causa in una eademque propositione, veluti: *amphoram vini ex vinea Tusculana do lego: si nihil natum, nihil debetur.* l. 5. D. de trit. v. r. ol. leg. l. 8. §. 2. D. de leg. 2.

§. 612

Et alienae.

Legari possunt 4) non solum propriae testatoris res, sed et alienae, eo effectu *, ut heres aut eas redimat, aut, si non possit, aestimationem praestet arbitrio iudicis, nisi testator eas alienas esse ignoraverit. §. 4. Inst. b. t. aut eadem, viuo testatore, iam tum a legatario titulo lucratiuo sint acquisitae. † *Duae enim lucratiuae causae in eundem hominem et eandem rem concurrere non possunt.* §. 6. Inst. eod. l. 108. §. 4. D. de legat. 1.

* Satis itaque patet, pontificem ignarum fuisse iuris Romani, dum legatum rei alienae veluti iniquum exagitavit cap. ult. X. de test.

§. 613.

Quid iuris, si legatarius iam rem sibi legatam habeat?

Ex quo axiomate porro sequitur, 1) ut, si titulo oneroso rem sibi legatam adquisiuerit legatarius, pretium is ab herede iure repetat. §. 6. Inst. b. t. 2) Ut, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, ac ex priore legatarius iam consequutus sit rem, ex altero aestimationem petere nequeat: *si* ex priore aestimationem habeat, ex posteriore rem petere possit d. §. 8. Inst. b. t. 3) Ut, si legatarius partem titulo oneroso, partem *lucratiuo* adquisiuerit, partis prioris tantum aestimationem petere possit. l. 82. pr. sequ. D. de leg.

leg. 1. 4) Ut, si rei proprietatem sine usufructu titulo oneroso adquisiuerit legatarius, finito usufructu, rem petens non nisi proprietatis aestimationem, deducto usufructu, officio iudicis consequatur. §. 9. *Inst. h. r.*

§. 614.

Recte legantur 5) res oppignoratae, quas tunc heres luere tenetur, nisi testator ignorauerit, esse oppignoratas, aut expresserit, legatarium debere luere: §. 5. *Inst. h. r.* quod praesumitur, si vniuersitas, veluti dos, legata, eiusque res singularis oppignorata. l. 15. *D. de dot. praeleg.*

§. 615.

Ergo et 6) non perit legatum rei, quam postea testator alienauit, modo id non fecerit consilio adiuuendi legatum, quod ex eo praesumitur, si alienatio non necessaria, sed voluntaria, fuerit. §. 12. *Inst. h. r. l. 11. §. 12. D. de leg. 3. l. 18. D. de adim. vel transfer. leg.*

§. 616.

Quumque et res incorporales recte legantur: (610.) nemo dubitat, quin 7) et legatum NOMINIS, et 8) LIBERATIONIS utile sit. Illo enim testator in legatarium confert, quod sibi a tertio debetur, et heredem obstringit, ut legatario actiones cedat*: §. 21. *Inst. h. r. l. 44. §. 6. l. 75. §. 2. D. de legat. 1.* hoc heredem obligat ad reddendum chirographum, et quamuis actio heredis non extinguatur, legatarius tamen exceptione doli tutus est. l. 3. §. 2. *D. de liberat. leg. ***

* Nomen ergo exigit legatarius iure sibi ab herede cesso, quia actio haec personalis soli heredi, defunctum representanti, directe competit, non legatario, qui non succedit in iura testatoris. Sed hanc subtilitatem quodammodo sustulit ius nouum, quo et legatario huic immediate actiones utiles aduersus debitorem dantur. l. 18. *C. h. r.*

** Quid vero, si testator debitum vel exegerit, vel sponte solum accepit, an haec legata nominis et liberationis extinguuntur? Negatur utroque casu, nisi consilio

filio adimendi id fecerit: quod nec posteriore casu praesumitur, nec priore, si causa exigendi fuerit necessaria. l. II. §. 12. 13. D. de leg. 3.

§. 617.

Legatum debiti.

Vtile quoque est 9) legatum DEBITI, id est, quo testator creditori suo legat, quod ei debet, dummodo plus sit in legato, quam in debito: v. c. si pure legatum, quod sub conditione vel ex die debebatur. §. 14. Inst. h. r. Ita et creditor chirographarius hoc legato ius hypothecae consequitur: vel, si ei probationes desint, rem ex testamento petere potest, et sic praeterea habet actionem bonae fidei.

§. 618.

Praelegatum dotis.

Eiusdem naturae est 10) *praelegatum* DOTIS, partim quia sic vxor eam statim petere potest, quum alias annum expectare teneatur, si dos sit mobilis, §. 15. Inst. h. r. l. vii. §. 7. C. de rei vx. act. partim quod non obstricta est vxor legataria ad probationem illatae dotis, dummodo maritus testator certam quantitatem expresserit. d. §. 15. l. i. §. 7. seq. D. de dot. prael.

§. 619.

Speciei, quantitatis, generis.

Recte etiam legatur 11) non solum *species*, sed et 12) *quantitas*, et 13) *genus*. SPECIES iurecon- sultis est indiuiduum, v. c. *Tusculanum*, *Strichus*, *bu- cephalus*: GENUS iis est, quod philosophis species, vti *praedium*, *seruus*, *equus*: QUANTITAS genus numero definitum, vti *quadriga*, *centum aurei*.

§. 620.

Circa lega- sum speciei quid iuris?

Et legatum quidem SPECIEI id habet, 1) quod es non heredi, sed legatario perit, (§. 606, 3) nisi illius culpa vel leuissima intercedat. §. 16. Inst. h. r. l. 47. §. penult. D. de leg. 1. 2. Quod duabus speciebus legatis, si vtraque res principalis sit, vna, viuo testatore, extincta, altera debetur; sin altera principalis, altera sit accessoria, illa extincta, haec non debetur. §. 17. Inst. h. r. 3) Quod vniuersitate lega- ta, et incrementum et decrementum legatario in lu- crum et damnum cedit, (§. 606, 3.) atque, grege legato,

legato, et vna ovis superstes debeat^r. § 18. 19. 20.
Inst. b. t. l. 22. D. de leg. 1.

* Quod secus in usufructu gregis, siquidem vna oue super-
 stite usufructus non constat. *l. vlt. D. quib. mod.
 usufr. amitt.*

§. 621.

De legato **GENERIS** obseruandum, 1) illud *Quid circa*
 vtile esse, si genus non summum, sed infimum sit, *legatum*
 et hoc certos ab ipsa natura terminos habeat, quum *generis?*
 contra, si ab arbitrio hominum pendet, et testator
 tale quid non reliquit, derisorium magis videatur.
l. 24. §. 3. l. 71. pr. D. de legat. 1. 2) Electionem
 tunc esse penes legatarium, nisi aliud testator sanxe-
 rit, dummodo non optimum eligat. § 22. *Inst. b. t.
 l. 37. pr. et §. 1. D. de legat. 1.*

§. 622.

Vnde adparet, quid intersit inter legatum *Es legatum*
 et **OPTIONIS**, vel **ELECTIONIS**, quum testator *optionis.*
 legatarium aliquem ex seruis vel equis suis diserte
 eligere iubet: tunc enim eligit legatarius, (eiusue
 heres, *l. vlt. C. comm. de leg.*) etiam optimum, § 23.
Inst. b. t. l. 2. §. 1. D. de opt. leg. l. 9. §. 1. D. de dol.
 nec tamen, quod semel elegit, repudiare, aliudque
 praeferre potest. *l. 20. D. de opt. leg.*

§. 623.

Commune id est legatis *generis et quantitatis*, quod
 nec genus nec quantitas perire intelligantur.

*Quid lega-
 tum generis
 et quantita-
 tis commu-
 ne habeant?*

§. 624.

Denique et 14) **FACTA** recte legantur, in quo-
 rum praestationem heredem damnauit testator, mo-
 do sint honesta, quia alias euanidum esset lega-
 tum. *l. 112. §. 3. D. de leg. 1.*

*An et facta
 legantur?*

§. 625.

Vti inter heredes, ita et inter legatarios coniun- *Ius accre-*
 ctos valet **IUS ACCRESCENDI**. Quum enim lega *secundis.*
 tum sit delibatio hereditatis: (§. 602) praesumitur
 sane, testatorem noluisse, vt res legata pluribus pe-
 nes

nes heredem maneat, sed vno legatario deficiente, illam totam collegatario relinqui maluisse.

* Ergo diuersa huius ratio est in hereditatibus et legatis. In hereditatibus illud obtinet ex iuris necessitate, quia nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. (§. 542. seq.) Vnde nec testator id ius prohibere potest. In legatis contra ex praesumpta testatoris voluntate, qui deficientem partem creditur ad eum potius, cui rem eandem legauit, quam ad heredem, a quo legauit, voluisse deuolui. Huber. *Pract. b. t.* §. 23. *cxix.*

§. 626.

*Requisita,
ut locum
habeat.*

Vt ergo locum habeat ius istud subtilissimum, requiritur, I. vt collegatarius *deficiat*: II. Vt legatarii sint coniuncti, id est ad eandem rem vocati. *l. 1. l. 11. D. de vsufr. accresc.* Alias enim deficientis personae legatum exstinguitur. *l. vn. §. 2. C. de caduc. toll.*

§. 627.

*Quando
pars dicatur
deficere?*

DEFICERE intelligitur collegatarius, si vel tempore conditi testamenti non existat in rerum natura, vel spreuerit legatum, vel viuo testatore decesserit, aut conditio defecerit, vel alio modo factus sit incapax. *l. vn. §. 2. 3. 4. C. de caduc. toll.* Nam, si vel momento testatorem superuixit, legatum transmittit ad heredes, adeoque nihil accrescit collegatariis. *l. vn. §. 5. C. de caduc. toll. l. 5. pr. D. quand. dies leg. ced.*

§. 628.

*Coniuncti
qui, et quo-
suplices?*

CONIUNCTI autem legatarii censentur tripliciter, vel I. RE TANTVM, si ad eandem rem, sed diuersis propositionibus, vocati sunt, vnde et DISIUNCTI solent vocari, §. 8. *Inst. b. t. v. c. Titio aedes meas do lego: Sempronio easdem aedes do lego. l. 89. D. de legat. 3.* II. VERBIS TANTVM, qui ad eandem rem, eadem propositione, sed adiectis partibus*, vocantur, v. c. *Titio et Sempronio aedes meas do lego, aequis partibus, d. l. 89.* III. RE et VERBIS SIMVL, seu MIXTIM, qui ad eandem rem, eadem propositione, simpliciter et indiu'sim vocantur, v. c. *Titio et Sempronio aedes meas do lego, d. l. 89, l. 142. D. de verb. signif.*

* *Inst.*

Intellectualibus puta, et quae mente tantum concipiuntur. Nam si re ipsa legatam rem inrer legatarii diuisit testator: hi plane non sunt coniuncti, adeoque et ius accrescendi inter eos nullum est. *l. 1. pr. D. de usufructu accresc. v. c. Titio et Sempronio do lego fundum, illi eis, huic ultra flumen.*

§. 629.

Iam obseruandae regulae: I. Si qui legatarii vel *Regulae de verbis tantum*, vel *mixtim* coniuncti sunt: portio alterius deficientis accrescit collegatario. II. Si quis re tantum coniunctus deficit: eius portio accrescit omnibus, ita tamen, vt verbis et mixtim coniuncti vnus vice fungantur. *l. 34. pr. D. de leg. 1. l. vii. §. 10. C. de caduc. toll.* III. Coniunctis mixtim et verbis tantum accrescit volentibus, et cum onere; re tantum coniunctis et nolentibus, sine onere. *d. l. vii. §. 10. 11. C. de cad. toll.**

* Hinc si v. c. testator scripserit: primo fundum Tusulanum do lego: secundo eundem do lego: tertio et quarto eundem do lego aequis partibus; quinto et sexto eundem do lego: deficiente Quinto, portio eius Sexto accrescit volenti cum onere; deficiente Quarto portio accrescit Tertio itidem volenti cum onere; deficiente Primo, portio eius omnibus accrescit, etiam inuitis, ita tamen, vt trientem Secundus; alterum trientem Tertius et Quartus; tertium Quintus et Sextus sine onere accipiant.

§. 630.

Potest porro legari vel PVRE, vel IN DIEM seu *Quotupliciter possit legari?* EX DIE, vel sub CONDITIONE, vel sub DEMONSTRATIONE, vel sub CAUSSA, vel sub MODO. *l. 1. pr. D. de condit. et demonstr. l. 17. pr. §. ult. l. 52. §. 6. D. cod.*

§. 631.

PVRE legatur, quum a nullo ^{*}seuentu legatum sit. *Pura?* spenditur: et tunc statim a morte testatoris et cedit dies, et venit *, (§. 606, 3.) *l. 5. §. 1. D. quand. dies leg. ced. excepto legato usufructus, vsus, habitatio- nis, libertatis, (et olim optionis,) quorum dies a tempore aditae hereditatis cedit, quia huius generis legata ad heredes non transmittuntur. l. vii. §. 2. D. quando*

quand. dies vsuffr. leg. ced. l. 8. D. quand. dies leg. ced. l. 16. D. de opt. leg.

* *Cedere dicitur dies, ex quo deberi incipit; venire, ex quo peti potest. l. 213. D. de verb. sign.*

§. 632.

In diem et ex die.

Legatum relinquitur tam **IN DIEM**, v. c. *Maeuio lego aedes per decennium*, tum **EX DIE**, siue certo, siue incerto, v. c. *Sempronio lego hortum post decennium a morte mea, vel a tempore, quo liberos susceperit*. Priore casu dies, itidem et cedit statim a morte testatoris, et venit: posteriore, si dies certus, dies quidem cedit, sed non venit, nisi existat: *l. 5. §. 1. l. 21. D. quand. dies leg. ced. fin incertus, nec cedit, nec venit, antequam existat, l. 12. l. 22. D. eod. quia dies incertus pro conditione est. l. 75. D. de condit. et demonstrat.*

§. 633.

Sub conditione.

De **CONDITIONALI** legato eadem obseruanda, quae diximus supra. (§. 545 sequ.) Iam addimus, diem in eiusmodi legato non cedere, nec venire, nisi existiterit conditio: *l. 5. §. 2. D. quand. dies leg. ced.* adeoque nec huiusmodi legatum ad heredes transmitti, si legatarius ante existentem conditionem decesserit: (§. 549, 6.) aliud de contractibus obseruandum, (§. 833, 4.) nec legatum adquiri patri, si conditio, emancipato filio, existiterit, (quod iterum aliter se habet in contractibus. (§. 994, 2.) *l. 18. D. de reg. iur. l. 5. §. 2. D. quando dies leg. ced.*

§. 634.

Sub demonstratione.

SUB DEMONSTRATIONE legatur, quoties vel personae vel rei legatae additur descriptio, qua ea tanto certius designetur, v. c. *Strichum, quem a Maeuio emi, aio lego. l. 34. pr. D. de condit. et demonstr.* Et hinc conditio magis rem futuram; demonstratio praeteritam designat. *d. l. 34. §. 1. D. eod.* De ea notandum, quod falsa demonstratio non magis legatum perimat, (*l. 17. pr. l. 34. pr. l. 40. §. 4. D. eod.*) quam

quam error admissus in nomine, §. 30. *Inst. b. r. l. 4. D. de legat. 1.* quippe cuius vice demonstratio fungitur. *l. 34. pr. D. eod.*

§. 635.

SUB CAUSSA legatur, quoribus testator causam impulsivam adscribit, e. c. Titio, quia negotia mea gessit, do lego. §. 31. *Inst. b. r. l. 72. §. 6. D. de condit. et demonstr.* Etiam haec, tametsi falsa, non vitiat legatum: *d. §. 31. Inst. b. r.* nisi ab herede possit probari, testatorem, si causam falsam sciivisset, non fuisse legaturum; tunc enim doli exceptio locum habet. *l. 72. §. 6. D. de condit. et demonstr.*

* Legatum enim instar legis est: (§. 602. *) lex vero ideo non definit obligare, quod causa, quam legislator interserit, falsa adpareat. Ita in legatis. Et ita intelligendum, quod ait Papinianus, rationem legandi legato non cohaerere. *l. 72. §. 6. D. de condit. et demonstr.*

§. 636.

SUB MODO denique legatur, quoribus finis, ad quem legatum exprimitur, v. c. Titio do lego, ut aedes suas reficiat. *l. 17. §. ult. D. eod.*

§. 637.

In hoc legato dies et cedit statim, et venit, dum caueat legatarius, se modum impleturum. *l. 40. §. ult. l. 80. D. eod.* *Quid circa hoc legatum iuris?*

* Simile quid obtinet, si cui sub conditione negativa vel hereditas relicta vel legatum sit. Nam et haec hereditatem vel legatum non suspendit, dum caueat heres vel legatarius, se conditioni pariturum. Quae cautio ab inventore vocatur Muciana, *l. 7. pr. D. de condit. et demonstr.* aliud in stipulationibus sub conditione negativa obtinet; siquidem conditio negativa illas suspendit ad mortem usque, ac si stipulatus quis esset, quum moreretur alter, sibi dari. §. 4. *Inst. de verb. obl. (§. 833.)* Neque enim ad conventiones pertinet haec cautio. Cuiac. *Obs. lib. XIII. cap. 37.*

§. 638.

Ita iure legatur. Non autem leges nostrae continent legata CAPTATORIA, v. c. Titio, si mihi totidem legata po-
 ptatoria, et
 dem legata po-
 nae nomine.

dem legaverit, lego mille, l. 64. D. de leg. 1. sustinent tamen legata, POENAE NOMINE relicta, nisi turpe quid heredi iniungatur: v. c. heres meus, nisi Section occiderit, Maetio mille dare damnus esto. Nam alias ex Iustiniani voluntate tamquam conditionalia valent. §. ult. Inst. h. t. Sed confer tu, sis, illustris Cernel. van Bynkerfhoek Exerc. de legatis poenae nomine relictis, et Antiqu. nostr. Rom. lib. II. tit. 20. §. 14.

§. 639.

Quibus actionibus legata possunt?

Quum denique legatorum pure relictorum dies statim cedat: (§. 606, 2) consequens est, ut ea cum fructibus, accessionibus, et usuris a tempore morae (l. 39. §. 1. D. de leg. 1. l. 42. D. de usur.) peti possint 1) rei vindicatione, si species testatoris propria legata: siquidem haec actio datur ex dominio, l. 23. pr. D. de rei vind. quod statim a morte testatoris ad legatarium transit. (§. 606, 3.) l. 80. D. de leg. 2. 2) Actione in personam ex testamento, quia heres adeundo hereditatem cum legatariis quasi contraxisse censetur; (§. 596, II.) §. 5. Inst. de oblig. quae quasi ex contr. nasc. 3) Actione hypothecaria, quia bona hereditaria legatariis et fideicommissariis tacito obligantur pignore, l. 1. C. comm. de legat.

T I T. XXI.

DE ADEPTIONE LEGATORVM.

§. 640.

Legata adimuntur et transferuntur.

Quia voluntas hominis ambulatoria est usque ad mortem: (§. 573. **) facile patet, legata ac fideicommissa et adimi, et in alios transferri posse. Quumque legata et sine sollemnitate relinqui possint: (§. 606, 4.) sequitur, ut eadem sine sollemnitate et ADIMANTVR recte, et TRANSFERANTVR. pr. Inst. h. t.

§. 641.

§. 641.

ADIMVNTVR, quoties testator legatario id, quod Adimuntur ei destinatum, conferri non vult, eaque ademptio vel ipso iure. IPSO IVRE fit, vel OPE EXCEPTIONIS.

§. 642.

IPSO IVRE legata adimuntur vel VERBIS, si Verbis et vel testamento, vel codicillis dicat, se, quod Titio de-factis. derit legauerit, iam non dare legare: pr. Inst. b. t. vel FACTIS, veluti si legatum induxerit, l. 16. D. b. t. rem legatam corruperit, l. 65. §. 2. D. de legat. 1 in aliam formam redegerit, ut ad priorem speciem reduci nequeat, l. 88. §. 2. D. de legat. 3. praeter necessitatem distraxerit, donarit, (§ 615.) legatum nomen exegerit. (§ 616. **) §. 12. §. 21. Inst. de legat.

§. 643.

OPE EXCEPTIONIS eadem adimuntur, quoties Per exce- mutatae voluntatis luculentia exstant indicia: veluti, si psonem. capitales inimicitiae inter testatorem et legatarium intercesserint, nec reconciliatio sit sequuta: l. 3. §. ult. l. 4. D. b. t. vel si testator coram duobus testibus, vel in schedula contrariam voluntatem significarit. l. 13. D. b. t. l. 27. C. de fideicommiss.

§. 644.

TRANSFERVNTVR legata vel I. mutato lega-Transffe- tario: v. c. fundum, quem Titio * legaueram; Mac- runtur. zio do lego: vel II. mutata persona, a qua legatum: v. c. fundum, quem Titio a Scio herede legaueram, iam a Sempronio do lego: vel III. mutato ipso legato: v. c. Titio pro fundo, quem legaueram, mille do lego: vel IIII. mutato denique modo legandi: v. c. Titio, cui fundum pure legaueram, iam ea lege eundem do lego, si in hanc urbem migraverit. §. 1. Inst. l. 6. D. b. t.

* Huius nomen necessario exprimendum est. Alioquin non erit translatio legati, sed Titius et Macuius in co pro coniunctis habebuntur. l. 33. pr. D. de legat. I.

§. 645.

Quot tunc
opus sit
testibus?

Quum vero translatio, quae fit mutata legatarii persona, simul fit ademptio, simul noui legati constitutio: *l. 5. D. h. r. facile patet, ad eam non sufficere pauciores, quam quinque testes: (§. 606. 4.)* alias recte quidem ademptum esse legatum, adeoque neutrum illud accipere.

§. 646.

Legata
quomodo
exstinguantur?

Exstinguuntur etiam aliquando legata, praeter voluntatem testatoris, veluti 1) si legatarius, ante testatorem mortuus, collegatarium, quocum coniunctus fuerit, non habeat. (§. 627.) *l. vii §. 2. C. de caduc. toll.* 2) Si ante existentem conditionem decesserit. (§. 633.) *l. 5. §. 2. D. quando dies leg. ced.* 3) Si res aliena legata iam ante mortem testatoris ex causa lucratua ad legatarium peruenerit. (§. 612.) §. 6. *Inst. de legat.* 4) Si res legata perierit sine culpa heredis. (§. 620, 1.) §. 16. *Inst. eod.* 5) Si testamentum nullum, (§. 569.) ruptum, (§. 574.) irritum factum: (§. 575.) *l. 17. D. de in. inst. rupt. irr. testam non si rescissum. (§. 584, 7.) Nou. iij. cap. 3. §. ult. cap. 4. §. ult.* 6) Si conditio defecerit. (§. 548, 2.) *l. 3. l. 27. in fin. D. de cond. instir.*

§. 647.

Legata pro
non scriptis
habita, et
eripta in
dignis.

Aliquando etiam legata PRO NON SCRIPTIS HABENTVR. Aliquando legatariis, VT INDIGNIS, a filco ERIPIVNTVR. De causis ad *Digest. lib. XXXIII. tit. 8. et sequ.* erit agendum.

T I T. XXII.

DE LEGE FALCIDIA.

§. 648.

Legis Fal-
cidiae histo-
ria et mate-
ria.

Ad legata etiam pertinet LEX FALCIDIA, lata a P. Falcidio, tribuno plebis, anno ab V. C. 714. Cn. Domitio Caluino et C. Asinio Pollione coll. Dio Cass. lib. XXXXVIII. pag. 430. qua cautum,

vt

ut nemini liceret ultra dodrantem legare, et, si ultra quid legatum, heredi tantum retinere liceret, ut quartam partem hereditatis habeat saluam. Cai. *Inst. lib. II. tit. 8. l. 1. pr. D. b. 1.*

§. 649.

Quum enim lege 12. tabularum patrifamilias *Causse* ius esset legandi pro lubitu, (§. 487.) et saepe te- *buius legis:* statores ita legatis onerarent heredes, ut iis vix quidquam lucri superesset: (*pr. Inst. b. 1.*) variis quidem legibus heredi prospectum *, quarum nulla tamen praeter Falcidiam sufficere visa est coörcendae testatorum licentiae. *d. pr. Inst. b. 1. l. 120. D. de verb. sign.*

- * Primum lata LEX FURIA, a C. Furio, tribuno plebis, qua cautum, ne cui liceret ultra mille asses legare, praeterquam cognatis, aliisque quibusdam personis. Vlpian. *Pragm. tit. 18. §. 7.* Quum vero ita non quidem vni ultra mille asses, sed tamen eadem summa eo pluribus legaretur: anno V. C. 594. Q. Volonius Saxon, tribunus plebis, nouam rogauit legem, qua cautum, ne quis census plus vlli legaret, quam ad heredem heredesue perueniret. Verum quum ita quoque minima saepe pars hereditatis ad heredem perueniret, et plerique instituti recusarent pro nullo aut minimo lucro hereditatem adire: fieri non potuit, quin plurima testamenta deituerentur, adeoque his legibus ad rei consummationem parum proficeretur. *pr. Inst. b. 1.*

§. 650.

Ex hac itaque lege I. oportet heredem quartam *Quid velis* honorum saluam habere, et II. si eam saluam non *lex Falcidia? Axioma.* habeat, tantum cuique legatorum pro rata detrahit, quantum tum quartae desit. (§. 649.) *hereditatis*

§. 651.

Ergo eam quartam deducit HERES grauatus, *Quis quartam detrahat?* (§. 650. 2.) et ex legis quidem intentione testamentarius, sed ex interpretatione n. PII etiam legitimus. *l. 18. pr. D. b. 1.* Ex quo consequitur, 1) ut si plures coheredes sint, in singulis heredibus Falcidiae ratio ponenda sit. §. 1. *Inst. b. 1. l. 77. D. eod. 2)* Ut,

si duobus institutis, quorum alterius portio legatis exhausta est, alter coheres deficiat, eiusque portio coheredi accrescat, quartam detrahi possit, si portio grauata accreuerit non grauatae: minime vero, si non grauata grauatae accesserit. *l. 78. l. 87. §. 4. D. b. t.* 3) Vt, si a legatario vel fideicommissario legatum, ii, quantumuis grauati, quartam detrahere nequeant. *l. 47. §. 1. D. b. t.*

§. 652.

Quomodo
ea compu-
tanda?

Quumque quarta bonorum salua heredi esse debeat: (650, 1.) sequitur, 1) vt in quantitate patrimonii exquirenda mortis tempus spectetur, §. 2. *Inst. b. t. l. 56. pr. D. eod.* adeoque 2) nec subsequens incrementum hereditatis legatariis profit, nec decrementum iisdem obsit. *l. 73. pr. D. eod.* 3) Vt non ponatur quartae ratio, nisi deducto aere alieno, (sine cuius deductione bona non intelliguntur. *l. 39. §. 1. D. de verb. sign.*) deductisque funeris impensis, deductis pretiis seruorum manumissorum, et impensis in hereditatem suscipiendam factis. §. 3. *Inst. l. 29. C. b. t. l. ult. §. 9. C. de iur. delib.* 4) Vt non imputetur in hanc quartam, nisi quod titulo institutionis ad heredem peruenit. * *l. 74. l. 76. D. b. t.*

* Secus ac in fideicommissis. In Trebellianicam enim omnia computantur. (§. 669, 1.)

§. 653.

Quibus de-
strahitur?

Detrahitur quarta 1) legatariis: (§. 650.) adeoque, quum legata et fideicommissa per omnia exaequata sint, (§. 606, 2.) 2) etiam fideicommissariis particularibus: *l. 18. pr. D. b. t.* immo ex interpretatione 3) etiam donatariis, quibus quid mortis causa destinatum, *l. 5. C. b. t.* non quibus inter vivos donatum, praeterquam coniugibus inter se donantibus. *l. 12. C. ead.*

§. 654.

Quibus non
destrahitur?

Sed ea lex cessat 1) in dote mulieri relegata, quam ipsa lex exceptit; *l. 81. §. 1. D. b. t.* 2) in testa-

testamento militis, (non veterani) quippe plerisque legibus de testamenti factione soluto; (§ 502.) l. 17. l. 92. l. 40. D. l. 7. C. h. t. 3) in rebus per testatorem alienari prohibitis; *Aurb. jed et in ea re C. h. t. 4*) in rebus ab herede subtrahendis dolose; l. 24. D. h. t. 5) in legatis ad pias causas; *Nou. 131. cap. 12. 6*) in libertate legata; l. 33. l. 34. l. 43. D. h. t. 7) si vel testator expresse prohibuerit quartam detrahi *, *Nou. 1. cap. 2. §. 2.* vel 8) heres, mortuo testatore, sponderit, se integra legata praestitutum, l. 46. l. 71. D. l. ult. C. h. t. vel ea sciens, vel ex ignorantia integra praestiterit; l. 9. C. eod. 9) si heres id egerit, ut fideicommissam intercideret; l. 59. pr. l. 68. §. 1. D. h. t. 10) si viuis testator iam heredi quartam, vel quod eidem aequiparari possit, dederit; l. 56. §. ult. l. 91. D. h. t. 11) si heres inuentarium non confecerit. l. ult. §. penult. C. de iur. delib.

* Sed id contra iuris rationem inuexit Iustinianus. Lex Falcidia enim non modo in gratiam testatorum, ne eorum testamenta destituerentur, lata est, verum etiam in gratiam heredum, ne iis hereditas sine lucro obueniret. l. 71. D. h. t. Iustinianus vero heredum rationem non habuit, adeoque totam legem Falcidiam sese peruertit, dum testatoribus concessit, ut detractionem Falcidiaë possint prohibere, quum antea id non liceret. l. 15. §. ult. D. h. t.

T I T. XXIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATI-
EVS, ET AD SC. TREBELLIANVM.

§. 655.

Hactenus de hereditatibus et legatis, in quibus desin- *Connexio.*
deruntur verba directa et imperatiua: (§ 493. * *Quid si iei-*
§. 602, l.) sequuntur FIDEICOMMISSA, quae ver- *commiss-*
sum.
bis obliquis seu precatiuis relinquuntur.

§. 656.

Ea vel VNIVERSALIA sunt, vel SINGULARIA. *Quotuplex?*
De illis hoc; de his sequente titulo agitur. VNIVER-

SALIA ergo sunt, quando hereditas, eiusue pars, instituto relinquitur verbis precatiuis, tituloque vniuersali. §. 2. *Inst. b. r.*

§. 657.

Quot personae requirantur?

Quum ergo haec fideicommissa verbis precatiuis relinquantur: (§. 656) sequitur, ut adesse oporteat I. fideicommittentem, II. heredem fiduciarium, qui rogetur, ut restituat, quique stricto iure heres permanet, etiam facta restitutione, §. 3. *Inst. b. r. l. 88. D. de hered. inst.* III. fideicommissarium, cui hereditas e fideicommissio restituenda.

§. 658.

Fideicommissum expressum et tacitum.

Restitutio vel EXPRESSE iniungitur fiduciario, v. c. *Titius heres esto, eundem vero rogo, ut hereditatem Sempronio restituat*; vel TACITE iniuncta censetur, veluti si testator dixerit: *rogo heredem, ne hereditatem alienet, sed relinquat familiae*; l. 69. §. 3. *D. de leg. 2.* vel: *rogo, ne testamentum faciat, donec liberos susceperit*; l. 74. pr. *D. de SC. Trebell.* vel: *rogo, ut testamento suo Seium heredem faciat*. l. 17. pr. *D. eod.* Vnde fideicommissa vel EXPRESSA, vel TACITA esse, patet.

§. 659.

Quis possit fideicommittere.

Quum vero hoc modo hereditas, eiusue pars titulo vniuersali relinquatur: (§. 656) sequitur, I) ut fideicommittere possint, qui possunt testari. l. 2. *D. de legat. 1.* 2) Ut possit fideicommitteri ab omnibus, qui heredes sunt, et ad quos hereditas, eiusue pars, peruenit, l. 1. §. 17. *D. de SC. Trebell.* l. 9. *C. de fideicommiss.* adeoque etiam a fideicommissariis. §. 11. *Inst. b. r.* Quamuis huius modi fideicommissarias substitutiones doctores ad quartum gradum restringant ob *Nou. 159.* vbi tamen casus specialis, si quis per medium impuberem heres exstiterit. 3) Ut iis restitui queat, cum quibus est testamentifactio *. l. 67. §. 3. *D. ad SC. Trebell.*

* Ita iure nouo. Olim enim, qui ex testamentis capere non poterant, ijs fideicommissa relinquebantur. §. 1. *Inst.*

Inst. b. t. Vlpian. tit. 25. §. 16. Exempla sunt apud
Cic. *de finib. lib. II. cap. 58.* Quinctil. *Declar. 324.*
Val. Max. *lib. III. cap. 2. §. 7.*

§. 660.

Ex positione 2. antecedentis paragraphi denuo *A quibus,*
fluit, 4) fideicommissi posse non solum *in testa. et qu. for-*
mento, verum etiam *ab intestato,* § 10. *Inst. b. t. (he. ma?*
redes enim legitimos testator satis honoravit, dum
non excohsit, *l. 1. §. 6. D. de legat. 3. l. 8. §. 1. D. de*
iur. codicill.) adeoque adhibitis quinque testibus, nisi
moriens viva voce heredi fideicommissit, quo casu
et sine testibus fideicommissum ratum est, et fidu-
ciario, praeiuro iureiurando calumniae, iurand-
um deferri potest. Id si praestare recuset, soluere
tenetur. §. *ult. Inst. b. t.*

§. 661.

Quumque heredi fiduciario iniungatur restitutio: *Quomodo?*
sequitur, 5) ut hereditas per fideicommissum non
modo *pure et sub conditione,* verum etiam, quod in
directa institutione non licet, (§. 544.) *ex certo die*
relinqui queat: §. 2. *Inst. b. t.* quia sic testator non
pro parte testatus, pro parte intestatus decedit. ?
(§. 491, 3)

§. 662.

Quandoquidem vero fideicommissa verbis *pre-*
catis relinquantur, (§. 655.) ea vero, nisi accedat *Ex fidei-*
promissio, obligationem haud producant: *commissio*
inferre olim
bant veteres, fiduciarium nullo vinculo iuris, *sed non obliga-*
solo pudore, ad praestandum fideicommissum ad-
batur.
stringi. §. 1. *Inst. b. t. Vlpian. Fragm. tit. 25. §. 1.*

§. 663.

Sed iisdem, inter exempla probitatis et perfidiae *Augustus*
fluctuantibus, necessitatem iuris addidit Augustus, *ils necessi-*
consulibusque id dedit negotii, ut fiduciarios heredes *tatem iuris*
fideicommissa praestare cogerent. Quo consilio po-
addidit.
stea et duos praetores fideicommissarios constituit
Claudius, (quamvis Titus vnum iterum detraxerit.

l. 2. §. 31. D. de orig. iur.) §. 1. Inst. b. 1. pr. Inst. de codicill. Suet. Claud. cap. 23.

§. 664.

*Hinc saepe
fiduciarium
hereditatem
reputant.*

Quia vero heres fiduciarie stricto iure, restituta etiam hereditate, heres permanet, (§. 657, 2.) adeoque omne aes alienum solvere tenetur, (§. 596, 10.) et tamen saepe totam hereditatem cogebatur restituere: (§. 655.) eveniebat, quod in legatis accidisse diximus, (§. 649. *) ut recusarent heredes pro nullo aut minimo lucro hereditates; aliis restituendas, adire, et creditoribus obligari. *l. 1. §. 3. D. ad SC. Trebell.*

§. 665.

SC. Trebellianum.

Hinc primo sub Nerone * conditum sc. TREBELLIANUM, eoque cautum, *ut si hereditas ex causa fideicommissi restituta sit, omnes actiones, quae iure civili heredi vel in heredem competere, ei et in eam, cui ex fideicommissio restituta sit hereditas, darentur.* §. 4. *Inst. b. 1. [Histor. iur. lib. I. §. 226.]*

* A. V. C. 814. VIII. Kal. Sept. L. Annæo Seneca et Trebellio Maximo coll. suffectis *l. 1. pr. D. ad SC. Trebell.* Ceterum eo SC. non actiones directe ab herede fiduciarie remebantur, sed habebat tamen ex SC. Trebelliano exceptionem. *l. 1. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 8. D. quando de pecul. act. annal. test.*

§. 666.

SC. Pegasianum.

Quia vero ne sic quidem vllum lucrum ad heredem redibat, et hinc nihilominus fideicommissa pleraque exstinguebantur: (§. 664.) sub Vespasiano, Pegaso et Pufione coll. suffectis, PEGASIANO SCto cautum, *ut rogatus hereditatem restituere, perinde quartam retinere posset, ac ex legatis per legem Falcidianam: (§. 5. Inst. b. 1.) et si quis, hoc lucrum adspernatus, alire noller. is ad adeundum restituendumque cogere.* §. 6. *Inst. cod.*

§. 667.

Quando alterutro opus esset?

Cui ergo quarta satua erat, is restituere solebat hereditatem ex SC. Trebelliano, et tunc in vtrumque dabat.

dabantur actiones hereditariae pro rata portionis ad utrumque paruenientis. Cui vero quarta salua non erat, is ex SC. Pegasiano, detracta quarta, hereditatem restituebat, et stipulationibus interpositis, quoniam partem aeris alieni soluere teneretur, sibi cauebat. §. 6. *Inst. b. t.*

§. 668.

Sed Iustinianus, expulso Pegasiano, omnem SC. Trebelliano auctoritatem attribuit, §. 7. *Inst. b. t.* vel potius utrumque ita in vnum conflauit, ut retento nomine SC. Trebelliani, vtriusque materia coniungeretur.

SC. Trebellianum et Pegasianum in vnum conflata.

§. 669.

Ex quo sequitur, 1) ut hodie fiduciario *, quartam partem hereditatis, quae olim Pegasiana, nunc Trebellianica vocatur, saluam non habenti, semper eam liceat retinere, vel errore facti solutam repetere, §. 7. *Inst. b. t.* imputatis tamen in hanc quartam omnibus quocumque titulo a defuncto acceptis, etiam fructibus ex bonis ante restitutionem perceptis: l. 13. §. 1. l. 22. §. 2. *D. ad SC. Trebell.* secus, ac in quarta Falcidia. (§. 652, 4.)

Quartae detractio.

* Non vero detrahit fideicommissarius, rogatus, ut hereditatem a fiduciario acceptam alii iterum restitueret, l. 22. §. ult. l. 55. §. 2. *D. ad SC. Trebell.*

§. 670.

Ex eodem fluit, 1) semper hodie obligationes tum actiuas, tum passiuas; inter heredem fiduciarium et fideicommissarium pro rata diuidi, §. 7. *Inst. b. t. l. 1. C. de SC. Trebell.*

Actionum inter fiduciarium et fideicommissarium diuisio.

u. l. i. l. l. C. de SC. Trebell.

§. 671.

Denique et inde sequitur, 3) ut semper hodie heres fiduciarius ad adeundum restituendumque adigi possit. §. 7. *Inst. b. t. l. 4. D. ad SC. Trebell.*

Fiduciarius adire cogitur.

§. 672.

Quum denique ea quarta Trebellianica ad exemplum Falcidiae inuenta sit: (§. 656.) §. 5. *Inst. b. t.* iisdem fere casibus cessat, quibus Falcidia, (§. 654.)

Quando cesset quarta Trebellianica?

veluti

veluti 1) in testamento militis; *l. 7. C. ad leg. Falc.*
 2) si testator quartam hanc detrahi expresse prohibuerit: *Nov. 1. cap. 2. §. 2.* 3) si heres ex ignorantia iuris hereditatem uniuersam restituerit: *§. 9. C. ad leg. Falcid.* 4) si inuentarium facere neglexerit: 5) si quartam iam saluam habeat iudicio testatoris. *§. 9. Inst. b. 1.* Quibus adde causam fideicommissis propriam, puta, 6) si coactus adierit hereditatem. *§. 7. Inst. b. 1.*

T I T. XXIII.

DE SINGVLIS REEVS PER FIDEICOMMISSVM RELICTIS.

§. 673.

Fideicommissa particularia. **H**æc de fideicommissis *uniuersalibus*: sequuntur *SINGULARIA*, (§. 656) quibus quæuis res *singulae*, titulo *singulari*, *verbis precatiuis* relinquuntur. *pr. Inst. b. 1.*

§. 674.

Ex legatis exaequata. Ergo verborum formulis etiamnum differunt legata et fideicommissa, re ipsa et effectu per omnia exaequata sunt: (§. 606, 2.) ut adeo hic omnia repetenda sint, quæ titulo de legatis diximus.

§. 675.

Differentiae quædam. Remansere tamen quædam differentiae. Nam 1) legata libertas immediate seruo competit, et hinc ille nulla iura patronatus heredi debet: per fideicommissum relictam libertatem seruus ab herede accipit, eique debet iura patronatus. *§. 2. Inst. b. 1. (§. 99. §. 112.)* Legata relinquere non possunt, nisi adhibitis quinque testibus; (§. 606, 4.) fideicommissa etiam sine testibus relicta debentur, si probari, vel iusiurandum deferri possit, testatorem cui præsentem fideicommississe. *l. ult. C. de fideicommiss. (§. 660.)*

TIT. XXV.

DE CODICILLIS.

§. 676.

Vti hereditates non nisi testamento; ita fidei-^{Connexio.} commissa vtriusque generis, (§. 660.) et legata, (§. 604.) etiam CODICILLIS relinquuntur, de quibus hoc titulo agendum.

§. 677.

CODICILLI veteribus nihil aliud erant, quam *Codicilli* epistolae, Cic. lib. III. ad diuers. epist. 12. lib. VI. quid veteribus? epist. 18. lib. XII. ad Att. epist. 8. maxime a praesentibus ad praesentes scriptae. Lips. Inst. epist. cap. 2. Hinc Seneca Epist. 55. Video te, mi Lucili quum maxime, audio, adeo rectum sum, ut dubitem, an incipiam non epistolas, sed CODICILLOS, tibi scribere.

§. 678.

Tales codicillos saepe et moribundi ad heredes ^{Mos ad be-} suos scribebant, quibus, quid fieri ab illis vellent, ^{redes scri-} significabant. Vnde plerumque formam epistolae prae se ferebant *. l. 56. D. de fideic. libert. l. 37. §. 2. D. de legat. 3. l. 30. §. 1. D. de adim. vel transfer. legat.

* Immo passim in iure nostro vocantur EPISTOLAE, l. 89. pr. D. de legat. 2. l. 41. §. 2. D. de legat. 3. et EPISTOLAE FIDEICOMMISSARIAE. l. 7. C. qui testam. fac. poss.

§. 679.

Et epistolae quidem hae olim non magis here- ^{Quid iuris} dibus imponebant legem, quam ipsa fideicommissa. ^{ex codicil-} (§. 672.) Sed occasione L. Lentuli *, cuius ex per- ^{lii.} sona et fideicommissa coeperunt, etiam codicillis addita est iuris auctoritas. Augustus enim, consilio C. Trebatii Testae, statuit, ut si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Quae tempora, quum et Labeo codicillos fecisset, nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur, pr. Inst. h. r.

* Est

* Est is *L. Cornelius Lentulus*, quem Steph. Vin. Pighius *Coffum*, Sigon. in *Fest.* pag. 351. *Cnasum* perperam vocant, quemque anno V. C. 751. cum *M. Valerio Messalino* consulem fuisse, vel ex *Reinesii Inscrip. class. X. n. 3. pag. 597.* et postea Africae pro consule praefuisse, factis constat.

§. 680.

*Codicilli
quid?*

CODICILLI ergo sunt minus sollempnis testatorum intestatorumque voluntas. §. ult. *Inst. b. t.*

§. 681.

*Quotupli-
ces?*

Dicimus, esse voluntatem ultimam. Vnde codicilli vel sunt SCRIPTI, vel NUNCUPATIVI; *l. 13. C. de SS. eccles. l. ult. §. ult. C. b. t.* itemque vel TESTATO, vel AB INTESTATO FACTI, §. 1. *Inst. b. t.* quorum hi viribus suis subsistunt; *l. 3. pr. §. 2. l. 8. pr. §. 1. D. b. t.* illi cum testamento subsistunt vel cadunt. *l. 3. §. ult. l. 16. D. b. t.*

§. 682.

*An sollemp-
nitatem
requirant?*

Addimus, esse voluntatem minus sollempnem. Vnde pleraque, vel ad sollempnitates internas et externas testamentorum pertinent, hic exsulant. Hinc codicillos quidem facit, qui et testamentum facere potest: *l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. D. b. t. l. d. I*) non potest quis in codicillis heredem directe instituere, exheredem scribere, substituere, §. 2. *Inst. l. 6. pr. l. 10. D. l. 2. C. b. t.* verum 2) fideicommittere, legare, mortis causa donare, &cet.

§. 683.

*Et plures
codicilli
valent.*

Inde etiam 3) codicillos quis facere potest plures, modo sibi inuicem non aduersentur: §. 3. *Inst. l. 6. §. 1. D. l. 3. C. b. t.* quum tamen nemo paganorum cum duobus testamentis decedere possit. (§. 491, 4.)

§. 684.

*An testes
requiran-
tur?*

Hinc et 4) nulla exigitur sollempnitas ordinatio- nis, §. 3. *Inst. b. t.* Sufficit enim vnitas actus, *l. ult. C. b. t.* et quinque testium, etiam quibuscum non omnino est testamentifactio, veluti mulierum, im- mo et non rogatorum *, praesentia. *l. 20. §. 6. D. qui testam. fac. poss. l. ult. §. ult. C. b. t.*

* Quod

* Quod ad feminas attinet, dissentiunt Arn. Vinn. ad §. 6. *Inst. de testam. ord.* et Henr. Bern. Reinold. *Var. cap. 8.* Sed quum olim in codicillis testibus non magis opus fuerit, quam in epistolis, uti ex *l. 89. pr. D. de legat. 2.* et *l. 77. §. 23. D. ead.* colligitur, postea vero quinque testes non sollempnitatis vel ordinationis, sed probationis causa, exigentur: recte colligitur, et seminarum testimonium non esse reiiciendum. *Arg. l. 20. §. 5. D. qui testam. fac. poss. l. 18. D. de test.*

§. 685.


Solent etiam codicilli iungi testamento sollempni, *Quid clausula codicillaris?*
quando illi inseritur CLAUSULA CODICILLARIS, *si testamentum non valebit tamquam testamentum, volo ut valeat iure codicillorum. l. 41. §. 3. D. de vulg. et pupill. subst. l. 3. in fin. D. de test. mil.*

§. 686.

Et tunc huius modi testamentum, ratione sollempnitatum externarum inualidum, in vim fideicommissi sustinetur, *Quid operetur?*
l. 29. §. 1. D. qui testam. fac. poss. dum quinque testes subscripserint. Non vero haec clausula supplet 1) defectum sollempnitatum internarum, e. gr. praeteritionem liberorum, nec 2) defectum in statu, vel voluntate testatoris: nec 3) defectum non aditae hereditatis. *l. 3. D. de vulg. et pupill. subst. l. 25. D. qui test. fac. poss.*

§. 687.

In foro tamen multo maiorem huic clausulae effectum tribuere solent, adeo, ut eam testamentum sustinere dicant, in quo praeteritus pater vel filius; *vsus bonorum dierum.*
Stryck, *Caut. testam. cap. 23. §. 39. seq.* item testamentum ruptum a postumo, dum testator sciuerit, se postumum habiturum; *Gail. lib. II. Obs. 114.* nec non testamentum destitutum, eatenus, ut fideicommissum ab heredibus etiam legitimis peti possit. *Gail. lib. II. Obs. 134. n. 3.* Quin et clausulam codicillarem non adiectam subintelligi, tradunt scriptores pragmatici. *Sande lib. III. tit. 1. def. 12.*



LIBER III.

TIT. I.

DE HEREDITATIBVS, QVAE AB INTESTATO DEFERVNTVR.

§. 688

Connexio. **S**upra de hereditatibus, quae *testamento* deferuntur. Nullo existente testamento, vel, eo infirmato, locum habet **SUCCESSIO LEGITIMA AB INTESTATO**, (§. 484.) de qua iam agitur prioribus titulis libri tertii.

§. 689.

Successio intestatorum antiqua et noua. Eius alia ratio fuit iure *veteri*, quod in Institutionibus exponit Iustinianus: alia est iure *nouo* per *Nou. 118.* Nos praemissa paucis veteris iuris historia, de noua succedendi ratione plenius agemus.

§. 690.

Veteris successiois fundamentum. Fundamentum **Successionis veteris** erat **conseruatio familiarum**. Familia enim vniuersitas quaedam videbatur, cuius princeps est paterfamilias, liberi et adgnati veluti *συνδеспοτείας* iure gaudent. Ill. van Bynkerhoek *Obs. iur. lib. II. cap. 1.* Ergo ii tantum succedebant, qui erant pars familiae: non emancipati et cognati.

§. 691.

Succedebant primo sui. Quum ergo proximi in familia essent vel **SUI HEREDES**, tamquam viuo patre quodammodo domini, et *αὐτοκληρονόμοι*: (§. 588.) legibus **12. tabularum** cautum fuerat: **SI INTESTATO MORITVR, CUI SVVS HERES NEC ESCIT, ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.** *Y. 9. §. 2. D. de lib. et postum. Vlpian. Fragm. tit. 26. §. 1.*

§. 692.

*De hereditate
ante Iulio
de lib.*

*Quum ius
ad de her. tab.
et de lib. et de
intest. ab argu.
lib. et postum.*

§. 692.

Idcirco primo heredes erant LIBERI SVI *, *Quomodo, et qui liberi successerint?* (588.) cum naturales, tum adoptiui, §. 2. 7. *Inst. b. t.* et proximi quidem gradu in capita, remotiores in stirpes, §. 6. *Inst. h. t.* Non ergo emancipati emancipataeque, (§. 690.) §. 9. *Inst. b. t.* quos tamen praetor naturali aequitate motus, ad bonorum possessionem vocabat edicto *unde liberi* §. 9. *Inst. b. t. l. 1. §. 7. 9. l. 2. l. 4. D. unde liberi.*

* Adeoque etiam uxores, quae in manum conue-
nerant, quippe quae filiarum familias loco erant,
κοινωνοὶ ἀπάντων χρημάτων τε καὶ ἐργῶν,
omnium honorum sacrorumque factae participes (§. 146.)*
Dionys. Halicarn. lib. II. pag. 95.

T I T. II.

DE LEGITIMA ADGNATORVM SVCCES-
SSIONE.

§. 693.

Quum vero et adgnati essent eiusdem familiae ac *Suis non existantibus, succedebant adgnatis.* nominis: (§. 220.) eadem lex 12. tabularum, liberis non existantibus, vocabat ADGNATOS PROXIMOS. (§. 691.)

§. 694.

Ex quo sequebatur, 1) vt soli succederent, qui *Quomodo successerint?* per virilis sexus personas adgnatione defuncto iungebantur, non cognati: (§. 690.) et adgnati quidem in infinitum; adgnatae non vltra sorores §. 3. *Inst. b. t.* quamvis et has remotiores praetor vocaret edicto *unde cognati* §. 3. *Inst. b. t.* 2) Vt eiusdem iuris essent adgnati naturales, et per adoptionem facti. §. 2. *Inst. b. t.* 3) Vt semper proximus excluderet remotiorem, adeoque nec ius repraesentationis locum haberet, nec propiore repudiante remotior admitte-
retur: §. 5. §. 7. *Inst. b. t.* quamvis et hos denuo
P praetor

praetor vocaret edicto *unde cognati*, et Iustinianus eos pleno iure admitteret. §. 7. *b. r.*

§. 695.

*An et ad-
spondentes
-succedant?*

Pater filio suo non succedebat, quia veteri iure filius familias nihil habebat proprii. (§. 472.) Emancipato succedebat, non tamquam adgnatus, (§. 222.) sed tamquam manumissor filii, iure patronatus. (§. 190 234.) §. *ult. Inst. b. r.* Mater, quia inter adgnatos non erat, plane non succedebat liberis, quemadmodum nec liberi matri. *pr. Inst. de SC. Tertull.* Vtrisque tamen postea consultum est primum a praetore, qui has personas edicto *unde cognati* vocabat, ac deinde SCtis TERTULLIANO, de quo *tit. 3. et ORPHEIANO*, de quo *tit. 4. pr. Inst. de SC. Tertull.*

T I T. III.

DE SC. TERTULLIANO.

§. 696.

*C Tertul-
lianum de
successione
matri dese-
renda.*

SC. nimirum TERTULLIANO sub Hadriano cautum, ut mater, (non avia,) ingenua trium; libertina quatuor liberorum⁴ ius habens, ad bona filiorum filiarumque siue legitime siue vulgo quaesitorum quaesitarumque ab intestato admitteretur, dummodo, si ipsa mater in potestate esset, eius, cuius in potestate erat, iussu adiret. §. 2. §. 7. *Inst. b. r. l. 2. pr. §. 1. sequ. D. b. r.* Vlpian. *Fragm. tit. 26 extrem. Paull. Sent. recept. lib. III. tit. 9. [Antiquit. Rom. b. r.]*

§. 697.

*Quomodo
succedat
mater?*

Succedebat ergo 1) mater non omnis, sed liberorum iure subnixi, 2) non liberis omnibus, sed intestatis, 3) et liberos non relinquentibus, quippe qui matri praeferebantur. §. 3. *Inst. b. r.* Immo 4) non semper, sed si non adessent propiores. Praeferebantur enim matri et nepotes ex defuncto filio, vel filia, pater, fratres germani et consanguinei, simpli-

simpliciter forores, quae et cum matre, et cum fratribus consanguineis simul admittebantur. §. 3. *Inst. h. t.* Quod tamen ita mutavit Iustinianus, ut mater etiam si liberos pauciores vel nullos enixa, et cum fratribus fororibusque defuncti, et cum illis quidem in portionem virilem, cum his in partem dimidiam simul admitteretur. §. 4. 5. *Inst. h. t.*

T I T. III.

DE SC. ORPHITIANO.

§. 698.

Quum ergo mater hoc modo succederet liberis: *Ut mater aequum videbatur, et liberos succedere ma-* *liberis, sit*
 tri, quia successionis iura regulariter sunt recipro- *liberi matri*
 ca. l. 11. C. de legit. heredit. *succedere.*

§. 699.

Et ita cautum sc. ORPHITIANO, anno v. c. *Ex SC.*
 931. *Vettio Iuliano Rufo et Cornelio Scipione Or-* *Orphitia-*
phito coll. *Henr. Noris. Epist. consular. p. 462. edit. no.*
Graeu. quo censuit ordo amplissimus, ut legitima hereditas matris siue ingenuae, siue libertinae, liberis tam legitimis, quam vulgo quaesitis, quamvis in alterius potestate constitutis, ab intestato deferretur. *pr. et §. 4. Inst. h. t. pr. et §. 1. sequ. l. 6. §. 1. D. de SC. Tertull.* Quod ius ne capitis quidem deminutione expirabat. §. 2. *Inst. h. t. [Histor. iur. lib. I. §. 301.]*

§. 700.

Id vero postea et ad nepotes neptesque productum est constitutionibus principum. §. 1. *Inst. h. t.* *Immo et nepotes neptesque.*

T I T. V.

DE SVCCESIONE COGNATORVM.

§. 701.

Deficientibus adgnatis, ex lege 12. tabularum *Deficientibus adgnatis succedere*
 non cognati, (§. 690.) sed gentiles vocabantur, *non cognati, (§. 690.) sed gentiles vocabantur,*

san genti-
br. tur. Cautum enim illis fuerit: SI ADGNATVS
NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HABENTO.
Vlpian. *Fragm. tit. 26. §. 1.* Cic. *de orat. lib. 1. cap. 38.*
Quinam sint gentiles, diximus supra. (§. 210. *)

§. 702.

Postea co-
gnati ad-
missi ex
edicto prae-
soris. Sed praetor edicto VNDE COGNATI, deficientibus adgnatis, etiam *cognatos*, id est, per mulieris sexus personas cognatione iunctos, quibus et adgnatos, minimam capitis deminutionem passos, et vulgo quaesitos accensuit, ad successionem vocauit ad septimum usque gradum. *pr. §. 1. seqq. Inst. b. r.*

T I T. VI.

DE GRADIBVS COGNATIONVM.

§. 703.

Computatio
graduum. Quum ergo ad certum gradum daretur haec bonorum possessio: (§. 702.) Iustinianus hic agit de computatione graduum cognationis. Sed eam doctrinam certis regulis inclusam iam exposuimus sub titulo de nuptiis *. (§. 153. *sequ.*)

* Hic tantum obseruandum, in successioibus computationis canonicae, respectus parentelae, lineae aequalis et inaequalis rationem non haberi. Exceptionem vide apud Feltmann *de feud. cap. 8. §. 1.*

T I T. VII.

DE SERVILI COGNATIONE.

§. 704.

Seruilis co-
gnationis
nulla hic
habita ra-
tio. Quamuis vero nuptiis et seruilis cognatio impedito esset: (§. 152.) eius tamen ratio non habebatur in successioibus, etiamsi cognatus cognatae seruilis conditionis manumissus manumissaue esset. *pr. Inst. b. r. l. ult. §. 5. D. de grad. et adfin.*
Hiuc e. gr. ancilla cum liberis manumissa, his neque
ex

DE SVCCESIONE LIBERTORVM. 227

ex SC. Tertulliano succedebat, nec ad bonorum possessionem ex edicto *vide cognati* vocabatur.

§. 705.

Sed Iustinianus constitutione, quae hodie non *Iustiniani constitutio.* existat *, sanxit, vt et parentes liberis, et liberi parentibus post inanimissionem succederent; ipsisque patronis praeferrentur ad similitudinem successionis inter parentes liberosque legitimos receptae. *d. pr. Inst. h. t.*

* Partem tamen eius constitutionis ex vetustis membranis, partem ex Basilicis restituit Iac. Cuiac. *Obj. lib. XX. cap. 34.*

T I T. VIII.

DE SVCCESIONE LIBERTORVM.

(*tin bona?*)

§. 706.

Quam et patronus liberto vice parentis vel ad *Patroni cur succederent libertis?* cognati esset: (§. III.) consequens erat, vt et ille liberto succederet. (§. II2, 4.)

§. 707.

Eam in rem lege 12. tabularum cautum fuerat: *Lex 12. tabularum.*
SI LIBERTVS INTESTATO MORITVR, CVI SVVS
HERES NEC ESCIT, AST PATRONVS PATRO-
NIVE LIBERI ESCINT, EX EA FAMILIA IN
EAM FAMILIAM PROXIMO PECVNIA DVITOR.
Vlpian. Fragm. tit. 27. §. 1. tit. 29. §. 1.

§. 708.

Succedebant ergo 1) patronus, eoque praemor- *Quando pa- tronus ad- mittatur?*
tuo 2) eius liberi superstites proximi; cessante hic iure repraesentationis, *Vlpian. ibid. Paull. Sens. rec. lib. III. tit. 2. §. 1. l. 23. §. 1. D. de bon. libert. et quidem 3) ab intestato: (vnde patronus testamento liberti iure excludebatur, et 4) eo quidem casu, si libertus non reliquisset heredes suos. §. 2. Inst. h. t. Vlpian. tit. ult. §. 1.*

§. 709.

*Prætoris
dictum.*

Sed prætor patrono, testamento excluso, dabat bonorum possessionem contra tabulas usque ad partem hereditatis dimidiam, modo naturales liberos libertus non reliquisset. §. 1. *Inst. b. t. Ulpian ibid.*
§. 1. 3. Si adoptivi extabant, et intestatus decesserat libertus, eiusdem dimidiæ partis bonorum possessionem dabat. *d. §. 1. Inst. b. t.*

§. 710.

*L. x Papia
Poppæa
de iure pa-
troni.*

Postea lege Papia Poppæa cautum, ut si libertus, siue testatus siue intestatus, centum sestertium millia, et pauciores, quam tres liberos reliquisset, patrono virilis pars tamquam legitima deberetur. §. 2. *Inst. b. t.*

§. 711.

*Iustiniani
constitutio.*

Denique Iustinianus constituit, 1) ut si libertus non esset centenarius *, posset patronum testamento excludere, intestatus vero, non exstantibus liberis, patronum heredem legitimum haberet: 2) sin esset centenario maior, eius liberi patrono præferrentur, his vero non exstantibus, patroni quidem ab intestato heredes essent, testamento vero exclusi bonorum possessionem tertiæ partis consequerentur, vel si minus relictum esset testamento, id eis ex constitutione repleretur. §. 3. *Inst. b. t.*

* Centenarius est imperatori, qui habet centum aureorum patrimonium. Aureus vero erat centum sestertium. Adeoque cum tempore Augusti locuples esset libertus, qui centum sestertium millia, id est mille aureos reliquerat: tempore Iustiniani dives videbatur, cui centum aureorum esset patrimonium. *d. §. 3. Inst. b. t.*

T I T. VIII.

DE ADSIGNATIONE LIBERTORVM.

§. 712.

*Adsignatio
liberti
quid?*

Quamvis vero patronorum liberi gradu proximi, aequè ac ipsi patroni, libertis ab intestato succederent: (§. 707.) id tamen eam habebat exceptionem,

nem, nisi patronus vni ex liberis suis * cuiuscumque gradus ac sexus, §. 1. *Inst. h. t.* libertum vel testamento, vel sine eo assignasset, vt is solus patronus esset: quod licebat ex SC. *Velleio Rufo* et *Osterio Scapula* coll. facto anno V. C. 798. *pr. Inst. h. t.*

* An etiam emancipatis? Ita visum fuit Modestino l. 9. *D. h. t.* Ast Iustinianus contra assignationem perimit, si filius, cui libertus assignatus, emancipetur. §. 2. *Inst. h. t.* Sed videtur vterque locus conciliari posse. Potest pater et emancipato assignare: sed si suo assignarit, eumque postea emanciparit. mutasse videtur voluntatem. *Merill. Obs. lib. VII. cap. 13.*

§. 713.

Quum itaque is, cui assignatus libertus fuerat, *Eius effectus?* solus haberetur patronus: (§. 712.) sequebatur, 1) vt solus, exclusis fratribus, in bonis liberti succederet, eoque extincto, liberi eius. 2) Vt reliqui fratres nihil iuris haberent in bonis liberti, nisi extincto sine liberis eo, cui libertus assignatus fuerat. *d. pr. Inst. h. t.*

T I T. X.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

§. 714.

Omnes successiones vniuersales, de quibus hactenus actum, ex legibus ciuilibus sunt. Sequitur successio praetoria, tamquam secundus per vniuersitatem acquirendi modus. (§. 436, 2.) Quum enim praetor aequitatis obtentu multa mutasset: suo more nouum vocabulum callide inuenit, (§. 65.) et se non hereditatem, sed BONORVM POSSESSIONEM daturum, edixit, ne leges de successione euertere videretur.

§. 715.

BONORVM itaque POSSESSIO nihil aliud est, *Eius definitio?* quam ius persequendi retinendique patrimonii, quod iure nitio?

ciuili haud debetur, beneficio praetoris concessum. Arg. l. 9. §. 2. D. h. t. Breuiter, sed recte, Graeci bonorum possessionem vocant *πραιτωριαν διαδοχην*, successionem praetoriam. *εξ ειρω. λε. β. τ. κ. ι. ι. ι.*

§. 716.

Edictalis et decretales. Bonorum possessio vel EDICTALIS est, quae personis certis, in edicto nominatis, sine causae cognitione datur, l. 30. §. 1. D. de acquir. ver. vel DECRE- TALIS, quae extra ordinem, causa pro tribunali cognita, decreto praetoris datur *. l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon possess. fern

* Sic ex edicto Carboniano sub cautione datur bonorum possessio impuberi, cui controuersia fit, an inter liberos sit, simulque iudicium hac differtur in tempus pubertatis, l. 1. pr. l. 3. D. de Carbon. edict.

§. 717.

Ordinaria et extraordinaria. EDICTALIS vel ex edicto praetoris defertur, vel ex lege, SC. seu constitutione principis. Prior ORDINARIA; posterior EXTRAORDINARIA vocatur, §. 3. 4. Inst. h. t.

§. 718.

Ex testamento vel ab intestato. ORDINARIA, exemplo successionis ciuilis, (§. 484.) vel datur FACTO TESTAMENTO, vel AB INTESTATO: l. 6. §. 1. D. h. t. et priore casu vel SECUNDVM, vel CONTRA TABVLAS.

§. 719.

Secundum tabulas. SECUNDVM TABVLAS praetor dat bonorum possessionem, 1) si extant tabulae testamenti supremae, saltem septem testium signis obsignatae, (§. 489.) l. 7. l. 9. D. de bonor. possess. sec. tab. 2) heredibus scriptis in eo testamento, l. 2. pr. §. 4. D. eod. §. 1. Inst. h. t. non nuncupatiuis, quibus postea demum prospectum. l. 8. §. vlt. D. l. 2. C. de honor. possess. sec. tab.

§. 720.

Contra tabulas. CONTRA TABVLAS dabatur bonorum possessio praecipue liberis naturalibus et adoptiuis emancipatis, a pa-

DE BONORVM POSSESSIONIBVS 231

a patre neque institutis, neque exhereditatis, sed praeteritis. (§. 524.) §. 3. *Inst. de exher. lib. l. 2. §. 6. l. 3. §. 10. D. de bonor. possess. contra tab.*

§. 721.

AB INTESTATO quatuor potissimum * erant *Bonorum possessionis intestatorum diuersi gradus.* gradus bonorum possessionis: primus ex edicto VNDE LIBERI; alter ex edicto VNDE LEGITIMI; tertius ex edicto VNDE COGNATI; quartus ex edicto VNDE VIR ET VXOR. §. 3. *Inst. b. t.*

* Olim plures, veluti ex edicto VNDE DECEM PERSONAE; ex edicto TVM QUI EX FAMILIA: ex edicto VNDE PATRONI PATRONAEQUE, LIBERI ET PARENTES EORVM; ex edicto VNDE COGNATI MANVMISSORIS. Sed eas bonorum possessiones subulit Iustinianus *d. §. 4. Inst. b. t.*

§. 722.

Primo ergo praetor edicto VNDE LIBERI vna *Vnde liberi.* cum suis vocat emancipatos, quibus alioquin nullum ius esset ex legibus civilibus succedendi, (§. 692.) §. 9. *Inst. de hered. ab intest. l. 1. §. 7. 9. l. 2. l. 4. D. unde liberi.*

§. 723.

Edicto VNDE LEGITIMI vocabantur adgnati *Vnde legitimi.* omnes, qui ex legibus potuere esse heredes, petentes hanc bonorum possessionem. §. 1. 2. *Inst. b. t. l. 1. §. 4. D. unde legitimi.*

§. 724.

Ex edicto VNDE COGNATI admittantur per feminini sexus personas coniuncti, gradu proximi, quippe quibus alias ex iure civili nullum erat ius succedendi. (§. 701.) *l. 1. pr. §. 3. l. 2. D. unde cognati.* Et hic locus erat *successorio edicto*, quo, vno liberorum intra tempus legitimum non petente, eius portio ad crescebat reliquis: liberis & parentibus non petentibus, admittebantur proximi adgnati, cum eodem ad crescendi iure: his non petentibus, adgnati remotiores, his non petentibus cognati, et sic porro, *l. 1. §. 11. D. de success. edict.*

§. 725.

Vnde vir et uxor. Deficientibus cognatis, praetor edicto **VNDE VIR ET VXOR** vocabat virum et uxorem, dum mortis tempore in iusto matrimonio vixissent. §. 3. *Inst. h. t. l. vn. pr. et §. 1. D. l. vn. C. vnde vir et uxor.*

§. 726.

Quando petenda? Tempus, intra quod liberi et parentes petunt, est annus utilis*: reliquis centum dies utiles dati, §. 4 6. *Inst. h. t. l. 1. §. 9. 12. D. de success. dict.*

* Solent iura distinguere inter annos vel menses *continuos et utiles*. Tempus continuum sine interruptione currit, siue dies sint facti, siue nefasti *l. 7. D. quemadm. seru. amit.* Tempus utile est, quando ii tantum numerantur dies, quibus iudex sui copiam facit, et ius dicit, quibusque agi vel peti potuit. *l. 2. D. de diuers. temp. praescript.* Vnde ex anno utili non modo dies nefasti eximuntur, verum etiam ii, quibus quis ex ignorantia rei agere vel petere non potuit. *l. 2. pr. D. quis ordo in possess. seru.*

T I T. XI.

DE ADQUISITIONE PER ARROGATIONEM.

§. 727.

Adquisitio per arrogationem. **H**actenus de duobus modis per vniuersitatem adquirendi actum, id est, de *hereditate et bonorum possessione*: sequitur tertius **PER ARROGATIONEM**. (§. 336, 3.)

§. 728.

Eius fundamentum. Arrogatione paterfamilias transibat in patriam alterius potestatem. (§. 179.) Quum ergo pater veteri iure indistincte per filium adquireret: (§. 472.) sequebatur, 1) vt arrogatori omnes res corporales et incorporales, quaeque filio debebantur, pleno iure adquirerentur. §. 1. *Inst. h. t.*

§. 729.

§. 729.

Quumque arrogatio esset capitis deminutio: *Quae per arrogationem non adquisita?* (§. 228, I.) consequens erat, 2) ut ea iura non adquirentur arrogatori, quae capitis deminutione tollebantur, ut obligationes operarum officialium, patrono debitarum, (§. 112, 6.) ius adgnationis (§. 222.) immo olim et usus et usufructus, quod tamen a Iustiniano mutatum, (§. 422, 2. *) §. 1. *Inst. h. t. l. penult. §. penult. C. de usufr.*

§. 730.

Quia porro obligationes personam non egrediuntur: (§. 332.) 3) arrogator ex debito filii ipso iure conveniri non poterat. §. ult. *Inst. h. t.* *An pater adoptati conveniri potuerit?*

§. 731.

Sed quum ius de adhaestu per liberos nouo iure in multis mutatum sit: (§. 473.) consultissima iuris ratione statuit Iustinianus, ut arrogator, viuo filio arrogato, non nisi usufructum bonorum aduentitiorum haberet. (§. 430.) 2) Ut arrogator a creditoribus filii eiusque nomine conveniri posset: sique hunc defendere nollet, creditoribus bona filii, quorum usufructum pater habiturus fuisset, possidere permetteretur. §. ult. *Inst. h. t.* *Ius a Iustiniano inuentum.*

T I T. XII.

DE EO, CUI LIBERTATIS CAUSSA
BONA ADDICVNTVR.

§. 732.

Quartus modus acquirendi vniuersalis (§. 436.) *Adquisitio per additionem bonorum libertatis caussa.* est ADDICTIO BONORVM LIBERTATVMPERVANDARVM CAUSSA, quae ex rescripto Marci imp. descendit. pr. §. 1. *Inst. h. t.*

§. 733.

Quum enim testator obaeratus seruos quosdam manumisisset testamento, et nemo ex eo testamento *Eius caussa,* heres

heres esse vellet: fieri non potuisset stricto iure, quin omnes hae libertates corruissent, et bona venissent. (§. 577.) l. 2. de testam. manumiss. l. 1. C. de fideicommiss. liberr.

§. 734.

*Eius in-
do-
les.*

Ast Marcus Imp. permisit, vt bona vniuersa libertatum tuendarum causa vel seruis manumissis, vel eorum vni, vel extraneo addicantur, modo satisfidetur creditoribus de solido, quod cuique debetur, soluendo, seruique ex testamento manumittantur. §. 1. Inst. b. r. l. ult. C. de testamentar. manumiss.

T I T. XIII.

DE SVCCESIONIBVS SVBLATIS, QVAE
FIEBANT PER BONORVM VENDI-
TIONES, ET EX SC. CLAV-
DIANO.

§. 735.

*Adquisitio
per bono-
rum vendi-
tionem.*

Quintus modus acquirendi vniuersalis erat SECTIO, vel VENDITIO BONORVM. (§. 436, 5.) Secare enim veteribus erat bona auctione vendere, sectio auctio. Ill. Bynkerk'hoek. Obs. lib. I. cap. 1.

§. 736.

*Eius mo-
dus.*

Si quis enim obaeratus non erat soluendo: bona eius possidebantur a creditoribus. Hinc constituebatur magister a praetore, qui illa distraheret, adiceretque emtori vniuersa, qui tamquam successor vniuersalis vel in solidum satisfacere creditoribus, vel transigere cum illis tenebatur. Theoph. pr. Inst. b. r. Antiqu. Rom. lib. II. tit. 18. 19. §. 11. Sed hodie creditores bona ex edicto possessa, prout vtile videtur, disponunt, cessante successione vniuersali per venditionem pr. Inst. b. r.

§. 737.

*SC. Clau-
dianum.*

Postremus per vniuersitatem acquirendi modus erat EX SC. CLAUDIANO, cuius hystoria est apud Tacit.

Tacit. lib. XII. *Annal. cap. 53.* Eo enim SC. cautum fuerat, vt libera mulier, seruili bacchata amore, quae post trinam denunciationem in eo contubernio perseueraret, adiudicatione praetoris serua fieret domini, cuius seruo succubuisset. Paull. *Sent. rec. lib. II, tit. 21.*

§. 738.

Quum ergo serui et ancillae nihil haberent proprii, sed omnia acquirerent dominis (§. 470.) omnem substantiam huius modi mulieris per vniuersitatem adquirebat dominus. §. 1. *Inst. b. r.*

§. 739.

Sed Iustinianus hunc acquirendi modum, tamquam indignum suis temporibus, sustulit, l. vn. C. *institutio. de SC. Claud. toll. d. §. 1. Inst. b. r.*

§. 740.

Talis erat successio vetus, cum ciuilibus, tum praetoria. Talis modi acquirendi per vniuersitatem, quae hodie vix vllius vsus sunt. Hinc ad vttiliora properantibus iam paullo plenius agendum nobis erit de successione ab intestato noua, a Iustiniano inuenta, et sancita *Nouella 118.*

* * * * *

DE SVCCESIONE AB INTESTATO
SECVNDVM NOV. CXVIII.

§. 741.

Nimirum IUSTINIANVS nouum plane iecit successio-
nis in causa intestati fundamentum, vt ii succedant, quos defunctus quam maxime amasse censetur: quod et aliis gentibus peraeque placuisse animaduertit Grot. *de iur. belli et pac. lib. II, cap. 7. §. 3.*

§. 742.

Quum ergo recte obseruarint philosophi, *Ordines*
ὅτι μάλλον σιωκείνται τὸ ἀφ' ἑ τῶ γεννηθέντι, *buius suc-*
cessio-
ἢ τὸ *cessio-*

ex An. l. 118. in
ca. 1. tit. 1. de h. r.

ἢ τὸ γενώμενον τῷ ποιήσαντι, τὸ γὰρ ἐξ αὐτῶ
 οἰκεῖον ἀφ' ἑ: *magis adfici causam gignentem, erga
 genitum, quam genitum erga gignentem; nam quod ex
 aliquo ortum est, id ei quasi proprium esse: post hos
 autem magnum momentum inesse ταύτῳ αἵματι
 καὶ ταύτῃ ῥίζῃ, eidem sanguini et radici: Arist.
 Ethic. ad Nicom. lib. VIII. cap. 12. consequi videba-
 tur, ut successio DESCENDERET; si descendere non
 posset, ASCENDERET; si nec ascendere posset,
 ad LATVS diuigeret. Nou. u. g. praef. His deficien-
 tibus, CONIUGES; et postremo omnium FISCVS
 in subsidium admittuntur. Si quidem iam olim ae-
 quum visum fuerat, velut parentum omnium populorum
 vocantia tenere. Tacit. Annal. lib. III. cap. 28.*

§. 743.

*Quid hic
 immutarit
 Iustinia-
 nus?*

Vnde iam discrimen inter suos et emancipatos,
 adgnatos et cognatos, plane cessat. Nou. 118. cap. 1.
 cap. 4.

I. DE SVCCES.SIONE DESCENDENTIVM.

§. 744.

*Primo
 succedunt
 descenden-
 tes.*

Ergo primo omnium et ante omnes * succedunt
 DESCENDENTES, qui vel LEGITIME NATI
 sunt, vel LEGITIMATI, vel ADOPTIVI, vel IL-
 LEGITIMI.

* Praeterquam, quod simul admittitur coniux pauper.
 (§. 764.)

§. 745.

Legitimi.

Et LEGITIMOS quidem omnes, siue masculos,
 siue feminas, siue suos, siue emancipatos*, (§. 743.)
 lex ad debitam successionem quorumvis ascenden-
tium ** vocat, quotocumque gradu sint, dum eos
 nemo antecedit. Nou. 118. cap. 1.

* Ergo iam derogatum legi 12. tabularum, de qua §. 691?
 sequ. neque iam amplius emancipatis opus est bonorum
 possessione vel contra tabulas, (§. 729.) vel ex edicto
 unde liberi. (§. 722.)

** Ergo

** Ergo et matris, auiacque maternae, vt adeo opus non sit successione ex SC. Orphitiano. (§. 699.)

§. 746.

Quamuis vero, quotocumque gradu sint, succedant: (§. 745.) gradus tamen discrimen statuit ratione portionum. Primi enim gradus liberi succedunt *in capita*; vltiorum *in stirpes*, *iure repraesentationis**, etiam si soli superfint ex descendentibus, et primi gradus liberi nulli concurrant **. *Nov. 118. cap. 1. v sic tamen*

Modo in capita, modo in stirpes.

* Semel notanda haec iuris vocabula. *In capita* succeditur, vbi secundum numerum heredum hereditas vitium distribuitur. *In stirpes*, vbi gradu remotiores subeunt locum propioris defuncti, adeoque omnes simul eius portionem accipiunt. *Ius repraesentationis* est fictio iuris, qua remotiores in parentis defuncti locum subintrare intelliguntur. Sic si Titius reliquit tres filios *Primum, Secundum, Tertium*, et ex *Quarto* defuncto *sex nepotes*, hi omnes succedunt, et *Primus* quidem, *Secundus, Tertius*, tamquam liberi primi gradus *in capita*, id est accipiunt singuli quadrantem bonorum; *sex nepotes*, ex *Quarto* superstites, hunc patrem suum *repraesentant*; adeoque quum omnes simul quartum quadrantem accipiant, in stirpem succedunt. Ita si et soli nepotes exstarent, ex *Primo* vnus, ex *Secundo* sex, ex *Tertio* quatuor, ex *Quarto* duo, omnes succederent, non secundum numerum capitum, sed in stirpes. Primum enim quadratem nepos vnus ex *Primo* solus capere, alterum *sex nepotes* ex *Secundo*, tertium quatuor nepotes ex *Tertio*, quartum duo ex *Quarto* inter se diuiderent.

Et hoc ius repraesentationis est fundamentum successionis liberorum primi gradus in capita, vltiorum in stirpes. Hanc vero aequitati naturali quam maxime consentaneam esse, vel inde patet, quod alias, si in capita omnes succederent, superstitem liberorum conditio per fratris vel sororis mortem deterior, nepotum per parentum mortem melior fieret, adeoque nulla inter eos futura esset aequalitas. Nam si pater esset centenarius, liberosque haberet quatuor, singuli acciperent viginti quinque aureos. Iam siuge, vnum ex his quatuor liberis, turbaro naturae ordine, ante patrem decessisse, relictis ex se nepotibus septem: tunc sane, si singuli succederent in capita, vnusquisque acciperet decem aureos

aureos: atque ita ob mortem fratris tres liberi primi gradus amittissent aureos quadraginta quinque, nepotefque septem ob praematurum parentis obitum tantumdem lucrati essent. Quum vero non possit vlla reddi ratio, cur mors fratris superstilibus fratribus vel sororibus aliquid ex parerna hereditate deminuere, nepotibusque ex eo aliquid adiciere debeat: nulla quoque reddi potest ratio, cur aequaliter vtrique admittendi sint in capita. (*Elem. iur. nat. et gent. lib. I. §. 299. **)

II ** Nulla enim et hic reddi potest ratio, cur ob praematurum parentum excessum vnus stirpis deterior, alterius melior conditio fieri debeat. Quod fieri tamen oporteret, si nepotes soli superstites in capita admitterentur. Finge enim centenarium amisisse quatuor filios, ac ex primo vnum, ex secundo binos, ex tertio tres, ex quarto quatuor nepotes superstites esse: si filii superuixissent, singuli accepissent viginti quinque aureos, tantumdemque quisque ad filios transmisisset. At si iam, iis praemortuis, nepotes in capita admitterentur, singuli acciperent decem, adeoque vnus nepos ex primo filio iacturam faceret aureorum quindecim, duo ex secundo quinque: tres porro ex tertio quinque, quarum reliqui ex quarto quindecim lucrarentur. Quod quum absolum sit: absolum quoque est, nepotes hoc casu in capita succedere. (*Elem. iur. nat. et gent. lib. I. §. 300. **)

§. 747.

Quid si ex diuersis matrimoniis?

Si liberi adsint ex diuersis nati matrimoniis, communi parenti omnes succedunt aequaliter: proprio quique separatim, ita tamen, vt hi praecipuum habeant, quod ex priore matrimonio ad parentum communem peruenerat *. *l. 3. §. 1. C. de sec. nupt. Nou. 22. cap. 46.*

* Quia in his bonis communis parens tantum habuit usufructum, qui morte usufructuarii expirat. (§. 423, 1.) Vnde hanc portionem magis tamquam domini retinent, quam tamquam heredes capiunt.

§. 748.

Legitimati.

LEGITIMATI I) per subsequens matrimonium eodem iure succedunt, ac legitimi. §. 2. *Inst. de her ab intest.* 2) Per rescriptum principis; hoc sine legitimati, admittuntur, si soli sint, quia aliter vix legitimantur. *Nou. 74. cap. 1. Nou. 89. cap. 9.* Sin legitimi

timi antea nati exstant, et illi tamen a principe legitimantur, his saluam esse legitimam, aequuin videtur. (§. 172) Gail. *Obs. lib. II. cap. 142.*

§. 749.

ADOPTIVI, cuiuscumque generis, ab intestato *Adoptiui.* eodem iure succedunt, ac naturales. (§. 182, 3. §. 186.) §. 14. *Inst. de success. ab intest.* §. 2. *Inst. de adopt. Nou. 74. et 89.*

§. 750.

ILLEGITIMI denique 1) matri succedunt in- *Illegitimi.* distincte, vna cum legitimis, l. 2. D. *unde cogn.* nisi mater illustri, cuius filius vulgo quaesitus sit, a legitimis excluditur. l. 5. C. *ad SC. Orphit.* 2) In patria hereditate naturales, (§. 167.) si nec uxor, nec liberi legitimi exstant, et quidem in sextantem tantum, cum matre diuidendum, admittuntur. *Nou. 89. cap. 12. §. 4.* 3) Ex adulterio vel incestu nati nihil capiunt, ac ne alimentis quidem digni habentur, *Nou. 89. cap. ult. Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* quod tamen de alimentis ex defunctorum bonis, non de illis, quae viuis parentibus officio iudicis decernuntur, intelligendum videtur. Huber, *Praelect. ad Inst. de success. ab intest. §. 8.*

II. DE SVCCESIONE ADSCENDENTIVM.

§. 751.

Descendentibus nullis exstantibus, ad ADSCEN- *Successio*
DENTES deuoluitur liberorum intestatorum *adscenden-*
hereditas. (§. 742.) *tium.*

§. 752.

Quumque definitio iuris repraesentationis (§. *Proximo-*
746. *) adscendentibus adplicari nequeat: sequitur, *rum.*
1) vt generatim propior excludat remotiores. *Nou.*
118. cap. 2. 2) Vt tamen locum hic habeat successio
in lineas *.

* Successio in lineas vocatur, qua pars hereditatis dimidia
lineae paternae: dimidia altera maternae per leges
datur, Voet. *b. t. §. 23.*

Q

§. 753.

§. 753.

*Vna cum
germanis,
eorumque
liberis.*

Nec tamen semper soli succedunt, sed, si ex-
stent fratres germani vel sorores germanae, vel
germanorum, germanarumque liberi, hi simul ad-
mittuntur. *Nov. 118. cap. 2. v. si vero.*

§. 754.

*Modus suc-
cedendi ad-
scenden-
tium.*

Ex his principiis sequitur, 1) vt pater et mater
soli superstites luctuosam hereditatem inter se aequa
lance diuidant, et suos auiaque excludant. (§. 752, 1)
2) Vt alteruter solus superstes solidum capiat, et auos
similiter excludat. (§. 752, 1.) 3) Vt si soli remotio-
ris gradus adscendentes adsint, succedant in lineas,
adeoque si v. c. superstites sint auia paterna, et
auus auiaque materni, auia paterna sola semissem:
auus auiaque paterni simul alterum semissem cap-
pian, sine bonorum discrimine. (§. 752, 2.) *d. Nou.*
118. cap. 2. v. si autem.

§. 755.

*Quomodo
germani es-
eorum libe-
ri concur-
rant?*

Inde porro inferitur, 4) germanos, germano-
rumque liberos, non modo cum parentibus primi
gradus, sed omnibus etiam adscendentibus * ad-
mitti, et germanos quidem, aequae ac adscendentes,
in capita **; horum liberos vna cum germanis
concurrentes iure repraesentationis in stirpes. *Nov.*
127. cap. 1. Nam si soli exstent germanorum liberi,
illi ab adscendentibus excluduntur. *Nov. 127. cap. 1.*
in fin. Quamuis praxis fere alia sit. Vid. *Sand. Decif.*
lib. III. tit. 8. def. 5.

* Causam aduersus Beluisium et Schotanium, in alia
omnia euntes, perorauit Huber. *Prael. ad Inst. de*
Success. ab intest. §. 10.

** Et hic est casus, quo liberi portionem suam pleno iure
capiunt, id est, vt non competat patri usufructus in
peculio isto aduentitio. (§. 481, 3.)

§. 756.

*Quid circa
parentes le-
gitimato-
rum et ado-
ptiuorum?*

Et haec omnia etiam ad LEGITIMATORVM pa-
rentes pertinent. ARROGATIS patres; (non ma-
tres, §. 182, 1.) similiter succedunt, modo pube-
res

res decefferint. (§. 181, 4.) Idemque obtinet in PLENE ADOPTATIS, quibus pater adoptiuus vna cum naturali fuccedit. *Nou. 118. cap. 8.* Minime autem in IMPERFECTE ADOPTATIS, quia hi non funt in adoptantium potestate. (§. 168.)

§. 757.

ILLEGITIMIS liberis, (exceptis adulterinis et *Quid circa incestuosos*), fola mater fuccedit, quia iura fuccelfio-*illegitimorum* nis ordinarie funt reciproca. (§. 698.)

III. DE SVCCESIONE COLLATERALIVM.

§. 758.

Deficientibus et *adfcendentibus*, ad COLLATERA-*Successio collateralium.* LES deuenitur. (§. 742.)

§. 759.

Ex his primi omnium fuccedunt GERMANI, *1. Germanorum, eorumque liberorum,* GERMANORVMQVE LIBERI, qui quia his *τῶντο αἷμα, τὴν αὐτὴν ῥίζαν, idem fanguis, eadem liberorum,* radix, (§. 752.) et vnilaterales, et reliquos omnes excludunt. *Auth. itaque C. comm. de fuccelf.* Et quidem 1) germani germanaeue foli fuccedunt in capita. 2) Si germani germanorumque liberi concurrunt, illi in capita; hi, iure repraefentationis, in ftirpes vocantur. 3) Si foli germanorum liberi exftant, fuo iure promifcuae in capita admittuntur, *Nou. 118. cap. 3.*

§. 760.

His deficientibus, eadem ratione fratres fcores. *2. Fratrum que vnilaterales, eorumque liberorum,* que VNILATERALES, eorumque LIBERI, illi in *fororumque vnilateralium.* capita, hi, fi cum fratribus fcoribusque defuncti vnilateralibus concurrant, in ftirpes; fin foli funt, iure fuo in capita fuccedunt, fine difcrimine bonorum, paterna illa, an materna funt. *Nou. 118. cap. 3.* Quamuis, quod ad vsum fori, in bonis paternis confanguinei, eorumque liberi; in maternis vterini, eorumque liberi, paffim praeferri foleant.

§ 761.

3. *Reliquorum cognatorum.* His quoque deficientibus proximi, siue cognati, siue adgnati, siue discrimine sexus admittuntur, ita tamen, 1) vt prior excludat remotiores, e. gr. patruus patruelus, 2) vt, qui eiusdem gradus sunt, simul in capita admittantur, 3) vt nec duplicitatis vinculi amplius habeatur ratio ultra fratrum liberos. *Nov. 118. cap. 4.*

§. 762.

Quid si cognatio ex legitimatione et adoptione orta?

Eodem iure succedunt collaterales LEGITIMATI, et per ARROGATIONEM vel ADOPTIONEM plenam inserti familiae, et hi quidem adgnatis tamquam consanguinei, non cognatis. (§. 280, I.) l. 2. §. 3. *D. de suis et legit. hered.* ILLEGITIMI cognatis, per matrem coniunctis, sunt heredes legitimi. §. 31. *Inst. ad SC. Orphit.* §. 4. *Inst. de de success. cognat.*

III. DE SVCCESIONE CONIVGVVM.

§. 763.

Successio coniugum vitus.

Deficiente omni cognatione, olim coniuges superstites vocabantur ex edicto *unde vir et vxor* * (§. 725.)

* Quamvis enim olim, quum vxores in manum conuenerent, eae succederent tamquam suae et filiae familiae: (§. 146. *) tamen quia, exolefcente in manum conuentione, ex iure civili coniugibus nihil iuris esset ad successionem; praetor iis succurrere hoc edicto debuit.

§. 764.

Noua.

Sed iure nouissimo, etiam cum descendantibus, nedum cum adscendentibus et collateralibus, coniux superstes pauper * succedit locupleti, et quidem si plures sint, quam tres heredes, in portionem virilem; si pauciores, in quartam, ita, vt si cum liberis concurrat, in portione sua tantum vsumfructum; si cum aliis, quartam pleno iure capiat. *Nov. 117. cap. 5. Auth. praeterea C. unde vir et vxor.* Quod ius etiam obtinet, si coniux testatus decesserit. *Nov. 53. cap. 6.*

* *Nov*

Non solum vxor, sed et maritus. *Nou. §3. cap. 6.* Quamuis enim ei Nouellae plerique derogatum esse dicant per *Nou. 117. cap. 5.* (vid. *Wissenb. Disp. ad Inst. XXX tb. 51.*) id tamen de eo casu intelligendum esse, si mulier a viro iniuste matrimonio eiecta fuerit, luculenter ostendit *Huber. Prael. ad Inst. ibid. §. 18.*

V. DE SVCCESIONE FISCI.

§. 765.

Postremo, si nullus sit successor legitimus, fiscus, *Successio* exclusis adfinibus, tutoribus, nutritoribus *ho fisii.* na vacantia intra quadriennium agnita occupat. *l. 1. pr. D. de succ. edict. l. 1. l. 4. D. de bon vac. l. 1. §. 2. de iur. fisc. l. 2. 4. 10. C. de success. edict.*

§. 766.

Praeferuntur tamen fisco, 1) coniuges, (§ 763.) *Quinam* 2) Socii liberalitatis imperialis, *l. vn. C. de liberal. illi praef. imp. soc sui her. dec.* 3) Ecclesia in bonis clericorum *l. rantur?* 20. *C. de episc. et cler.* 4) Vexillatio in bonis militis, *l. 2. C. de hered. decurion.* 5) Collegia et corpora in bonis collegiati et corporati. *l. 1. C. de hered. decur. [Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 9. §. 214 seqq.]*

T I T. XIII.

DE OBLIGATIONIBVS.

§. 767.

Hactenus de iuribus in re, sed non de omnibus, *Connexio* itemque de MODIS ADQVIRENDI *vnives sal. Quid ius ad* bus et singularibus actum: iam, praetermissio iure *rem?* pignoris, de quo alio loco agemus (§ 813.) ad IVS AD REM prouehitur imperator. Quod quum sit *facultas*, competens in personam, vt haec aliquid dare vel facere teneatur: (§ 330.) sequitur, vt omne ius ad rem nascatur EX OBLIGATIONE.

§. 768.

OBLIGATIO est iuris vinculum, quo necessitate *Quid obli-* adstringimur alicuius rei soluendae, id est, faciendae *gatio?*

vel praestandae. *Arg. pr. Inst. b. t.* Ex quo fluit axioma, obligationem personam non egredi, adeoque actionem aduersus tertium non producere. *l. 25. pr. D. de obl. et act.*

§. 769

Eius diuisio prima.

Necessitas illa rei alicuius soluendae, id est, faciendae vel praestandae, a lege vel iure imponitur, et quidem vel a solo naturali, sed cui ius ciuile vel plane non, vel non omnino adfistit; *l. 95. §. 4. D. de solut.* vel a iure ciuili, sed quod praetor, naturali aequitate motus, data exceptione elidit; vel ab aequitate naturali et iure ciuili simul. Primi generis obligationes MERE NATURALES; secundi MERE CIVILES; terti MIXTAE adpellantur *. §. 1. *Inst. de fideiuss. l. 1. D. de nouat. l. 3. §. 1. D. de pec. const. §. 1. Inst. de except.*

* Sic aequum est, filiumfamilias et pupillum expungere nomen, etiam sine iussu patris vel tutoris auctoritate contractum: sed huic naturali obligationi non adfistit ius ciuile; sed huic naturali obligationi non adfistit ius ciuile; iure naturae pacta sunt seruanda, sed huic obligationi non omnino adfistunt iura, quae quidem exceptionem ex pacto nudo dant, sed non actionem. Adeoque hae sunt obligationes MERE NATURALES. Iure ciuili et qui metu coactus promisit, obligatur: sed praetor aequitate motus dat exceptionem *quot metus causa*, adeoque haec obligatio est MERE CIVILIS. Denique venditor et iure naturali et ciuili ad rem tradendam obstrictus, adeoque haec obligatio MIXTA est.

§. 770.

Secunda.

MIXTAE obligationes praeter naturale vinculum vel legibus ciuilibus sustinentur, vt contractus: vel iurisdictione praetoris, vt obligatio ex constituto. Illae CIVILES; hae PRAETORIAE adpellantur. §. 2. *Inst. b. t.* Vtraque in animo habuit imperator, dum obligationem dixit vinculum iuris, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendae, secundum nostrae ciuitatis iura. *pr. Inst. b. t.* Haec enim definitio non ad obligationem generatim, sed in specie ad mixtam pertinet.

§. 771.

§. 771.

Omnes obligationes ex aequitate vel lege sunt: *Tertia.* sunt enim *vinculum iuris.* (§. 768.) Sed tamen aliae IMMEDIATE ex aequitate naturali vel ex lege civili nascuntur, aliae MEDIATE, accedente facto obligatorio. E. c. pater filio obligatur ad alimenta immediate ex aequitate naturali, nullo licet accedente facto obligatorio: possessor ei, cuius interest, ad exhibendum immediate, nullo accedente facto, tenetur. At contrahentes et delinquentes immediate obligantur ex facto suo; mediate ex lege.

§. 772.

Factum obligatorium (§. 771.) aliud *licitum* est, *Quarta.* aliud *illicitum*: illud dicitur CONVENTIO; hoc DELICTVM, vel MALEFICIUM. De hoc infra erit dicendum: (§. 1032. *seqq.*) de illa hic differendi locus est.

§. 773.

CONVENTIO vel PACTIO est duorum in idem *Quid con-* placitum consensus *de re soluenda*, id est, *facienda vel uestio?* praestanda l. 1. §. 2. D. de pact.

§. 774.

Sed non omnibus conventionibus adfuit ius *Eius diui-* civile, verum quibusdam tantum, et iis maxime, *sio in pacta* quibus vel *caussa* civilis, et legibus probata subest, *et contra-* vel quibus singulare *nomen* et cognominem actionem *ctus.* iura dederunt*. Et hae conventiones CONTRACTVS; reliquae PACTA vocantur. l. 19. D. de nouat.

* Hinc Romani non negabant, pacta esse seruanda, immo potius improbum eum putabant, qui fidem datam liberare nollet. Sed actionem non dabant ex pactione nuda, quia *fidem sanxerant in negotiorum contractibus.* Gell. lib. XX. cap. 1. Qui ergo stipulationem, tamquam civilem modum adstringendae fidei omiserat, magis videbatur perlusorie egisse, quam fidem voluisse adstringere. Conf. Merrill. *Obs. lib. VII. cap. 39.*

§. 775.

PACTVM ergo est *conuentio destituta nomine et Quia* *caussa*, (id est, datione vel facto), *quae obligationem pactum?*

ciuilem sua natura producere possit: (§. 774) vel est nuda rei vel facti in futurum promissio.

§. 776.

Quid contractus?

CONTRACTVS sunt conuentiones, quae habens nomen vel causam praesentem, sua natura ciuiler obli- gantem. (§ 774.) l. 7. §. 1. sequ. D. de pact.

§. 777.

Pactum quatuplex?

PACTVM vel NVDVM est, vel NON NVDVM. d. l. 7. §. 1. 2. 4. D. l. 10. C. de pact. NVDVM, quod in nudis placiti et conuentionis finibus subsistit, et non quidem actionem producit, sed exceptionem. l. 7. §. 4. D. de pact. l. 10. l. 21. l. 28. C. eod. NON NVDVM, quod actionem producit *, vel quia speciatim ei lex, vel praetor adhsistit, l. 6. D. de pact. vel quia in continenti contractui bonae fidei adiectum est: l. 7. §. 5. l. 13. C. de pact. quorum istud PACTVM LEGITIMVM **; illud pactum PRAETORIVM; hoc ADIECTVM vocatur.

* Ita Romani. Sed hanc subtilitatem aliae gentes non receperunt, adeoque eodem modo obligationem actionemque produciunt pacta et contractus, pacta nuda et non nuda: Haec laus olim Germanorum, qui nullos mortaliu armis aut fide ante Germanos esse, iuce gloriabantur. Tacit. *Annal. lib. XIII. cap. 54.* Unde semper apud eos valuit paroemia iuris: *ein Wort, ein Wort: ein Mann, ein Mann*; id est, *vir bonus et solus verbo obligatur.* Quare egregie falluntur, qui hanc obligationem pactorum ex iure canonico repetunt, et quidem ex cap. 1. X. de pact. Conf. Hert. *Paroem. iur. lib. I. paroem. 8.* [*Elem. iur. Germ. lib. II. §. 330. frq. 1.*]

** Legitimum dicitur, quod lege ciuili confirmatur. Sic pacta legitima sunt dotalia, l. 6. C. de dos. promiss. donationis, l. 35. §. ult. C. de donat. pacta quaedam de vsuris, l. 30. D. de vsur. l. 7. D. de foen. nau. l. 12. C. de vsur. Nou. 136. cap. 4. Contra pacta praetorio iure confirmata sunt hypotheca, l. 17. §. 2. D. de pact. constituta pecunia, l. 1. D. de pecun. const. et conuentio de iureiurando praestando. §. 11. *Inst. de iur.*

Contractus vel veri, vel quasi contractus.

§ 778.

Contractus ita ineuntur, ut vel consensus verus vtriusque adfit, vel ex altera parte ille ex aequitate vel

vel communi utilitate *praesumatur* *. Priores vocantur contractus VERI; posteriores OBLIGATIONES, quae QVASI EX CONTRACTV nascuntur, vel breuius QVASI CONTRACTVS, de quibus infra §. 965. *seqq.*

* Ergo fundamentum quasi contractuum non est consensus tacitus, ut quibusdam visum; (ita enim ignorantibus et iniuri non obligarentur, §. 1. *Inst. de oblig. quae quae ex contr.*) sed consensus fictus vel *praesumptus*. Inducitur vero huius modi praesumptio vel ex aequitate, vel ex utilitate, veluti, quia nemo debeat cum alterius damno locupletior fieri, l. 14. *D. de condic. indeb.*

§. 779.

VERI contractus vel *nomen et causam* simul habent, (§. 774) vel civilem *causam* sine nomine. Priores vocantur contractus NOMINATI; posteriores INNOMINATI, quales sunt quatuor illi: *do, ut des: do, ut facias: facio, ut des: facio, ut facias*, ex quibus etiam non nascuntur actiones cognomines, (§. 774.) sed actio generalis *in factum* vel *praescriptis verbis*, l. 1. 2. 3. 5. l. 17. §. *ult.* *D. de praescript. verb.* l. 7. §. 2. *D. de pact.*

§. 780.

Contractus innominati omnes RE ineuntur. Nisi enim res interueniret, intra pactorum naturam subsisterent. (§. 775.) Nominatorum autem alii substantiam capiunt vel ineuntur RE; alii VERBIS, alii LITTERIS, alii CONSENSU. §. *ult.* *Inst. b. r.*

§. 781.

Iam quum hi contractus omnes sint conuentiones, (§. 774) hae vero consensus in idem placitum de dando aliquo vel faciendo: (§. 773.) sequitur, ut vel *virique* contrahentes se ad dandum quid vel faciendum obligent, vel *alteruter* tantum obligatus sit. Hinc contractus in BILATERALES (*διπλευρῆς*), et VNILATERALES (*μονοπλευρῆς*), recte diuiduntur *.

Ordinarie unilaterales sunt STRICTI IURIS, ut mutuum, solutio indebiti, stipulatio, litterarum obligatio; bilaterales BONAE FIDEI, ut commodatum, pignus, et omnes consensuales. 1) In illis non debentur usurae, nisi promissae: in his et propter solam moram. l. 3. C. de usur. 2) Contractus stricti iuris ob dolum non sunt nulli, sed rescindendi per restitutionem ex causâ doli. l. 36. D. de verb. obl. In contractibus contra bonae fidei dolum, qui causam contrahendi dedit, nullam reddit obligationem: l. 7. pr. D. de dol. ob incidentem actionem ordinaria ex contractu agitur. l. 13. §. 4. §. D. de act. emt. Immo et exceptio doli competit decepto. l. 9. pr. D. de dol. 3) In illis compensatio non nisi per exceptionem doli mali; in his ipso iure obligationem perimebat. Quod a Iustiniano mutatum. §. 30. Inst. de act.

§. 782.

Idem ex contractibus vel una, vel plures actiones nascuntur. Ergo unilaterales contractus tantum unam actionem produciunt: bilaterales duas, et quidem utramque DIRECTAM, si uterque statim obligatur. Sin vnus initio, alter ex post facto deum obligatur, contra illum DIRECTA, contra hunc CONTRARIA actio datur, l. 17. §. 1. et §. 3. l. 18. §. 2. l. penult. D. commod. quarum haec semper ad consequendam indemnitatem comparata est.

§. 783.

Iis et damni praestatio praestatur. Iis actionibus non solum agitur ad praestandum id, quod promissum: verum etiam ad RESARCIVDUM DAMNUM.

§. 784.

Damnus quotuplex? malus DAMNUM est, quando aliquid per alium ex patrimonio nostro demitur: idque vel DOLO, vel CULPA, vel CASU datur. DOLVS est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad decipiendum, fallendum, circumveniendum alterum adhibita. l. 1. §. 2. D. de dol. CULPA factum inconsultum, quo alter iniuria laeditur, vel quod, quum a diligente providere potuerit, non sit provisum. l. 31. D. ad leg. Aquill. CASVS est eventus a diuina providentia profectus, cui resisti non potest. l. 18. pr. D. commod.

§. 785.

Quando praestetur Iam ex ipsis definitionibus fluunt axiomata I. DOLVS semper, et in omni contractu praestandus, nec con-

conueniri potest in antecessum*, vt ne dolus prae-^{dolus et} stetur. *l. 23. D. de reg. iur.* II. In quibusdam con-^{casus?} tractibus, in quibus amici fidem praecipue sequimur, dolus, eique aequiparanda culpa lata, infamia notatur. Veluti in DEPOSITO, SOCIETATE, MANDATO, TUTELA, si quis actione directa pulsatus condemnatur. *l. 1. D. de his qui not. inf. Cic. pro Rosc. Com. cap. 6. et pro Rosc. Amer. cap. 40.* III. CASVS numquam praestatur, nisi vel in mora sit debitor, *l. 2. C. de peric. et comm. rei vend.* vel casum in se ultro susceperit, vel culpam simul admiserit. *d. l. 23. D. de reg. iur.* IIII. CULPA modo maior, modo minor praestanda est.

* De praeterito enim dolo pactio valet. *l. 27. §. 3. D. de pact. l. 5. §. 7. D. de admin. tutor.*

§. 786.

Nimirum vti trium fere generum reperiuntur ^{Culpa tri-} patrefamilias, quorum quidam, ad rem attentissimi-^{plis fun-} mi, oculos centum habent: alii, rerum suarum in-^{amentum.} curiosissimi, nullam rei familiaris curam animum subire patiuntur: alii denique, inter hos intermedii, frugales, nec tamen Eucliones, esse solent: ita tres sunt culpaee vel negligentiae gradus.

§. 787.

Qui enim eam non adhibent diligentiam, quam ^{Eius diffe-} solent patrefamilias ad rem attentissimi, culpam LE-^{rentias.} VISSIMAM; *l. 18. D. commod.* qui omittunt diligentiam, a frugi patre familias adhiberi solitam, LEVEM*; *l. 32. D. depof.* qui denique ne ea quidem diligentia, qua omnes, etiam dissoluti homines, vti solent, vtuntur, LATAM committere dicuntur. *l. 213. §. 1. l. 223. D. de verb. sign. l. penult. §. 2. D. de iur. et fact. ignor.*

* Ita leuis culpa aestimatur diligentia, qua in rebus suis vti solet quilibet paterfamilias frugi. Et haec vocatur doctores culpa leuis IN ABSTRACTO. Si enim respicitur ad diligentiam, quali ipse, quocum contrahitur, in re sua vti solet, culpa illa leuis IN CONCRETO vocari

*Puffendorf
de culpa*

cari solet. Et hanc socius socio praestare tenetur. § 9. *Inst. de sociis.* quia hic sibi socium eligens eius diligentiam probasse censetur.

§. 788.

*Regulae de
culpa praes-
tatione.*

Iam et de culpa observanda axiomata: I. in contractibus, in quibus penes vnum commodum, penes alterum incommodum est, ille ordinarie culpam etiam leuissimam; hic non nisi latam * praestat. *l. 5. §. 2. D. commod.* II. Vbi par vtriusque contrahentis commodum atque incommodum, culpa etiam levis ab utroque praestanda est. *l. 5. §. 2. D. eod.* III. Qui sua sponte se contractui obtulit, vel obligationem suscepit, in qua personae industria summa requiritur, quamvis solum commodum sustineat, tamen ad culpam leuissimam tenetur. *l. 1. §. 25. D. de pos. l. 20. C. de neg. gest. l. 23. D. de reg. iur. l. 13. l. 21. C. mand.* IIII. Qui alteri rem ultro obtulit, ex qua ei soli commodum obueniat, non nisi latae culpae praestantionem exigere potest. *l. 8. §. 3. D. de precar.*

* Ordinarie. Singulare in tutela. Tutor enim fauore pupilli ad exactam tenetur diligentiam, et culpam leuam praestat. *l. 1. D. de tut. et rat. distrab.*

§. 789.

Connexio.

Iam ad contractus singulos, et quidem ad veros, NOMINATOS, cum imperatore progredimur, quorum quum alii *re*, alii *verbis*, alii *litteris*, alii *consensu* capiant substantiam: (§. 780.) primum de illis, qui *re* ineuntur, agendum erit.

TIT. XV.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR
OBLIGATIO.

§. 790.

*Quo sensu
contractus
dicantur
reales?*

Contractus dicuntur RE IPIRI, vel REALES esse, non quasi actionem in rem producant, (768.) sed quia non capiunt substantiam hi contractus, nisi rei traditio interueniat, vel datio.

§. 791.

Tales ex veris et nominatis * sunt quatuor. I. Quot *fnis*
 MUTUUM, II. COMMODATUM, III. DEPOSITUM, *huius modi*
 et IIII. PIGNVS, *pr. et §. sequ. Inst. b. r. contractus?*

* Innominati enim omnes; ex quasi contractibus indebitum et obligatio nautarum, cauponum; stabulariorum.

§. 792.

I. MUTUUM est contractus, quo res fungibilis ita *Quid mu-*
 alicui datur, ut eius fiat, et is quandoque tantum- *tuum?*
 dem in eodem genere restituit. *pr. Inst. b. r. RES*
 vero FUNGIBILES dicuntur, quae pondere, nume-
 ro, et mensura constant. (§. 419.) l. 2. §. 1. *de*
reb. credit. In his enim tantumdem est idem.

§. 793.

Ex qua definitione sequitur, I. ut mutuum non sit, *Axiomata*
 nisi pecunia, *vel res fungibilis* alia, saltem breui ma- *de mutuo.*
 nu tradatur. (§. 792.) l. 2. §. 3. l. 11. *pr. l. 15. D.*
de reb. cred. II. Ut mutuum sit alienatio *, et rei
 fungibilis dominium transferatur in debitorem.
 (§. 792.) l. 2. §. 2. l. 16. l. penult. *D. eod. §. 2. Inst.*
quib. al. lic. vel. non.

* Quod notandum contra Claud. Salmassi Diatriben: *mu-*
tuum non esse alienationem. Mutuum enim non solum in
 quantitate consistit, sed et ipsa species quoad substan-
 tiam transfertur, et in hanc debitor omnino consequitur
 dominium. Non alienatur tamen quantitas, quae, utpote
 res incorporalis, non est obiectum domini. (§. 388, 1.)
 Et hinc contemplatione quantitatis nummi alienati esse
 negantur l. 55. *D. de solut.* et aes illud, quod ad de-
 bitorem attinet, dicitur *aes alienum* l. 213. §. 1. *D. de*
verb. sign.

§. 794.

Quum ergo mutuum sit alienatio: (§. 793, 2.) *Quis dare*
 infertur, I) non nisi eum dare posse mutuum, qui *possit mu-*
 potest alienare, §. ult. *Inst. quib. al. lic. vel non, l. 2.*
 §. 4. *D. de reb. cred.* adeoque 2) si quis, qui aliena-
 re nequit, mutuum dederit, nummos exstantes vin-
 dicari; consumptos bona fide condici; mala fide,
 actione ad exhibendum peti posse. (§. 466, 2.) l. 11.
 §. ult.

§. *ult. l. 13. pr. l. 14. D. eod. §.* 3) Idemque obtinere, si quis dolo malo pecuniam alienam sine mandato domini dederit mutuam. *l. 11. §. ult. l. 13. D. eod.*

§. 795.

*Quaenam
inde nascatur
obligatio?*

Quamvis vero in mutuo alienetur species: non alienatur tamen quantitas, (§. 793. *) ex eoque sequitur, 4) ut tantumdem et quoad quantitatem, et quoad qualitatem, reddendum sit. *l. 3. D. eod. l. 99. D. de solut.* 5) Ut conveniri quidem possit, ut minus, non ut plus reddatur, quam datum. *l. 11. §. 1. D. de reb. cred.* 6) Ut mutato valore nummorum ad tempus contractus respiciendum videatur, *arg. l. 3. D. de reb. cred. l. 2. C. de ver. numism. potest. l. 69. D. de contr. emt.* nisi de certa specie monetae reddenda conventum. *l. 5. l. 22. D. de reb. cred.* Et ita praxis seruat. *Gail. lib. II. Obs. cap. 73.*

§. 796.

*Quaenam
actio inde
nascatur?*

Ex hoc contractu datur actio unica, (§. 782.) cognominis, (§. 579.) nimirum **CONDICTIO** certi ex mutuo, vel **ACTIO MUTUI**. *l. 5. C. quib. non obiit, long. temp. praescrip.* qua creditor agit aduersus debitorem, eiusque heredem, (§. 768.) ad tantumdem in eodem genere, eademque bonitate, reddendum: non autem ad usuras, quae iure Romano ex contractu stricti iuris non debentur, nisi promissae. (§. 781. *)

§. 797.

*Commodatum
quid?*

II. **COMMODATUM** est contractus, quo res non fungibilis gratis utenda ita traditur, ut finito eovsu eadem species restituatur. §. 2. *Inst. h. t.*

§. 798.

*Axiomata
de commo-
dato.*

Ex quo sequitur: I, ut commodatum in certum ac definitum usum detur, ^{reus id} alias enim esset **PRECARIVM**. *l. 1. pr. l. 2. D. de precar.* II. Ut, si mercedem sibi quis stipuletur pecuniariam, commodatum transeat in locationem conductionem, §. 2. *Inst. h. t. pr. Inst. de loc. sin aliam rem, in contractum innominatum, de ut des.*

ut des. l. 5. D. de praescript. verb. III. Ut commodum ex hoc contractu sit penes solum commodatarium, incommodum penes commodantem. IIII. Ut non, sicuti in mutuo, (§. 793, 2.) transferatur dominium. l. 8. l. 9. D. commod.

§. 799.

Quia ergo commodatum ad certum usum datur: *Quamdiu et quomodo*
 (§. 798, 1.) 1) illud ante finitum usum ordinarie *re commo-*
 reuocari nequit. l. 17. §. 3. D. l. 3. C. commod. Nec *data uten-*
 2) commodatarius eam aliis usibus adhibere debet, *dum?*
 quia alias furtum usus committeret. §. 6. 7. *Inst. de*
oblig. quae ex delict. nasc. l. 54. §. 1. D. de furt.

§. 800.

Quumque *mercede* interueniente commodatum *An merces*
 in alium contractum transeat: (§. 798, 2.) conse- *intercedere*
 quens est, ut si *honorarium* * interueniat, commo- *possit?*
 dati natura non mutetur. *Arg. l. 6. pr. D. mand.*

* Honorarium vero a mercede differt, 1) quod haec conuentione definiatur; illud vltro offeratur; 2) quod mercedem admittant operae tantum illiberales; honorarium liberales, et quae aestimationem haud recipiant.

§. 801.

Quum porro commodum ex hoc contractu sit penes solum commodatarium, incommodum penes *Quae culpa praestanda?*
 commodantem: (§. 798, 3.) sequitur, 4) ut ille culpam leuissimam, hic latam tantum praestet. (§. 788, 1.)
 l. 5. §. 10. D. commod. 5) Ut, si commodatum sit in vtriusque gratiam factum, contrahentes sibi inuicem teneantur ad culpam leuem. (§. 788, 2.) l. 18. pr. v. at si vtriusque D. commod. 6) Ut, si in solam utilitatem commodantis hic contractus sit initus, tantum lata culpa praestanda sit. l. 5. §. 10. D. eod.

§. 802.

Denique ex vltimo axiome (§. 798, 4.) fluit, *Quid si res casu perierit?*
 7) quod si res casu fortuito perierit, ea pereat comodanti, tamquam domino, l. 18. in fin. l. 19. l. 20. D. l. 1. C. commod. §. 2. *Inst. b. t.* et hinc commodatarius non teneatur. (§. 786, 3.)

§. 803.

§. 803.

*Actio com-
modati du-
plex.*

Ex hoc ergo contractu duae nascuntur actiones contractui cognomines, nempe actiones COMMODATI DIRECTA et CONTRARIA. (§. 782.)

§. 804.

Directa.

DIRECTA datur commodanti aduersus commodatarium, eiusque heredes, ad eandem speciem finito vsu restituendam, (§. 797.) damnaque etiam culpa leuissima data refarcienda. (§. 801, 4.)

§. 805.

Contraria.

ACTIO CONTRARIA datur commodatario aduersus commodantem, eiusque heredes, ad indemnitatem: (§. 782.) veluti si sumtus haud modicos in rem fecerit, vel ob vitium rei commodatae celatum damnum senserit, vel ob rem vsu nondum finito repetitam detrimentum passus sit, *l. 17. §. 3. l. 18. §. 2. 3. D. commod.*

§. 806.

*Depositum
quid?*

III. DEPOSITVM est contractus re initus, quo quis alteri rem mobilem ita gratis custodiendam tradit, vt, quandocumque deponenti placuerit, eandem in specie restituat. §. 3. *Inst. h. t.*

§. 807.

*Axiomata
de hoc con-
tractu.*

Vnde obseruanda axiomata: I. Contractus et hic est gratuitus. II. Eo nec dominium, nec vsus, sed sola rei custodia transfertur. *l. 1. pr. D. depof. §. 3. Inst. h. t.* III. Commodum ex hoc contractu ordinarie ad solum deponentem, incommodum ad solum depositarium redundat.

§. 808.

*Conclusio-
nes ex axio-
mate pri-
mo.*

Ex primo axiomate inferimus, 1) depositum quoque vel in locationem conductionem, vel in contractum innominatum degenerare posse, si merces intercedat. (§. 798, 2.) *l. 1. §. 8. 9. 10. D. depof. 2)* Nec huius contractus naturam mutari per honorarium. (§. 801.) *l. 2. §. 24. D. de vi bon. rapr.*

§. 809.

§. 809.

Ex eodem colligimus, 3) contractum hunc non nisi cum amicis, in quorum fide maxima spes sita est, iniri, adeoque infamiam mereri dolum latamque culpam depositarii. (§. 786.) Cic. *pro Rosc. Amer. cap. 39. l. 10. D. de pos. l. 1. §. 1. D. de his, qui not. infam. §. 2. Inst. de poen. tem. litig.*

Cur hic contractus infamatus?

§. 810.

Ex altero axioma te fluit, 4) depositarium fur- tum vltus committere, si re deposita vtatur. *Inst. de oblig. quae ex del. nasc. §. 6. D. de pos. l. 1. §. 1. D. de his, qui not. infam. §. 2. Inst. de poen. tem. litig.* 5) Si rei fungibilis vltus concedatur expresse: ex deposito fieri mutuum. (§. 792.) *l. 24. l. 26. §. 1. D. de pos. §. 6) Sin tacite concedatur vltus rei fungibilis, veluti si res nec clausa, nec ob signata tradatur, tunc depositum fieri irregulare, simul ac depositarius re vti coeperit. l. 1. §. 34. D. eod.*

Ex secundo.

Constitutus est. ex l. 24. l. 26.

constitutus in mutuum

§. 811.

Denique ex tertio axioma te fluit, 7) deponen- tem ordinarie ad culpam leuissimam; depositarium ad latam teneri. (§. 788, I.) *l. 1. §. 7. 16. 20. sequ. D. de pos. §. 8) Hunc etiam casum sentire, si depositum sit irregulare. (§. 810. 4. 5.) l. 24. D. de pos. vel si in mora sit restituendi, vel casum omnem in se susceperit. (§. 785, 3.)*

Ex tertio,

§. 812.

Depositum alias in SIMPLEX diuiditur, quod haftenus descriptum, et MISERABILE, quod fit ob tumultum, incendium, ruinam, naufragium. *l. 1. §. 1. D. de pos.* Hoc id singulare habet, quod, si dolus depositarii vel heredis in eo pelluceat, vterque ad dupli restitutionem teneatur: hic tamen non nisi in simplum, si dolus defuncti intercesserit. *l. 1. §. 1. D. de pos.*

Quotuplex depositum?

§. 813.

Deinde deposito vicinum, et ab eo tamen diuersum est SEQUESTRUM, quod I) illud semper fit ab vno, eoque volente; hoc etiam a pluribus, qui de

Sequestrum quid?

R

domi-

dominio litigant, aliquando etiam inuitis, iussu iudicis* l. 7. §. *fin.* D. *qui satisfdar. cog.* 2) Quod illud fit in re quacumque mobili; hoc in re litigiosa, etiam immobili. l. 110. D. *de verb. signif.* l. 5. C. *quor. adpell. non recip.* 3) Quod illud ordinarie solam custodiam; hoc et possessionem et curam transfert in sequestrem. l. 17. §. 1. D. *depos. d.* l. 5. C. *quor. adpell. non recip.*

* Sed non nisi imminente metu fugae, l. 7. §. *ult.* D. *qui satisfdar. cog.* vel dilapidationis, l. 12. §. *ult.* D. *de adpell. vel armorum*, vel ob similes causas grauiores, l. *ult.* in *fin.* C. *quibus ad libert.* l. 5. D. *quor. adpell. non recip.* l. 20. §. 1. C. *de agric.* Quo etiam pertinet bellissima species cap. 14. X. *de sponsal.* vbi de sequestratione sponsae, quae duobus fidem de matrimonio dederat. Extra hos casus prohibita est sequestratio rei litigiosae. l. *vn.* C. *de probib. sequestr. pecun.*

§. 814.

*Duplex
actio depo-
siti.*

Ex hoc etiam contractu nascitur denuo duplex DEPOSITI ACTIO, DIRECTA ET CONTRARIA. (§. 782.)

§. 815.

Directa.

DIRECTA datur deponenti aduersus depositarium, eiusue heredes, ad rem depositam in specie cum omni causa restituendam, (§. 807.) resarciendumque damnum dolo et culpa lata datum. (§. 811.) Cui actio-ri nec exceptio compensationis, nec doli mali, nec iuris in re deposita competentis opponi potest. l. *penult.* C. *depos.* l. *ult.* §. 1. C. *de compensat.* Immo nec iure retentionis recte vitur depositarius, quamuis Doctores eam concedant ob impendia necessaria in rem depositam facta. l. 11. C. *depos.*

§. 816.

Contraria.

CONTRARIA datur *depositaro* aduersus deponentem, eiusue heredes, ad indemnitatem (§. 782. et §. 811.) l. 5. *pr.* D. *depos.*

§. 817.

*Actio se-
questraria.*

Similiter EX SEQUESTRO, finita lite, ACTIO SE-QUESTRARIA DIRECTA datur victori aduersus sequestrem, eiusque heredem, ad rem depositam cum

OMNIA

omni caussa restituendam. l. 5. §. 1. l. 12. §. 2. D. de-
 pos. CONTRARIA sequestri aduersus victorem ad in-
 demnitatem. l. 5. §. 2. D. de pos.

§. 818.

III. PIGNVS constituitur *contractu*: constitutum *Pignus*
 vero hoc modo et traditum dat IVS IN RE aequae, *quasi nus*
 ac hypotheca solo pacto sine traditione constituta. *ius in re?*
 (§. 339. ** §. 334.) Ex quo iure nascitur actio in
 rem *Seruiana* et *quasi Seruiana* seu *hypothecaria*, qua-
 rum illa locatur praedii rustici aduersus colonum,
 vel quemcumque possessorem; hac creditor contra
 debitorem vel possessorem quemlibet agit ad res pi-
 gnori obligatas persequendas. §. 7. *Inst. de action.*

§. 819.

Ast hic pignus non accipitur pro iure in re, sed *Quatenus*
 pro contractu, quo illo ius constituitur, adeoque *contractus.*
 definiri poterit, quod sit contractus re initus, quo
 creditori res ita traditur in securitatem crediti, vt so-
 luto debito eadem in specie reddatur. §. *ult. Inst. h. r.*

§. 820.

Ergo I. pignori dari possunt res omnes, quae se- *Axiomata*
 curum praestant creditorem. l. 9. §. 2. D. de pign. *de pignore.*
act. II. Ex hoc contractu non vsus transfertur, sed
 possessio et custodia, adeoque traditionem accedere
 oportet. §. *ult. Inst. h. r.* III. Contractus pignoris
 in vtriusque contrahentis vtilitatem comparatus est.
 §. *ult. Inst. h. r. l. 5. §. 2. D. commod.*

§. 821.

Ex primo axioma inferimus, 1) oppignorari *Conclusio-*
 posse res tam corporales, quam incorporales, l. 11. *nes ex*
 §. 2. D. de pign. l. 4. C. quae res pign. dar. 2) tam *axioma*
 immobiles, quam mobiles. 3) tam proprias, quam *primo.*
 alienas, modo domini consensus vel rati habitio acce-
 dat. l. 20. *pr. D. de pign. act.* 4) Non autem res ex-
 emptas commercio. l. 9. §. 1. D. de pign. et hypob. 5) nec
 res litigiosas. l. 1. §. 2. D. quae res pign. l. 3. C. eod.

§. 822.

Ex secundo.

Ex secundo fluit, 6) creditorem pignore vti non posse, nisi accesserit pactum *ἀντιχρησεως*, vel de pignoris vſu in vicem vsurarum. *l. 11. §. 1. D. de pign. et hypoth.* 7) Maxime inter se differe pignus et hypothecam *. *l. 9. §. 2. D. de pign. act.*

* Pignus enim 1) constituitur contractu; hypotheca pacto, cui praetor adſiſtit. (§. 777.) 2) Pignus traditur, hypotheca rem sine traditione adſicit. §. 7. *Inſt. de act. l. 9. §. 2. D. de pign. act. l. 238. §. 2. D. de verb. ſign.*

§. 823.

Ex tertio.

Ex tertio axiomate colligimus, 8) vtrumque contrahentem teneri ad culpam leuam praestandam. *l. 5. §. 2. D. commod. l. 25. D. l. 5. l. 7. C. de pignorat. act.* Nec obſtat *l. 13. §. 1. D. eod.*

§. 824.

Actio pignoratitia duplex.

Ex hoc quoque contractu duplex datur actio PIGNORATITIA, DIRECTA et CONTRARIA. (§. 782.) §. *ult. Inſt. h. t. l. 3. l. 8. l. 9. pr. D. de pign. act.*

§. 825.

Directa.

DIRECTA debito ſoluto (§. 819.) datur debitori aduerſus creditorem, eiufque heredes, ad rem oppignoratam * cum omni cauſſa reſtituendam, reſarciendaque damna, culpa etiam leui data. (§. 823.) §. *ult. Inſt. h. t.*

* Attamen, ſoluto licet debito, creditor pignus iure retentionis debitori denegabit, ſi nouum contraxerit debitum. *tot. tit. C. etiam ob chirogr. pecun. pign. teneri.*

§. 826.

Contraria.

CONTRARIA contra creditori competit aduerſus debitorem, eiufque heredes, ad indemnitate[m]: (§. 783.) veluti ſi creditor impenſas in pignus fecerit, ſi damnum inde paſſus ſit, ſi res aliena ipſi obligata fuerit *et, l. 3. l. 8. l. 9. l. 36. D. de pign. act.*

T I T. XVI.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

§. 827.

Vti contractus reales non solo consensu, sed accedente rei datione vel traditione substantiam capiunt: (§. 790.) ita VERBORVM obligationes non consensu, sed verborum sollemnitate, perficiuntur.

Quid verborum obligatio?

§. 828.

Huius modi contractus olim erant tres, sollemnis dotis DICTIO *, PROMISSIO operarum, a liberto facta, firmataque iureiurando, et STIPULATIO. Cai. *Inst. lib. II. tit. 9. §. 2. sequ.* Vlpian. *Fragm. tit. 6. §. 1. sequ.* Quae quum sola locum in libris nostris inuenerit: de ea sola hic agendum videtur.

Quot contractus verbales?

* Dos vel DABATUR, si obsignata apud auspices deponitur: Suet. *Claud. cap. 21.* vel PROMITTEBATUR, respondendo ad stipulationem: Plaut. *Trinum. act. 5. scen. 2. vs. 34. sequ.* vel DICEBATUR verbis sollemnibus, sed a stipulatione diuersis, qualia fortassis illa apud Terent. *Andr. act. 5. scen. 4. vs. 47.*

- - - Dos, Pamphile, est Talenta quindecim. *P.A. Accipio.*

Conf. *Antiqu. nostr. Rom. lib. II. tit. 7. §. 4. sequ.*

§. 829.

STIPULATIO est contractus unilateralis, quo quis ad alterius interrogationem congrue et in continenti respondendo ad dandum aliquid vel faciendum, quod alterius interest, obligatur. Quum enim nuda rei futurae promissio iure Romano actionem non produceret: (§. 774.) inuenta est stipulatio, qua, qui rem in futurum promittit, obligaretur. *pr. Inst. h. t. l. 27. C. de pact.*

§. 830.

Quum vero vel certum quid promitti possit, veluti species vel quantitas; vel incertum, veluti genus vel factum: ipsa quoque stipulatio vel CERTA, vel INCERTA est. *l. 74. D. de verb. oblig. pr. Inst. eod.*

Ea vel certa, vel incerta.

§. 831.

Vel pure, vel in diem, vel sub conditione facta. Quandoquidem etiam vel *pure*, vel *sub conditione*, vel *in diem* promittitur: stipulatio in *PVRAM*, *CONDITIONALEM*, et *IN DIEM* *CONCEPTAM* recte diuiditur. §. 2. §. 4. *Inst. l. 73. pr. d. b. r.*

§. 832.

De earum differentia axiomatu.

Vbi notanda axiomata: I. Si *pura* stipulatio est: dies et cedit statim, et venit. *l. 213. D. de verb. sign.* II. Vbi conditio possibilis adiecta: dies, pendente conditione nec cedit, nec venit *. *d. l. 213.* III. Conditio vero impossibilis promissionem plane vitiat. (§. 549. *) §. 1. *Inst. de inut. stipular. l. 7. l. 26. l. 27. pr. l. 123. D. b. r.* IIII. Si ex die certo quid promissum, dies cedit, sed non venit, nisi lapso die. §. 2. *Inst. b. r. §. penult. Inst. de inut. stipular. d. l. 213. D. de verb. sign.* V. Si ad diem quid promissum, dies statim cedit et venit, et obligatio perpetuatur, sed lapso die eliditur exceptione. §. 3. *Inst. b. r. l. 44. §. 1. D. de oblig. et act.* VI. Dies incertus, si dubium sit, an existurus sit, pro conditione habetur. *l. 75. D. de condit. et demonstr. (§. 632.)* VII. Existens conditio in contractibus ad principium retrahitur. *l. 11. §. 1. D. qui pot. in pign.* Quod fecus in legatis. *l. 18. D. de regul. iur.*

* Conditio in praesens vel praeteritum concepta; proprie conditio non est, ob definitionem §. 645. Hinc ea obligationem non suspendit, sed adiecta stipulationem vel statim infirmit, vel ea statim committitur. E. c. si dictum: *dabisne, si Titius consul fuit?* si fuit consul, statim valet stipulatio: si non fuit, statim infirmatur. §. 6. *Inst. de verb. oblig. (§. 545. *)*

§. 833.

Axiomata de stipulatione alia.

Nec minus notanda et sequentia axiomata: VIII. Ad tempus non potest deberi. (§. 832, 5.) §. 3. *Inst. b. r.* VIII. Stipulatio constat interrogatione et responsione congrua. §. 1. *Inst. b. r.* X. Conditio negativa, (fecus ac in hereditatibus ac legatis §. 637. *) praestationem suspendit vsque ad mortem promittentis. Vnde si quis ita stipuletur: *si in Capitolium non adscen-*

ascendero, dare spondes? perinde est, ac si stipulatus
 esset, cum moreretur, sibi dari. §. 4. *Inst. h. t.* XI.
 Ex stipulatione etiam spes in heredes transmittitur,
 quamvis is, cui sub conditione debetur, ante exis-
 stentem conditionem decesserit *. §. 4. *Inst. h. t.*
 XII. Alium obligare promissione sua nemo potest.
 §. 3. *Inst. de inutil. stipular.* XIII. Nec potest quisquam
 alii, quam sibi, stipulari, §. 4. *Inst. eod.* nisi sua inter-
 sit, alteri dari, fieri. (§. 829.) §. 19. *Inst. eod.*

* Aliud in hereditatibus et legatis sub conditione relicto,
 quae non transmittuntur, si heres vel legatarius ante
 existentem conditionem decessit. (§. 549. 6.) l. vn. §. 7.
C. de caduc. toll.

§. 834.

Ex stipulatione, temquam contractu *μονοπλευρω*, *Actio ex stipulatu*
 (§. 829.) vna nascitur actio; (§. 782.) illi cognomi-
 nis EX STIPVLATV, l. 83. §. 6. D. de verb. oblig. *certi et in-*
 quamvis illa, si certum petitur, *actio CERTI*; sin-
 incertum, *actio INCERTI EX STIPVLATV* vocer-
 tur. *pr. Inst. h. t.* (§. 830.)

§. 835.

Vtraque datur stipulanti aduersus promitten-
 tem, eiusue heredem, ad dandum faciendumue,
 quod promisit. *Qualis?*

§. 836.

Quamvis enim vulgo tradant, promissorem *facti* *An, qui fa-*
 obligatione liberari praestando id, quod interest: id-
 tamen non adparet ex l. 72. *pr. l. 75. §. fin. l. 81. l. retur prae-*
 112. §. 1. D. de verb. oblig. l. 13. §. fin. D. de re iud. *stando id,*
 l. 71. §. 2. D. de condit. et demonstr. Potest quidem *quod inter-*
 conueniri is, qui factum promisit, idque si intra tem-
 pus idoneum haud praestitit, ad id, quod interest:
 sed quod cogi non possit ad factum praestandum,
 aut quod liberetur offerendo id, quod interest, in
 nullo illorum textuum legitur. Vid. Cuiac. *ad l. 72.*
D. h. t. Coraf. *Miscell. lib. II. cap. 3.* Huber. *Prael.*
ad Inst. h. t. §. 5. Thomaf. *Diff. sing. an, qui factum*
promisit, liberetur, praestando id, quod interest?

§. 837.

*Poenam con-
uentionalis
cur addita?*

Vnde, quod Iustinianus ait, utile esse, stipulationibus facti poenam conventionalem adicere? §. ult. *Inst. b. t.* non ideo fit, quod, qui factum promisit, ad illud praestandum abscisse non teneatur: sed quod facta plerumque sunt incertae aestimationis, adeoque difficilior probatio, si factio non praestito ad id, quod interest, agere stipulator decreuerit.

§. 838.

*Vfus ha-
dternus.*

Ceterum quamuis sollemnia verba susceperit Leo imp. l. 10. C. de contr. stipul. §. 1. *Inst. b. t.* non tamen susceperit interrogationem et responsionem congruam, adeoque nec differentiam pactio-um et stipulationum. Sed germanicae originis gentes uti hisce formulis numquam vsae sunt: ita hodiernum inter pacta et stipulationes nihil statuunt discriminis, sed ex utrisque concedunt actionem, siue intercesserit interrogatio et responsio, siue non fuerit adhibita. (§. 777. *) [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 12.*]

T I T. XVII.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET
PROMITTENDI.

§. 839.

*Inter duos
promitten-
tes et stipu-
lantes obli-
gatio ordi-
nariae diui-
sa.*

Non solum vnus, sed plures quoque aliquando sibi quid vel stipulantur, vel promittunt, et tunc ordinariae valet regula: si duo pluresue promittunt, vel duobus pluribusue promittitur: singuli pro parte et obligantur, et ius ex ea stipulatione adquirunt. l. 11. §. 1. 2. D. b. t.

§. 840.

*Nisi sine
correi.*

Sed haec regula non caret exceptione. Quod si enim, qui promittunt, sunt REI PROMITTENDI, obligatio inter eos non est diuisa, sed singuli in solidum tenentur. Contra, si, qui sibi stipulati sunt, sunt REI STIPVLANDI, singulis solidum debetur. §. 1. *Inst. l. 2. l. 3. §. 1. D. b. t.*

§. 841.

REI alias *speciarim* dicuntur ii, vnde petitur: *generatim* ii, *quorum de re disceptatur*. Cic. lib. II. de orat. cap. 43. § 79. Fest. voce *reus*. Vnde et actor et reus communi vocabulo REI dicuntur Pomponio l. 5. pr. v. *conventionales* D. de verb. oblig. adeoque iureconsultis ratio fuit, hoc vocabulo et promittentes et stipulantes adpellandi.

Quanam rei dicantur?

§. 842.

REI ERGO PROMITTENDI sunt, qui alteri, vna oratione omnes interroganti, congrue respondent, seque singulos in solidum idem daturos facturosque spondent pr. Inst. l. 1. l. 2. l. 3. §. 1. l. 4. D. h. t. E. gr. apud Plaut. in *Trinum. act. 5. scen. 2. vs. 39.* Lyfiteles interrogat:

Quanam rei promittendi?

Istac lege, (cum ista dote), filiam tuam spondesu' mihi vxorem dari?

Respondet Callicles: *spondeo*; et Charmides addit: *et ego spondeo idem hoc*. Callicles et Charmides erant duo rei promittendi saltem ratione dotis,

§. 843.

REI STIPVLANDI sunt, quibus separatim sibi eandem rem in solidum stipulantibus debitor eam se daturum facturumque spondet. §. 1. Inst. l. 1. D. h. t. V. c. si Titius interrogaret: *spondesne mihi dare mille Philippum?* et Maevius: *spondesne mihi dare item mille Philippum?* et Sempronius responderet: *utriusque vestrum dare spondeo*: Titius et Maevius essent duo rei stipulandi. pr. Inst. h. t.

Quid rei stipulandi?

§. 844.

Hodie sine interrogationis et responsionis sollemnitate (§. 838.) correi promittendi fiunt, qui eandem rem in solidum promittunt: rei stipulandi, quibus idem in solidum promittitur; v. c. verbis: *ze zaamen en elk voor't gebeel*; vel Germanice: *alle vor einen, und einer vor alle*; vel: *allen vor einen, und einem vor alle*. Huber. Prael. ad Dig. h. t.

Quomodo hodie fianz correi?

§. 845.

Obligatio
reorum
promitten-
di.

Quum itaque rei promittendi in solidum teneantur: (§. 840.) consequens est, 1) vt singuli possint conueniri in solidum. §. 1. *Inst. l. 3. §. 1. D. b. t.* 2) Vt vnus reorum creditori quocumque modo satisfaciendo obligationem perimat. *l. 2. l. 3. §. 1. D. b. t. l. 20. D. ad SC. Velleian. l. 16. pr. D. de acceptilat.* 3) Vt non gaudeant beneficio diuisionis, ne quidem iure nouissimo, nisi eo casu, si correi sint ἀλληλεγγύως ὑπεύθυνοι, id est, si reciproca fideiussione sint obligati *. *Nou. 99. cap. 1.*

* Ergo hac *Nouella* tantum derogatur *legi II. pr. D. b. t.* vbi Papinianus beneficium diuisionis negat competere correis promittendi, vice mutua fideiussoribus. Sed doctores more suo hanc *Nouellam* ad omnes correes promittendi produxerunt. Et ita fere in foro hic error triumphat, ob *Auth. hoc ita C. b. t.* quamuis ab auctoritate sua diuersissimam.

§. 846.

Ius reorum
stipulandi.

Quumque contra reis stipulandi singulis solidum debeatur: (§. 840.) sequitur, 4) vt singuli possint exigere solidum. 5) Vt, si vni quocumque modo satisfactum sit, reliquorum ius exigendi perimatur. *l. 2. D. b. t. l. 31. §. 1. de nouat.*

§. 847.

An correis
inuicem
competat
actio?

Quum denique hoc negotium inter stipulantem et promittentem, non inter ipsos correos geratur, et obligatio personas non egredietur: (§. 768.) inferendum est, 6) vnum reorum promittendi, soluentem, actionem non habere aduersus correum, *l. 36. D. de fideiuss.* nisi vel in communiione sint, vel soluens iura a creditore cessa acceperit *. 7) Correum stipulandi, cui solutum, non cogi cum correo partem communicare, nisi vel socii sint, vel ita inter illos conuenierit *l. 62. pr. D. ad leg. Falcid.*

* Sed facile tamen patet, reo soluenti etiam non socio, nec iure cesso utenti, hodie competere actionem negotiorum gestorum contrariam vtilem. Dum enim pro correo soluit, eumque liberauit, negotia eius gessit vtiliter, adeoque petere potest indemnitatem. Et ita etiam accipi potest, *l. 2. C. b. t.*

T I T. XVIII.

DE STIPVLATIONIBVS SERVORVM.

§. 848.

Seruus nec persona est, (§. 77.) nec sibi quidquam *Seruus an*
adquirat, sed domino (§. 470.) Ergo et stipula- *et quando*
tione sibi nihil; domino omnia acquirit, quia non *stipuletur?*
nisi ex persona domini stipulandi ius habet. *pr. Inst.*
h. t. l. 1. pr. D. de stipulat. seruor.

§. 849.

Ex quo sequitur, 1) vt domino adquirat stipu- *Stipulando*
lando: siue sibi, siue domino, siue conseruo, siue *adquis*
impersonaliter stipuletur. §. 1. *Inst. l. 1. pr. l. 15. D. h. t.* *domino,*
2) Vt seruus communis vnicuique domino stipulando
adquirat pro rata portione domini, nisi vnius iussu,
ant vni nominatim, stipulatus sit. §. 3. *Inst. l. 5. l. 7.*
D. h. t. ult. C. per quas pers. cuique adquir. 3) Vt
seruus hereditarius hereditati, quae ante aditionem
personam defuncti sustinet, (§. 329.) stipulando ad-
quirat. *pr. Inst. h. t. l. 35. D. h. t.*

§. 850.

Quum vero de adqueactu id intelligendum sit: *Nisi stipu-*
(§. 848.) inferunt veteres, 4) si factum stipulatus sit *letur fa-*
seruus, v. c. *vt sibi ire, agere liceat*, domino id facere *ctum.*
haud licere. §. 2. *Inst. h. t. l. 38. §. 6. D. de verb. oblig.*

§. 851.

Hodie, quum et rarior sit seruitus, et homines *Vfus ho-*
proprii vel adscriptitii, qui supersunt, dominis non *diurnus.*
omnia adquirant: (§. 85.) totus hic titulus vere nul-
lius vsus est.

T I T. XVIII.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

§. 852.

A personis, quae vel stipulari iubent, vel stipulan- *Stipulatio:*
tur, stipulationes diuiduntur in PRAETORIAS, *num diui-*
sio noua.
COM-

COMMUNES, et CONVENTIONALES. *pr. Inst. b. t. de quibus paucis dicendum.*

§. 853.

*Praetoriae
quae nam?*

PRAETORIAE sunt, stipulationes vel cautiones, quae a mero praetoris officio proficiuntur: quo et aedilitiae referuntur; §. 2. *Inst. b. t.* IUDICIALES, quae a mero iudicis officio, COMMUNES, quae ab utriusque *, §. 2. §. 4. *Inst. b. t.* CONVENTIONALES, quae ex conventionione utriusque partis concipiuntur. §. 3. *Inst. eod.*

* Distinctum enim Romae erat praetoris et iudicis officium. Praetor magistratus erat; iudex privatus. Ille *ius dicere*, hic *iudicare* dicebatur: ille pro tribunali, hic de plano vel ex subsellio, unde et pedaneus dicebatur: ille denique de iure cognoscebat, et hinc actionem, exceptionem, replicationem cet. audiebat, contestataque lite dabat iudicem: hic de facto cognoscebat, et ex formula a praetore praescripta ferebat sententiam. V. C. Ger. Moode, *de iurisdic. lib. I. cap. 6. 7.* Si praetor, non dato iudice, ipse toti causae praerant, *extra ordinem* iudicare dicebatur.

§. 854.

Cautio damni infecti.

PRAETORIA e. c. erat CAUTIO DAMNI INFECTI, qua praetor rei vitiosae, veluti aedium ruinosarum, dominum, vel eum, qui domini loco habebatur, iubebat vel promittere, vel satisfidare vicino, cui damnum imminebat, se refarciturum damnum, si intra certum diem contigerit. *l. 13. pr. §. sequ. D. de damn. infect.* Nolentem satisfidare missione in bona ex primo, ac deinde ex secundo decreto coercerebat. *l. 15. §. 16. 20. D. de damn. infect. l. 3. §. ult. de acquir. possess.*

§. 855.

Legatorum nomine.

Eiusdem generis est CAUTIO LEGATORVM SERVANDORVM CAUSSA, qua heres legatariusve legatum post tempus vel conditionis euentum debens, a praetore iubetur cauere, se sine omni dolo malo legatum praestiturum, quum dies venerit. *l. 1. D. de leg. serv. causs.*

§. 856.

*Iudicialis,
cautio de dolo.*

IUDICIALIS est CAUTIO DE DOLO, qua is, qui ad rem restituendam condemnatus est a iudice, iube-

iubetur cauere, sed rem cum omni caussa sine fraude restitutum. *l. 21. l. 45. D. de rei vind. l. 9. §. 5. 7. D. quod met. causs.*

§. 857.

Ita et a iudicis officio proficiscitur CAVTIO DE *De perse-* PERSEQVENDO SERVO, QVI IN FVGA est, ab *quando fu-* eo exigi solita, qui hominem per vim extorsit, si *gitiuo.* eum postea fuga abstulerit. *l. 14. §. 11. D. quod met. causs.*

§. 858.

Eiusdem naturæ est CAVTIO DE PRETIO RE- *De pretio* STITVENDO, si res promissa praestari ab vno *restituendo,* coheredum in solidum iubeatur, vt reliqui coheredes eum indemnem praestent. *l. 25. §. 10. D. famil. ercisc.*

§. 859.

COMMVNES sunt cautiones REM PVPILLI *Communes,* SALVAM FORE, (de qua supra §. 280. *sequ.*) et *rem pupilli* CAVTIO DE RATO, quam praestare iubetur pro- *saluam fo-* curator, cuius de mandato dubitatur. *l. 1. C. de* ^{*re, et de ra-*} _{*10,*} *procurat.*

§. 860.

Conventionalium tot fere sunt species, quot re- *Conuentio-* rum contrahendarum. §. 3. *Inst. b. t.* Nullus enim *nales.* fere erat contractus, cui non subiiceretur stipulatio. *Senec. de benef. lib. III. cap. 16. l. 71. D. pro soc. l. 88. D. de solut. Cuiac. ad l. 17. D. de verb. oblig.*

§. 861.

Hodie cautiones *praetoriae, iudiciales, et commu-* nes non amplius differunt, quia nec officia praetoris *vsus ho-* et iudicis differunt. Nec abscessisse cauendum *diurnus.* stipulationibus, sed sufficit nuda repromissio, verbis vel chirographo facta. Cautiones damni infecti et de seruo persequendo, immo et de dolo malo et restituendo pretio, ob obsequationem promptam hodie vix vsu frequentantur.

T I T. XX.

DE INVILIBVS STIPVLATIONIBVS.

§. 862.

Stipulationes quot modis inutilis?

Stipulationes aliquando vel ratione PERSONARVM CONTRAHENTIVM, vel ratione RERVM, quæ in stipulationem deducuntur, vel ratione FORMÆ stipulationis, inutilis habentur.

§. 863.

Ratione personarum inhabilium?

Quum enim, quod ad PERSONAS CONTRAHENTES attinet, stipulatio fit contractus, contractus conventio, conventio duorum vel plurium in idem placitum consensus: (§. 773.) sequitur, ut inutilis sint 1) stipulationes infantium, 2) furiosorum et mente captorum, 3) surdorum & mutorum. §. 6. 7. 8. 9. 10. *Inst. b. t.* 4) Ut prodigi & infantia maiores pupilli possunt quidem sibi stipulari, sed non aliis spondere, vel se obligare *, nisi auctore tutore.

(§. 251.) §. 9. *Inst. b. t. l. 6. D. de verb. oblig.*

* Obligatur quidem pupillus naturaliter, *l. 21. D. ad leg. Falcid. l. 1. D. de novat.* sed quia hæc obligatio naturalis effectu caret, et legibus civilibus infirmatur: ideo aliquando ne naturaliter quidem obligari dicitur. *l. 41. D. de cond. indeb. l. 59. de oblig. et act.* Non esse enim, et omni effectu destitui, in iure habentur synonyma. Civiliter ergo numquam obligatur pupillus, *l. 43. D. de oblig. et act.* nisi cum obligatio ex re venit, *l. 46. D. eod.* veluti ex maleficio, *pr. Inst. de obl. ex del.* item ex contractu et quasi contractu tunc, quando pupillus factus est locupletior. *l. 14. D. de cond. ind.* Minor, cuius non persona, sed res, curatori primario subest, civiliter obligatur, *l. 101. D. de verb. obl. l. 43. D. de oblig. et act.* sed saluum ipsi est restitutionis in integrum beneficium: quamvis in foro hodie non nisi naturalis obligatio nasci dicatur ex contractibus minorum. Plenissime hanc causam peroravit Huber. *Prael. ad Inst. b. t. §. 11. sequ.*

§. 864.

Ob unitatem personarum.

Ex eodem principio, quod stipulatio fit consensus duorum vel plurium, (§. 773.) sequitur, 5) ut non subsistat stipulatio inter patrem et filium, quippe qui

qui pro vna persona habentur, (§. 139, 6. 8.) §. 6. *Inst. b. t. nec, 6)* ob eandem causam, inter dominum et seruum. (§. 77.) *d. §. 6. Inst. b. t.*

§. 865.

Quia porro alteri stipulari nemo potest, nisi stipulantis ipsius interfit: (§. 833, 13.) 7) ne pater quidem potest stipulari filio, §. 4. *Inst. b. t. nisi heredi. l. 17. §. 4. D. de pact. l. 33. D. eod.* 8) Et hinc, si quis sibi et amico stipulatus sit, pro parte tantum stipulantis valet obligatio. *d. §. 4. Inst. eod.* 9) Contra si quis sibi aut amico dari stipulatus est, is totam obligationem sibi acquirit, quamvis amico, inuito etiam stipulatore, recte solui possit. §. 4. *Inst. b. t. l. 31. pr. l. 57. §. 1. D. de solut.* Et hoc iure etiam num utimur.

Alter alteri stipulari non potest.

§. 866.

Ex eodem principio sequitur, 10) ut tutor possit stipulari a contutoribus, rem pupillo saluam fore, aliaeque stipulationes similes valeant, dum stipulantis interfit. §. 19. *Inst. b. t.*

Nisi interfit stipulantis.

§. 867.

Ratione MATERIAE quoque variae stipulationes sunt inutiles. (§. 867.) Quum enim stipulatione obligetur alter ad dandum aliquid vel faciendum: (§. 829.) in stipulationem sane deduci nequeunt 11) res, quae non sunt in commercio. §. 2. *Inst. b. t.* 12) Res quae nec existunt, nec existere possunt. §. 1. *Inst. b. t.* Nam si non existant, sed existere possunt, omnino valet stipulatio, veluti si quis sibi stipuletur fructus futuros, *l. 73. D. de verb. oblig.* 13) Res nostrae, §. 2. *Inst. b. t.* vel 14) alienae in casum, si nostrae futurae sint. §. 22. *b. t.* 15) Res turpes, quae per leges praestari nequeunt. §. 24. *Inst. b. t. l. 26. D. de verb. obl. l. 7. §. 3. D. de pact.*

Ratione materia vel obiecti.

§. 868.

Quia vero et alium promissione nostra obligare haud possumus: (§. 833, 12.) frustra 16) promittitur, alium daturum vel facturum. §. 3. *Inst. b. t.*

Pro alio promittere non possumus.

Quodsi

Quodsi tamen quis dicat, se effecturum, ut alter det vel faciat, vel poenam in eum casum, si alter non dederit, vel fecerit, spondeat, vel indemnitate promittat: utilis erit promissio, quia non alium, sed se, hac stipulatione obstrinxit. l. 38. §. 21. *D. de verb. oblig.*

§. 869.

*Ratione
formae
internae.*

Ratione FORMAE quoque haud paucae stipulationes sunt inutiles: (§. 862.) veluti, 17) si promissor et stipulator non de eadem re sentiant, (§. 773.) §. 23. *Inst. b. t.* 18) Si non in nomine, sed persona alterius erretur, veluti si Titio promissurus, Caio promittat. Arg. l. 9. pr. *D. her. inst.* 19) Si conditio adiecta sit impossibilis. (§. 833, 3.) §. 11. *Inst. b. t. l. 31. D. de oblig. et act.* itemque, 20) si stipulatio sit perplexa, Arg. l. 16. *D. de cond. inst.* non, si sit praepostera *) §. 13. *Inst. b. t. l. 64. D. de verb. obl.* 21) Si causa debendi desit. l. 2. §. 3. *D. de dol. et mer. except.*

* *Perplexae* vocantur stipulationes, quae ita concipiuntur, ut exitum habere nequeant, e. gr. *si Titio totum dederis fundum Tusculanum, an eundem Maevio dare spondes?* Et haec perplexitas heredis etiam institutionem vitiat. (§. 549, 5.) *Praeposterae* contra sunt, ubi promittitur in praesens, et tamen dies futurus vel conditio adicitur, e. gr. *si navis cras ex Asia redieris, an hodie dare spondes?* Hic enim obligatur promissor, §. 14. *Inst. b. t.* idemque in ultimis voluntatibus obtinet. l. 25. *C. de testam.* (§. 549, 5.)

§. 870.

Externae.

Quum externa forma stipulationis in interrogatione et responsione congrua consistat: (§. 833, 2.) consequens est, 22) ut inutilis sit stipulatio, si aliud responsum, ac rogatum, e. gr. si pure rogatus, sub conditione spondeat. §. 5. *Inst. b. t.* Hinc quum Lyfiteles apud Plaut. in *Trinum act.* 5. *scen.* 2. vs. 34. interrogaret:

— — *Sponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?*
et Charmides responderet: *spondeo, et mille auri Phlippum dotis: inutilis erat stipulatio, et hinc ille paullo post*

post de nouo stipulabatur, 23) Vt tamen valeat stipulatio, si diuiduae sint res, quae in stipulationem deductae. §. 18. *Inst. b. r. l. 1. §. 4. l. 83. §. 3. D. de verb. oblig.*

§. 871.

Ex eodem principio sequitur, 24) vt absentes inutiliter stipulentur. §. 12. *Inst. b. r. l. 1. §. 4. l. 83. §. 3. D. de verb. oblig.* 25) Vt stipulatio non fiat per epistolam, nuncium, litteras. Si tamen scriptum sit, omnia facta sollemniter, pro scriptura militat praesumptio et veritatis, et sollemnitas. §. 12 §. 17. *Inst. b. r. l. 14. C. de contrab. vel commitr. stipulat.*

T I T. XXI.

DE FIDE IVSSORIBVS.

§. 872.

Quum per stipulationem etiam fideiussio fieret: *Connexio.* §. 1. *Inst. de verb. oblig.* doctrinae de stipulatione subiicitur tractatio de fideiussione, quae gratiae, et vere virile ac ciuile habebatur negotium. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. *D. ad. SC. Velleian.*

§. 873.

FIDEIVSSOR est, qui alienae obligationi mediante stipulatione, et sine nouatione, accedit. Qui enim non per stipulationem, sed pacto interueniente, alterius obligationi accedit, non FIDEIVBET, sed CONSTITVIT. l. 1. §. 4. l. 11. §. 1. *D. de const. pecun. b. 12. §. 14. D. mand.* Qui alterius obligationem nouando in se suscipit, adeoque, liberato priore reo, se ipse obligat, is EXPROMITTIT. l. vlt. *D. ad SC. Maced. §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. (§. 1015.)*

§. 874.

Hinc fluunt axiomata: I. Fideiussio est stipulatio. l. 12. *C. de fideiuss.* II. Fideiussio est negotium virile et ciuile. (§. 872.) III. Fideiussio est contractus

tractus accessorius. l. 3. *D. de fideiuss.* III. Fideiussor olim, ut correus, hodie. si beneficio ordinis utitur, in subsidium obligatur *.

* Olim tenebatur, ut correus, adeo, ut creditor et omisso debitore principali statim convenire fideiussorem posset. l. 5. *C. de fideiuss.* l. 4. §. 1. *D. de fideiuss.* l. 20. *D. de condict. indeb.* Hodie quidem idem licet creditori, si fideiussor omittit beneficium lege sibi concessum: alioquin fideiussor, iure suo usus, tenetur tantum in subsidium, et actor exceptione excluditur.

§. 875.

Qui fideiussore possint?

Quum ergo fideiussio sit stipulatio: (§. 874, 1.) sequitur, 1) ut qui spondendo obligare se non possunt, nec possint fideiubere, ut furiosi, mente capti, §. 8. *Inst. de inut. stipulat.* infantes, et infantiae proximi, §. 9. *Inst. eod.* surdi et muti, §. 7. *Inst. eod.* prodigi, l. 6. *D. de verb. oblig.* pupilli et minores sine tutorum auctoritate vel curatorum consensu. §. 9. *Inst. eod. pr. Inst. de auct. tut.* (§. 863.)

§. 876.

Qui non possint?

Quumque sit virile ac civile negotium: (§. 874, 2) consequens est, 2) ut feminae nec pro extraneis, propter SC, Velleianum, nec pro viris suis intercedant, propter *Nou. 134. cap. 8. Auth. si qua mulier C. ad SC. Velleian.* 3) Ut nec pro aliis iure intercedant milites; l. 8. §. 1. *D. qui satisfar. cog.* 4) nec pro laicis clerici. *Nou. 123. cap. 6.* Quo iure tamen nos vix utimur: utuntur tamen iis locis, ubi iuri canonico plus pretii statuitur, ob *cap. 1. et penult. X. de fideiuss.*

§. 877.

Quibus in negotiis fideiussioni locus sit?

Quandoquidem porro fideiussio est contractus accessorius: (§. 874, 3.) 1) accedere sane potest omnibus obligationibus ex contractu quolibet; §. 1. *Inst. l. 1. l. 8. §. 1. l. 16. §. 3. D. h. 1.* immo et obligationibus naturalibus, effectu non plane destitutis, l. 6. §. 2. l. 7. l. 16. §. 3. *D. eod. l. 6. D. de verb. oblig.* nec non obligationibus ex delicto, si pecuniaria poena; non,

non, si corporalis immineat. *l. 8. §. 5. l. 56. §. ult. l. 70. §. ult. D. h. t. iunct. l. 26. D. et l. 22. C. de poen.*

* Singulare tamen est, quod maritus de dote restituenda ne, si velit quidem, fideiussores dare queat, adeoque nec fideiussor eam in rem datus obligetur. *l. 2. C. ne fideiuss. dor. dent. Pignora tamen dotis nomine a marito recte accipiuntur. l. 7. §. 6. D. de donat. int. vir. et vxor.*

§. 878.

Ex eodem vero axiomate fluit, 2) posse quidem fideiussorem magis se obligare, quam debitorem principalem, sed non in maius, vel in duriores causas, *An in duriores causas obligari possit fideiussor?* §. 5. *Inst. h. t.* multo minus in aliam rem. *l. 43. D. eod.* 3) Exstincta obligatione principali, et confusione sequuta, fideiussoris obligationem exstingui. *pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 93. §. 2. 3. D. de solut.*

§. 879.

Denique quum fideiussor in subsidium teneatur: *Obligatio ex fideiussione.* (§. 874, 4.) sequitur, 1) vt reo principali non solvente, fideiussor, eiusque heredes, obligentur. *l. 16. §. ult. D. h. t.* 2) Vt plures fideiussores teneantur in solidum. §. 4. *Inst. l. 3. C. h. t.* 3) Vt aduersus fideiussores, reo non solvente, detur actio ex stipulatu. 4) Vt, si quis ad certum tempus cum protestatione fideiusserit, lapsu temporis liberetur per exceptionem pacti vel doli. *l. 44. §. 1. D. de oblig. et act.* 5) Vt, si creditor in mora fuerit excutiendi debitorem, cum adhuc soluendo esset, fideiussio similiter exstinguatur *. *Arg. l. 41. pr. D. h. t.*

* Consultius tamen est, creditorem moras ne sentem prouocare ex lege, *si contendat, 28. D. de fideiuss.* vt vel contra debitorem instituat actionem, vel contra fideiussorem agat, et sibi opponi audiat exceptionem ordinis. Ea enim semel opposita liberat fideiussorem, si vel maxime postea reus principalis non soluendo fiat.

§. 880.

Ex eodem principio fluxisse videntur illa benefici- *Beneficia fideiussorum.* cia, fideiussoribus concessa, DIVISIONIS, ORDINATIONIS, et CEDENDARVM ACTIONVM.

§. 881.

Divisionis. Beneficium DIVISIONIS, epistola diui Hadriani concessum, id indulget fideiussori, vt in solidum conuentus possit exceptione opposita impetrare, vt obligatio inter fideiussores diuidatur, et creditorem a singulis, dum soluendo sint, partes petere oporteat. §. 4. *Inst. l. 26. l. 51. §. 1. D. b. r.*

§. 882.

Eius natura. Itaque 1) non ipso iure diuiditur obligatio, (§. 879, 2.) sed ope exceptionis, *l. 26. D. b. r.* adeoque 2) eam exceptionem omittens, et solidum soluere tenetur, nec a confideiussore partem repetere potest, §. 4. *Inst. l. 26. l. 39. D. b. r.* nisi ex iure a creditore cesso *l. 39. D. l. 11. C. b. r.* Nec 3) locum habet hoc beneficium, si confideiussores non sint soluendo, *l. 10. §. 1. C. b. r.* vel 4) si conueniri commode nequeant; quemadmodum nec, 5) si illi renunciatum, fideiussori prodest. *l. penult. C. de pact.*

§. 883.

Ordinis. BENEFICIUM ORDINIS, a Iustiniano inuentum, fideiussori a creditore conuento indulget, vt, exceptione hac opposita, non teneatur soluere, prius quam excussus sit reus principalis. *Nou. 4. cap. 1.*

§. 884.

Eius natura. Vnde et hoc beneficium non prodest, 1) si reus principalis manifesto soluendo non fit, vel 2) si is latitet, et conueniri nequeat, *Auth. præsente C. b. r. Nou. 4. cap. 1.* vel 3) si isti beneficio renunciatum. *d. l. penult. C. de pact.*

§. 885.

Cedendarum actionum. Beneficium CEDENDARVM ACTIONVM fideiussori vni, in solidum soluturo, indulget, vt, antequam soluat *, creditor ei actiones aduersus confideiussores cedere teneatur, quibus, quod vitra ratam soluit, a confideiussoribus repetere possit. *l. 17. l. 36. l. 39. D. l. 2. l. 11. l. 14. C. b. r.*

* Cessio iure stricto fieri debet, antequam soluatur. Solutione enim obligatio, adeoque et actio, extinguitur, ac proinde cedi nequit. *l. 67. D. de solut. l. 1. C. de can-*

contrar. tut. iud. Si tamen solutio facta ea conditione, ut actiones cedantur, potest cessio et post solutionem fieri: *l. 76. D. de solut. id quod praesumendum esse, putat Paullus l. 36. D. b. t.*

§. 886.

Cessis his actionibus fideiussori opus est ordinarie *Eius* non aduersus reum principalem, (contra quem ipsi *natura* regressus datur vel per *actionem mandati*, si pro sciente; vel per *actionem negotiorum gestorum*, si pro ignorante fideiussit *, §. 6. *Inst. b. t. l. 4. pr. D. b. t.*) sed contra confideiussores, quos nullo facto obligatos habet, quum omne negotium inter creditorem et fideiussores, non inter ipsos confideiussores intercesserit. *l. 39. D. b. t.*

* Actiones tamen cessas aliquando et contra reum principalem vel *necessario*, vel *utiliter* instituit. *Necessario*, si pro inuito et prohibente fideiussit, et soluere coactus est, quia sic non daturus agendi ad indemnitatem contra eum, qui nullo facto alteri obligatus est. *l. 40. D. l. ult. C. de neg. gest. Utiliter*, si creditoris actio sit pinguior, v. c. hypothecaria. *l. 13. D. b. t.*

T I T. XXII.

§. 887.

Sequuntur LITTERARVM OBLIGATIONES. (§. *Litterarum* 780.) Quemadmodum vero contractus *reales obligatio* REI traditione; *verbales* VERBORVM sollempnitate; *unde dicta?* CONSENSVALES solo contrahentium CONSENSU; ita *litteralis* LITTERIS perficitur, et capit substantiam.*

* Chirographa et syngraphae omnibus contractibus, illa *μονοπλευροῖς*; haec *διπλευροῖς* accedere solent, sed rariū probationis causa. *l. 4. D. de pign. l. 4. D. de fide instr.* Ergo hic ex scriptura non nascitur obligatio et actio, sed probatio tantum inde desumitur, quod aliud negotium, ex quo obligatio et actio nascitur, inter actorem et reum intercesserit. Hic vero de singulari chirographo agitur, ex quo non solum proba-

tio peti, sed et obligatio nasci possit; unde et *obligatio litterarum* vocatur.

§. 888.

Quid sit?

Est ergo LITTERARVM OBLIGATIO contractus, quo quis, chirographo se ex mutuo debere confessus est, idque intra biennium non retractavit, ex his ipsis litteris obligatur, et conveniri potest, quamvis pecuniam non acceperit. §. vii. *Inst. h. t.*

§. 889.

Axiomata de hoc contractu.

Notanda ergo axiomata: I. Fundamentum huius obligationis sunt solae litterae, intra biennium non retractatae II. Ea locum habet, si quis, se ex causa mutui pecuniam debere, fateatur. III. Ex his litteris, elapso biennio, debitor obligatur, etiamsi pecuniam non acceperit.

§. 890.

Conclusiones ex axiomate primo.

Ex primo axiomate sequitur, 1) vt ex chirographo actio efficax ante biennium haud nascatur, quamvis creditori, etiam ante biennium, non negetur conditio certi ex mutuo. 2) Vt, si ante biennium agatur ex chirographo, in promptu reo sit exceptio NON NUMERATAE PECUNIAE, l. 5. l. 8. l. 14. pr. C. de non num. pecun. quae tunc id singulare habet, quod onus probationis deolvat in actorem. l. 3. l. 10. C. eod. * 3) Vt, si ex chirographo suo actionem nasci nolit debitor, illud intra biennium vel conditione sine causa repetere, l. 7. C. eod. vel protestatione querelae coram magistratu interpolata, testari possit, se pecuniam haud accepisse. l. 8. l. 9. l. 14. §. C. eod. Tunc enim haec exceptio non numeratae pecuniae fit perpetua.

* Sunt tamen quaedam huius regulae exceptiones. Non enim reo prodest haec exceptio, I. Si post intervallum, vel in separato instrumento, factus sit, sibi pecuniam esse numeratam. l. penult. C. de pact. l. 4. l. 22. C. ad SC. Velleian. II. Si vel expresse, vel tacite, veluti vsuras soluendo, fidem cautionis agnouerit. l. 4. C. de non num. pecun. III. Si heres ex confessione defuncti, testamento inserta, conveniatur l. 13. C. eod. IIII. Si ho- res ex chirographo agat argentarius. Non. 136. cap. 5.

§. 891.

§. 891.

Quumque haec litterarum obligatio tantum locum habeat, si quis se ex causa mutui debere fateatur: (§. 889, 2.) sequitur, 4) ut ad alios contractus hoc ius non sit proferendum, et nec in deposito, nec in aliis negotiis chirographo ante biennium opponi possit exceptio non numeratae pecuniae, nisi illa evidentissime probetur ab eo, qui illam opponit. *l. 5. 6. 8. l. 14. §. 1. C. de non num. pecun.*

§. 892.

Multo minus 5) id ius pertinet ad apochas. Ex his enim non obligatio nascitur, sed probatio, pecuniam esse solutam, eaque omni exceptione maior habetur, si sit publica, *l. 14. §. 1. C. de non num. pecun.* vel si intra triginta dies non repetita fuerit. *l. 14. §. 2. C. eod.*

§. 893.

Adeoque 6) frustra etiam ad litterarum obligationem refertur species, de apocha a genero data socio, qua sibi dotem numeratam fatetur. Quamvis enim 1) soluto intra biennium matrimonio; per annum; 2) soluto eodem intra decennium, per tres menses exceptioni non numeratae dotis locus sit, quae 3) demum post decennium expirat: *Auth. quod locum C. de dot. caut. non num.* non tamen ex eiusmodi confessione vel apocha vlla obligatio ad dandum faciendumue nascitur.

§. 894.

Ergo obligatio nascitur ex chirographo ex causa mutui dato, biennio antiquiore, etiamsi debitor pecuniam non acceperit. (§. 889, 3.) Ex quo tertio axiomatico sequitur, 1) ut ex hoc CHIROGRAPHO possit CONDICTIO institui, §. vn. *Inst. b. 1.* quae datur creditori aduersus scribentem, eiusue heredem, ad soluendum id, quod in chirographo se mutuum accepisse fassus est. 2) Ut incassum reus, elapso hoc biennio, opponat exceptionem non numeratae pecuniae, etiamsi onus probandi in se suscipere velit.

d. §. vn. *Inst. b. r. l. 8. l. 14. pr. §. 3. C. de non num. pecun.* In foro tamen vulgo exceptionem doli concedunt reo, si, non sibi numeratam esse pecuniam, probare velit. *H. Pistor. part. IIII. quaest. 12. n. 13.*

T I T. XXIII.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.

§. 895.

*Obligatio-
nes ex con-
sensu.*

Reliqui sunt ex contractibus veris nominatis, qui CONSENSV ineuntur: (§. 780.) non ita dicti, quod in iis consensus requiritur, (ita enim omnes contractus essent consensuales,) (§. 773.) sed quod solo consensu perficiuntur, et nec rem, nec verba, nec litteras, ad sui substantiam exigunt. §. vn. *Inst. b. r.*

§. 896.

*Eorum na-
tura.*

Ex quo sequitur, 1) vt omnes sint bonae fidei, quamuis non omnes contractus bonae fidei sint consensuales. (§. 782. *) 2) Vt et inter absentes, et solo nutu, et tacite recte celebrentur. *l. 52. §. ult. D. de oblig. et act.*

§. 897.

*Quos sint
contractus
consensua-
les?*

Eorum quinque sunt, EMTIO VENDITIO, LOCATIO CONDUCTIO, CONTRACTVS EMPHYTEVTICVS, (cui Zeno imp. secretam a reliquis naturam tribuit, §. 3. *Inst. de loc. et cond.*) SOCIETAS, et MANDATVM.

T I T. XXIIII.

DE EMTIONE ET VENDITIONE.

§. 898.

*Emtio
venditio
quid?*

EMTIO et VENDITIO est contractus consensualis de re pro certo pretio tradenda. *l. penult. §. ult. D. b. r.*

§. 899.

Ergo ad substantiam huius contractus pertinent *Eius essen-*
 I. CONSENSVS, pr. *Inst. b. 1.* II. RES, ^{vel merx, *via.*}
 de qua consentitur, l. 8. pr. D. *de contrab. emt.*
 III. PRETIUM, in quod vterque consentit. l. 72. pr.
 D. *de contra b. emt.*

§. 900.

Quum itaque consensu hic contractus capiat sub- *Quando*
 stantiam: (§. 895.) 1) perfecta erit emtio venditio, *perfecta*
 simulac de pretio rei conuentum: pr. *Inst. b. 1. l. 1.*
 §. *ult. l. 2. §. 1. D. eod.* nisi inter contrahentes con-
 uenerit, vt emtio in scripto celebretur *. Tunc
 enim non nisi omnibus partibus absoluta scriptura,
 perfectus habetur contractus. pr. *Inst. b. 1. l. 17. C.*
de fid. instrum.

* Nec tamen hoc mutat substantiam contractus, ita, vt
 iam litterarius esse incipiat. Manet enim emtio vendi-
 tio contractus consensualis, quia fundamentum obliga-
 tionis in eo numquam est scriptura, sed semper consen-
 sus in idem pretium: consensus vero ille non intelli-
 gitur, priusquam syngrapha subscripta sit, quia ab hac
 subscriptione eius effectum suspenderunt contrahentes.
 (§. 887. *)

§. 901.

Ex quo porro consequitur, 2) vt antequam vel *Quatenus*
 consensu, vel scriptura perfecta sit emtio venditio, *locus poe-*
 poenitentiae locus sit, si emtor poenitens id, quod *nitentiae?*
 arrhae nomine dedit, perdere; venditor autem recep-
 surus duplum eiusdem restituere velit. pr. *Inst. b. 1.*
l. 17. C. de fid. instrum. 3) Vt perfecta emtione ven-
 ditione poenitentiae nulla sit facultas, etiamsi quis
 arrharum damnum pati, et vel quod interest, vel du-
 plum pretium venditori praestare paratus sit. l. 3. l.
 6. C. *de rescind. vendit. l. 5. C. de oblig. et act.*

§. 902.

Ex eodem axioma (§. 900.) infertur, 4) ad *An co:ctio*
 emendum vendendumque, nisi urgente aequitate vel *contractuum*
 vtilitate publica, (§. *ult. Inst. de his, qui sui vel al.* *bunc visiet?*
ur. l. 12. p r. D. de religiof. l. 14. §. 1. D. quemadmod.

seruit. amitt.) neminem cogi posse. *l. 11. l. 14. D. de contr. emt.* 5) Et emtionem venditionem vi metuque extortam ratam a praetore non haberi. *l. 9. §. 3. D. quod met. caus.* *l. 1. C. de rescind. vendit.*

§. 903.

An dolus? Ex eadem ratione 6) et dolus, qui causam emtionis venditioni dedit, eam reddit nullam, *l. 7. pr. D. de dol.* non vero incidens, quippe qui consensum non impediuit, et hinc tantum parit actionem ex emto, ad id quod interest, *l. 13. §. 4. §. D. de act. emt.* vel exceptionem doli. *l. 9. §. 1. D. de dol.* (§. 896. et 781, 2.)

§. 904.

An error? Denique et 7) error consensui eatenus impedimento est, ut, si in *contractu*, vel in re, seu corpore, eiusue materia vniuersa, vel maxima eius parte, vel in persona erratum sit, res inerta, et contractus nullus sit: *l. 9. pr. §. 2. l. 41. §. 1. D. de contrab. emt.* non si error circa minimam partem materiae, nomenue proprium vel qualitatem rei, vel circa accessiones commissus, vbi tantum actio *quanti minoris* locum habebit. *l. 9. §. 1. 2. l. 14. l. 45. D. h. t. l. 13. §. 4. §. D. de act. emt.*

§. 905.

*Quid enim
vendique
possit?*

Accedere oportet *REM*, de qua tradenda contrahatur. (§. 899.) Quales res 1) sunt omnes, quae sunt in commercio, *l. 34. §. 1. D. h. t.* etiam spes, *l. 8. §. 1. D. de contrab. emt.* veluti iactus retis, *l. 12. D. de act. emt.* res futurae, *l. 39. §. 1. D. eod.* res incorporales, ut hereditas, et actiones, *tit. D. et C. de hered. vel act. vend.* immo et res alienae *. *l. 28. D. eod.*

* Eatenus, ut emtio et venditio valeat inter contrahentes. Unde et venditor emtori re cuius teneatur ad id, quod interest. *l. 29. pr. D. de euct.* Non autem ea venditio excludit ius veri domini, cui et ab emtore rem vindicare licet, nisi vsucapta sit. *l. 30. §. 1. D. de act. emt.*

§. 906.

Non vero venire possunt 2) res extinctae, l. 15. *Quid non pr. D. b. r.* 3) liberi homines, l. 6. pr. l. 34. §. 2. *D. possis?* eod. 4) res divini iuris, (§. 315. * §. 327, 2.) §. ult. *Inst. b. r.* 5) publicae, l. 6. pr. l. 62. §. 1. *D. eod.* 6) merces pestiferae et noxiae, l. 34. §. 2. *D. eod.* 7) res furtivae, l. 35. §. 3. *D. eod.* et 8) litigiosae, l. ult. *C. de litigios.* Speciales quaedam prohibitiones, veluti purpurae, serici, frumenti publici canonis, armorum, vini, olei, officiorum publicorum hodie ob rerum publicarum nostrarum conditionem, nec ubique, nec semper obtinent.

§. 907.

Denique et consentiri contrahentes debent in idem *Pretium pretium.* §. 899.) Pretium autem in pecunia numerata consistit. §. 2. *Inst. b. r. l. 1. §. 1. D. de contrab. emt.* Varro de lingu. *Lat. lib. V. p. 36. Pretium, quod aestimationis venditionisque causa constituitur.*

§. 908.

Ex quo inferunt, 1) si alia res pro re detur, non esse emptionem venditionem, sed permutationem *. §. 2. *Inst. b. r. l. penult. C. de emt. et vend.* 2) Si partim res, partim pretium detur: a maiore parte eius, quod datum, contractum vel emptionem, vel permutationem dici. l. 6. *C. de pact. int. emt. et vend.* 3) Si ex aequalibus partibus res et pecunia numerata data: dispiciendum esse, quid ab initio actum sit; arg. l. 6. §. 1. l. 24. §. 4. *D. de act. emt.* ita tamen, ut maior pro emptione venditione, tamquam frequentiore hodie contracta, sit praesumptio: quamvis dissentiat Carpzou. *part. II. const. 32. def. 15. n. 7.*

Eius natura quae et indole. ubi est per. per. prima numerata

* Dissensus hic inter sectas. (§. 7. *) Cassiani enim cum Sabinianis putabant, emptionem et re loco pretii data fieri posse, quia Homerus dixerit de Achivis *lib. VII. Iliad.*

Ἐνθεν ἄρ' οἰνίζονται καρρηκομόωντες Ἀχαιοί.

Ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰΐθωνι σιδήρῳ,

Ἄλλοι

Ἄλλαι δὲ πρῶται, ἄλλαι δ' αὐταῖσι Βαῆσσιν :

Ἄλλαι δ' ἀδραπόδεσσιν :

*Inde capillati sibi vina parare Pelasgi,
Aëre micante alii, nitido pars altera ferro,
Pars bubulis sergis, ipsi plerique iuuentis
Pars quoque mancipiis.*

Sed Proculiani ita permutari, non emi, adseuerabant, et similiter loco Homeri ex *lib. VI. Iliad.* iuuebatur, ubi Glaucum cum Diomede dicit arma ἀμείψεται. *l. 1. §. 1. D. de contr. emt.* Sed litem secundum Proculianos decidit imperator §. 2. *Inst. b. t.* Decisionis Iustinianae non exiguus hodie vsus est in iure retractus, quod in emtione venditione, sed non in permutatione, datur.

§. 909.

*Pretii re-
quista.*

Ceterum idem pretium *l. verum* esse oportet; unde quod dicis causa datur, non facit emtione venditionem, *l. 2. §. 1. l. 36. l. 8. C. b. t.* veluti si vno nummo emtum: *arg. l. 46. D. locat. cond.* aliud si minoris venditum donationis causa, *l. 38. D. b. t. II. Iustum*; unde ob laesionem enormem rescinditur, *l. 2. D. de rescind. vend.* quae lex et ad alios b. f. contractus producitur. III. *Certum*, vel per se, vel per relationem ad aliam quantitatem, §. 1. *Inst. l. 7. §. 1. 2. D. b. t.* Unde et in arbitrium tertiae certae personae conferri potest, quae si pretium definiuerit, eius arbitrio standum est, *l. ult. C. §. 1. Inst. b. t.* Si non definiuerit, emtio venditio irrita est.

§. 910.

*Obligatio
ex hoc con-
tractu?*

Ceterum emtor tenetur ad pretium soluendum; venditor ad traditionem. Unde sequitur, 1) vt pretio nondum soluto, vel satisfactioe alio modo non praestita, ne traditione quidem res fiat accipientis, nisi fidem emtoris sequutus sit venditor, §. 41. *Inst. de rer. diuis. l. 19. D. de contr. emt.* 2) Vt pretio non oblato, nec agere emtor ad traditionem possit, *l. 11. §. 2. in fin. l. 13. §. 8. 9. D. de act. emt.* 3) Vt nec venditor recte agat ad consequendum pretium, si illi obftet exceptio rei venditae non traditae, *l. 25. D. de act. emt. et vend.* 4) Vt par sit ex hoc contractu vtriusque

que commodum et incommodum, et hinc (§. 788. 2.) alter alteri teneatur etiam ad culpam leuam, l. 23. D. de reg. iur. l. 5. §. 2. D. commod.

§. 911.

Casum alias sentit dominus. l. 9. C. de pign. act. *Periculum rei venditae.*
Sed in emtione venditione, quamuis ante traditionem dominus sit venditor, periculum tamen et commodum rei venditae, perfecto contractu, (§. 900) statim ad emtorem transit, §. 3. Inst. l. 8. pr. D. de peric. et comm. rei vend. nisi 1) vel venditoris dolus culpaue, saltem leuis praecesserit, (§. 910, 4.) §. 3. Inst. h. t. vel 2) venditor in se casum susceperit, §. 3. Inst. h. t. l. 1. pr. D. de peric. et comm. rei vend. vel 3) res ex antiquo vitio perierit. l. 1. l. ult. C. eod. vel 4) venditae sint res ad pondus, numerum, mensuram, quarum periculum non transit, nisi postquam res adpensa, adnumeratae, admensurae sunt, l. 35. §. 5. D. de contr. emt. vel denique 5) res ad gustum vendita nondum degustata perierit. l. 34. §. 5. D. eod.

§. 912.

Quum vterque ex hoc contractu διπλεύρω et nominato ab initio statim obligetur: (§. 782.) duae inde nascuntur actiones directae, et contractui cognomines, (§. 774.) EMTI ET VENDITI.

§. 913.

ACTIONE EMTI experitur emtor, qui iam ex sua parte satisfecit contractui, (§. 910, 2.) aduersus venditorem, eiusue heredem, ad rem venditam tradendam cum fructibus, accessionibusque et omni causa, (§. 161.) resarciendumque damnus, saltem leui venditoris culpa datum*. (§. 910, 4.)

* Si enim ipsa res ita vitiosa sit, vt nullum emtori usum praestet: emtori aduersus venditorem datur actio aedilitia REDHIBITORIA ad id, vt rem vitiosam cum fructu et omni causa oblatam, restituto pretio, recipiat: l. 21. l. 23. l. 25. D. de aedil. edict. sin res est pretio minor; eidem competit actio aedilitia QUANTI MINORIS ad tantum de pretio restituendum, quanti res minoris fuit. l. 18. pr. l. 61. D. eod.

§. 914.

Eius natura.

§. 914.

Ex quo sequitur, 1) ut abscessisse venditor teneatur ad traditionem, neque liberetur, offerendo id, quod interest. (§. 901, 3.) l. 11. §. 2. *D. de act. emt.* 2) Ut emtor contra petere possit, quod interest, si traditio non facta culpa venditoris. l. 1. pr. l. 11. §. 9. *D. eod.* 3) Ut tradenda sit vacua rei possessio, l. 2. §. 1. l. 3. pr. *D. l. 8. C. eod.* vna cum fructibus pendentibus et perceptis post contractum, l. 13. §. 10. *D. l. 13. l. 16. C. eod.* cum omni accessione et causa, quo et *fixa vineta* pertinent, non *ruta caesa* *, l. 17. pr. et §. 6. l. 38. §. 2. *D. eod.* nec sterquilinum, si magis vendendi, quam agri stercorandi causa comparatum sit. l. 17. §. 2. *D. eod.*

* *Conf. Fest.* voce *ruta caesa*, et *Non. Marcell. cap. 11. §. 728.*

Venditi.

§. 915.

VENDITI actio datur venditori, qui rem tradidit, (§. 910, 3.) aduersus emtorem, eiusque heredes, ad soluendum pretium cum vsuris a tempore morae, (§. 781. *) ac damnum leui etiam culpa datum ex aequo bonoque refarciendum. (§. 910, 4.) [*Elcm. iur. Germ. lib. II. tit. 14.*]

TIT. XXV.

DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.

§. 916.

Locatio conductio quid?

Alter contractus, qui consensu inicitur, est LOCATIO CONDVCTIO, quae est *contractus consensualis de usu rei ad certum tempus, vel opera* * pro certa mercede praestandis.

* Qui agros conducit, COLONVS; qui aedes, INQVILLIVS, l. 37. *D. de acquir. possess.* qui vectigalia, PVBLICANVS adpellatur. l. 16. *D. de verb. sign.* Datur et locatio operis conficiendi, quae id singulare habet, quod qui pensionem dat, locator operis, et conductor operarum; qui opus pro pensione conficiendum suscipit, conductor vel REDEMTOR operis, l. 60 §. penult. *D. b. t.* et locator operarum dicitur, l. 22. §. 2. l. 25. §. penult. *D. b. t. l. vn. pr. D. de aestimator.*

§. 917.

§. 917.

Est ergo locatio conductio vel RERVM, quando *Quotuplex?*
rei vsus; vel OPERARVM, quando operae illibera-
les praestantur*; vel OPERIS, quando opus con-
ficiatur pro certa mercede. *l. 5. §. 1. D. de verb. sign.*

* Nam, quae ex liberalibus artibus proficiuntur, operae
non locari solent, quia non mercedem admittunt, sed
honorarium. (§. 800. *) Vnde inter advocatum et clia-
tem est mandatum, inter doctorem et auditorem con-
tractus *facio ut des*, non locatio conductio;

§. 918.

Quum ergo in hoc contractu rei vsus vel ope- *Eius essen-*
rae pro certa mercede praestentur: (§. 916.) ma- *tialia.*
gna inter emtionem venditionem et hunc contra-
ctum similitudo intercedit, *pr. Inst. l. 2. pr. D. h. t.*
adeoque tria ad eius quoque substantiam pertinent,
I. CONSENSVS, II. REI vsus vel OPERAE, III.
MERCES. (§. 899.)

§. 919.

Quandoquidem ergo CONSENSV perficitur: se- *Quando*
quitur, 1) vt perfecta sit locatio conductio, simul *perfecta?*
ac de mercede conuenerit, nisi expresse ita pacti
sint contrahentes, vt syngrapha super eo contractu
conficiatur. *l. 17. C. de fid. instrum. (§. 900. sequ.)*

§. 920.

2) Vt locare conducere possint omnes, quicum- *Qui locare*
que consentire, et de re sua disponere possunt, non *conducere*
et decuriones, milites, clerici. quibus omnis; nec *possint?*
tutores et curatores, quibus tantum fiscalium et prin-
cipalium rerum conductio ante redditas rationes inhi-
bita. *l. 30. l. 31. C. h. t. l. 49. pr. §. 1. D. eod. l. vn. C.*
ne tut. vel cur. vect. conduc. Ita et, qui artem suam
cum strepitu faciunt, domum iuxta litteratorum aed-
des, his inuitis, conducere non posse, vulgo colligunt
ex *l. vn. C. de stud. liberal. Perez. ad d. l. vn. n. 7.*

§. 921.

Et RES autem locari possunt, et OPERAE, (§. *In quibus*
917.) Et res quidem omnes, quae in commercio *rebus et*
sunt, dum ne vsu consumantur. *l. 3. §. ult. D. com-*
mod.

num habeas hic contractus? mod. Operae vero quaecumque honestae, *arg. l. 26. D. de verb. obl. et locari solitae. §. 1. 4. Inst. b. t. l. 5. §. 2. D. de praescrip. verb. l. 13. §. 1. l. 22. §. 1. 2. l. 24. pr. l. 25. §. 7. 8. l. 26. l. 51. D. b. t.*

§. 922.

Merces qualis?

MERCES (§. 918.) itidem consistere debet in pecunia numerata. Locatio enim *operarum*, alia re vel facto pro opera promissis, degeneraret in contractum innominatum, *facio ut des*, vel, *facio ut facias. §. 2. Inst. b. t. l. 5. §. 2. D. de praescrip. verb.* Res tamen, quae fructus ex se producunt, etiam pro parte fructuum recte locantur, *l. 35. §. 1. D. l. 21. C. b. t. quo casu conductores dicuntur COLONI PARTIARIUM*, et fociis quodammodo similes sunt. *l. 25. §. 6. D. b. t.*

§. 923.

Eius requisiti.

Quemadmodum in emptione venditione pretium: (§. 909.) ita in hoc contractu mercedem oportet esse I. *veram*, alias enim magis esset donatio. *l. 20. §. 1. l. 46. D. b. t.* II. *Iustam*, quia alias alteruter contractentium ob laesionem ultra dimidium ad rescindendum contractum agere posset. *l. 2. C. de rescind. vend.* III. *Certam*, vel per se, vel per relationem in alterius arbitrium. (§. 909.) Vnde si promissa merces, quanta iusta erit: locatio conductio nulla est, *§. 1. Inst. b. t. l. 22. D. de praescrip. verb. nisi merces sit legitima. Matth. 20. v. 4. 7.*

§. 924.

Obligatio ex hoc contractu.

Quum vero hic par pari referatur, merces pro re vel opera; (§. 916.) sequitur, I) vt locator et conductor sibi inuicem praestent culpam leuem. (§. 788, 2.) *l. 23. D. de reg. iur. l. 13. §. 1. l. 25. §. 3. l. 31. in fin. D. b. t.* 2) Vt casum sentiat dominus, adeoque remissio mercedis pro rata concedenda sit, si quis re vel ob culpam locatoris, vel ob calamitatem fatalem, vti non potuerit, *l. 15. §. 1. sequ. l. 25. §. 1. l. 33. in fin. D. b. t.* vel ob imminentis periculi iustum metum eam deseruerit, *l. 27. §. 1. D. b. t. l. 49.*

l. 49. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 28. D. de damn. infect. vel si operae non praestitae, quum per locatorem, quo minus praestarentur, non steterit. l. 19. §. 9. 10. l. 38. pr. D. b. t.

§. 925.

In eo maxime ab emtione differt locatio conductio, quod res non in perpetuum, sed ad certum plerumque tempus pro mercede praestatur. (§. 916.) Ex quo inferitur, 1) finito tempore constituto, operisque praestitis, nec non soluto iure auctoris *, locationem conductionem finiri. *l. 13. §. ult. l. sequ. l. 9. §. 1. D. b. t.* 2) Conductorem nec sine iusta causa rem conductam deferere, (§. 924, 2.) nec a locatore expelli posse, nisi ob mercedem per biennium non solutam, *l. 54. §. 1. l. 56. D. b. t.* vel ob peruersum rei usum, *l. 3. C. b. t.* vel ob necessariam refectionem, vel usum ipsi domino necessarium. *d. l. 3. C. eod.*

Differentia eius ab emtione

* Ex quo sequitur, ut, vendita re, emtor conductorem possit expellere. Quod docet Germanorum paroemia: *Kauf gebet vor Miethe*, et Belgica: *Koop breekt Huyr*, quamvis in Hollandia, Brabantia, Flandria, contraria obtineat paroemia: *Huyr gaat vor Koop*. Wissenbach, *de curat. bon. dand. §. 14. Gudelin. de iur. nouiss. Lib. III. cap. 7.* Sed prior regula iuris principiis maxime consentanea est. *l. 9. C. de loc. cond.* Conductor enim emtorem nec ex iure in re cogere potest, ut ne se expellat, quia nullum habet, nisi sibi forte hypothecam constituerit: nec ex iure ad rem; quia numquam cum emtore contraxit, et hic tamquam successor singularis non tenetur praestare facta auctoris sui. Ergo aduersus locatorem tantum agere potest ad id, quod interest. *l. 25. §. 1. D. loc. conduct.*

§. 926.

Denique ex aequitate intulerunt veteres, conductorem, qui impleto tempore re vititur, eam, si praedium sit *rusticum*, in eundem annum; si *urbanum*, in eandem conditionem, et idem tempus tacite reconduxisse videri. *l. 13. §. ult. l. 14. D. l. 16. C. b. t.* Vnde in EXPRESSAM ET TACITAM locatio conductio diuidi solet.

Relocatio et conductio tacita.

T

§. 927.

§. 927.

*Actiones ex
hoc contra-
ctu.*

Ceterum ex hoc contractu vterque contrahentium ab initio obligatur, et hinc duae inde nascuntur actiones directae, (§. 782.) **LOCATI** altera, altera **CONDUCTI**.

§. 928.

Locati.

ACTIO LOCATI datur locatori aduersus conductorem, eiusue heredem, ad mercedem iusto tempore non solutam, post moram, cum vsuris soluendam, (§. 922. *sequ.*) rem locatam, finito contractu, restituendam, (§. 925. *sequ.*) praestandumque damnum, saltem culpa leui datum. (§. 924, I.)

§. 929.

Conducti,

CONDUCTI contra actio conductori competit aduersus locatorem, eiusue heredes, ad praestandum rei usum vel operas, (§. 916.) refundendas impensas necessarias et vtilis in rem conductam factas, *l. 55. §. 1. l. 61. D. h. r.* damnumque saltem culpa leui datum refarciendum. (§. 924, I.) [*Elem. iur. Germ. lib. II. §. 405. sequ.*]

DE CONTRACTV EMPHYTEVSEOS.

§. 930.

*Emphyteu-
sis hodie
contractus
consensua-
tis.*

Occasione huius tituli et de **EMPHYTEVSI** agit imperator, quae quum et emtioni venditioni, et locationi conductioni quodammodo adfinis sit: neutri tamen contractui per omnia similis est, et hinc singularem naturam per constitutionem Zenonianam accepit. (§. 879.) §. 3. *Inst. h. r. l. 1. C. de iur. emphyt.*

§. 931.

Eius origo.

Emphyteusis ἀπὸ τῆς ἐμφυτεύουσιν dicitur. Solebant enim, facta prouincia, agri publici culti pro certo, vectigali annuo in perpetuum locari, incultri autem pro canone annuo tradi in emphyteusim, ita, vt emphyteutae ius dominio proximum, vel vile dominium, in illis consequerentur. Vid. V. C. Burmann. *de vectigal. pop. Rom. p. 128. sequ. et p. 148. sequ.* Postea idem ius ad agros et alia praedia prin-
cipum

cupum, ecclesiarum, vrbium, quin et priuatorum prolatum est, quae bona promiscue dici coeperunt *uestigialia et emphyteutica*. Schilter. *exerc. XVI. §. 66. sequ.*

§. 932.

Ius ergo emphyteuticos constitutum post traditionem rei est *ius in re*, puta dominium minus plenum, vel ius dominio proximum: *l. 12. in fin. C. de fund. patrim. l. ult. C. de cens. et censu. l. 1. l. 8. l. 11. C. de omni agr. def. (§. 337.)* unde is, penes quem dominium *directum* est, DOMINVS EMPHYTEVSEOS; alter, cui dominium *utile* competit, EMPHYTEUTA vocatur.

§. 933.

Constituitur autem id ius in re maxime * per CONTRACTVM EMPHYTEVSEOS, qui est *contractus consensualis, de dominio utili praedii (§. 932.) alteri in perpetuum, vel ad tempus non modicum, pro certo annuo canone in agnitionem domini praestiro, concedendo. §. 3. Inst. de loc. cond. l. 1. pr. D. si ager uestig. id est emphyteut. per.*

* Nam et ultimis voluntatibus adquiri potest, nec non per longi temporis praescriptionem. *Arg. l. 26. pr. D. de pign. act. l. ult. C. de praescript. long. temp.*

§. 934.

Quum ergo sit contractus consensualis: (§. 932.) sequitur, 1) vt perfectus sit hic contractus, simul ac consensere contrahentes. 2) Vt scriptura, de qua imperator §. 3. *Inst. de loc.* non nisi probationis causa requiratur, *l. 1. C. de iur. emphyt. in primis in emphyteutibus ecclesiasticis perpetuis. Nou. 7. pr. Nou. 120. cap. 5.* 3) Vt ius in re demum ex traditione, contractum hunc subsequente, nascatur. *l. 20. C. de pact.*

§. 935.

Quumque emphyteuta consequatur *dominium utile*: (§. 932.) sequitur, 4) vt adquirat omnes fructus, omnemque utilitatem, etiam thesaurum, percipiat. *Arg. §. 39. Inst. de rer. diuis.* 5) Vt ei competat ius

feruitutem imponendi, *l. 1. §. ult. D. de superf. fundi faciem immutandi, modo ne eum reddat deterio- rem, Auth. qui rem C. de SS. eccles. oppignorandi, arg. l. 31. D. de pign. act. donandi, permutandi l. 1. C. de fund. patr. 6) Vt et vendere eum possit, dum id denunciet domino, si is forte vti velit iure εγορμησεως. l. 3. C. de iur. emphyt. 7) Vt et one- ra et tributa ferat. l. 2. C. de iur. emphyt.*

§. 936.

*In vindici-
cundo et
alienando.*

Ex eodem sequitur, 8) vt emphyteuta possit agrum emphyteuticum vindicare a quouis possessore, etiam ab ipso domino emphyteuseos, *l. 1. §. ult. D. h. t. 9) Vt eum recte transferat in quoscumque, vel titulo vniuersali, vel singulari: eo tamen discrimine, vt successor singularis pro laudemio debeat quinquagesimam partem pretii. l. 3. C. de iur. emphyt.*

§. 937.

*Canon an-
nuus.*

Quumque id dominium vtile concedatur pro ca- none annuo, isque in agnitionem domini solvendus sit: (§ 933.) consequens est, 10) vt propter sterilitatem incurSIONEMUE hostium canon non remit- tatur. *l. 1. C. de iur. emphyt. §. 3. Inst. loc. cond. 11) Vt totius rei interitu canonis soluendi obligatio ex- spiret. l. 1. in fin. C. eod. §. 3. Inst. h. t.*

§. 938.

*Quomodo
expiret ius
emphyt.*

Alias praeter rei interitum (§. 937, II.) ius em- phyteuseos expirat 1) consolidatione, *arg. §. 3. Inst. de usufr. 2) praescriptione, arg. l. 15. §. 25. D. de damn. inf. 3) non soluto canone dominio saeculari intra trien- nium, l. 2. C. de iur. emphyt. ecclesiae intra biennium, Nou. 7. cap. 3. §. 2. ob quam causam emphyteutae dominium vtile ipso iure expirat, nec is moram, (quidquid alii,) oblato licet ante actionem institu- tam canone, purgare potest, l. 2. C. de iur. emphyt. l. 2. C. de fund. patr. Auth. qui rem. C. de SS. eccles. Nou. 120. cap. 8. Aliud iure canonico, cap. ult. X. de locat. 4) Re, ignorante domino, vendita. l. 3. C. de*

de iur. emphyt. 5) Re insigniter reddita deteriore.
d. Auth. qui rem C. de SS. eccles.

§. 939.

Quemadmodum vero ex iure emphyteutico iam *Actiones ex eo iure et contractu natae.*
 constituto nascitur actio realis, vel rei vindicatio utilis: (§ 936, 8.) ita ex contractu, quo constituitur, nascitur actio EMPHYTEUTICARIA utriusque directa. (§. 782.)

§. 940.

ALTERA datur emphyteutae aduersus dominum, eiusque heredes, ad praedium emphyteuticum *Earum descriptio.*
 secundum contractum praestandum: ALTERA domino aduersus emphyteutam, ad soluendam canonem, laudemium, aliaque ex contractu debita. *l. 1. C. h. t. §. 3. Inst. loc. cond. [Elem. iur. Germ. lib. II. §. 33. seqq.]*

T I T. XXVI.

D E S O C I E T A T E.

§. 941.

Quartus contractus consensualis est SOCIETAS, *Societas et rerum communio. differentia.*
 (§ 897.) non confundenda cum RERUM COMMUNIONE. Haec enim quasi contractus; societas verus contractus est. In hanc casu etiam fortuito, et sine adfectione societatis incidimus: societatem consensu inimus. *l. 31. l. 32. l. 34. D. pro soc.*

§. 942.

Est vero SOCIETAS *contractus consensualis, de re vel operis communicandis, lucri in commune faciendi causa.* *Societatis definitio.*
 Inter quos socios tam arcta intercedere visa est amicitia, ut fratres habiti sint. *l. 63. pr. D. h. t.*

§. 943.

Quum ergo societas sit contractus consensualis: *Quomodo perficiatur?*
 (§. 942.) sequitur, 1) ut solo consensu perficiatur, subsequente tamen traditione: quae in societate uniuersali intelligitur, *l. 1. §. 1. l. 2. D. h. t. exceptis nominibus, quae mutuis cessionibus communicantur. l. 3. pr. D. eod.*

Quotuplex? §. 944.
 Communicantur res vel operae. (§. 942.) Ex quo inferitur, 2) societatem esse vel VNIVERSALEM, κοινωπραξίαν, quando omnia bona, praesentia et futura, quocumque titulo quaesita, comunicantur; l. 3. §. 1. D. h. r. vel GENERALEM, quando ea tantum, quae ex quaestu veniunt, non quae aliunde hominum vel fortunae beneficio adveniunt, comunicantur; l. 7. l. 8. l. 9. l. 73. D. h. r. vel SINGULAREM, quando vel vnus rei, vel vnus negotiationis societas contrahitur. l. 5. pr. l. 52. §. 5. D. eod.

An et inaequalis subsistat. §. 945.
 Ex eodem principio colligitur, 3) subsistere etiam societatem inaequalem, licet vnus plus, alter minus ex facultatibus suis conferat l. 5. §. 1. D. eod. 4) immo licet vnus rem, alter operas conferat. d. l. 5. §. 1. D. h. r. dum operae sint licitae et honestae. l. 52. §. 17. l. 53. l. 57. D. h. r.

* Multum ergo interest, tamquam socius quis operas conferat, an tamquam infitor pro certa mercede negotiationi praesit. Ad hunc enim nec lucri nec damni pars pertinet.

An leonina? §. 946.
 Quumque societas lucri in commune faciendi causa ineatur: (§. 942.) consequens est, 4) vt donationis causa non recte contrahatur societas. l. 5. §. ult. D. pro soc. 5) Vt societas, in qua vnus sibi omne lucrum stipulatur, alter omne damnum suscipit, leonina, (Phaedr. lib. I. fab. 5.) et hinc prohibita sit. l. 29. §. 2. D. h. r.

Obligatio sociorum. §. 947.
 Quum socii sint veluti fratres: (§. 942.) sequitur, 6) vt socius alter alteri teneatur ad culpam leuem (§. 787. *) in concreto, quia socium industria eius contentum esse oportet, quem ipse elegit*. §. 9. Inst. l. 72. D. h. r. 7) Vt, si dolus vel culpa lata socii deprehendatur, iste merito notetur infamia (§. 785.) l. 1. l. 6. D. de his, qui not. inf. 8) Vt socius socio debeat beneficium competentiae, l. 63. pr. D. h. r. de quo

quo infra. 9) Vt in societate vniuersali omnia communia sint, quamuis et facultates sociorum differant, et vnus sociorum altero plus expendat. *l. 73. pr. et §. 1. D. b. r.* 10) Vt in generali tantum quaestus communis sit, (§. 944.) non reliqua, quae vel fortunae, vel hominum beneficio adueniunt. *l. 7. l. 71. §. 1. D. b. r.* 11) Vt in societate singulari inter socios seruanda sit aequalitas. §. 1. *Inst. b. r.*

* Hanc rationem reddunt ex *l. 72. D. pro soc.* Sed quia idem obseruatur in rerum communione, in quam quis casu incidit: *l. 25. §. 16. D. fam. ercisc.* probabilior huius iuris ratio est, quod socius socii diligentiam probasse videtur, e cuius societate, quam id ei integrum semper fuisset, non discessit.

§. 948.

Et quidem, 1) si partes non expressae: partes *Lucri et* lucri et damni sunt aequales pro rata eius, quod *damni diuisio.* quisque contulit. *l. 6. l. 80. D. b. r.* 2) Sin partes expressae: eae seruandae sunt, tamen si inaequales. §. 1. *Inst. b. r. l. 29. pr. §. 1. D. b. r.* 3) Si alter rem, alter operam contulerit, lucrum quidem et damnum commune sit, non autem fors. §. 2. *Inst. l. 52. §. 2. D. l. 1. C. b. r.*

§. 949.

Diuiduntur itaque res communes, finita societas. *Societas* quod fit 1) morte socii vel naturali, vel ciuili, *quomodo* etiam vnus e pluribus, §. 5. *Inst. l. 63. §. ult. D. soluantur?* *b. r.* licet conuenerint, vt ad heredes transeat societas *. *l. 35. l. 59. D. b. r.* 2) Dissensu vel mutuo, *l. 63. §. ult. D. b. r.* vel renunciatione vnus, §. 4. *Inst. b. r.* quamuis alias contractus *διπλευρος*, inuito altero, solui nequeat: id tamen odio communionis permissum est, *l. 77. §. 20. in fin. D. de leg. 2. §. 4. Inst. b. r.* vt socius socio, si vel maxime aliter expresse conuenerint, *l. 14. l. 70. D. pro soc.* expresse et tacite renunciare possit societatem, *l. 64. D. b. r.* dum id non absenti, fraudulenter, vel intempestiue fiat. §. 4. *Inst. l. 14. l. 17. §. 1. l. 65. §. 3. D. b. r.*

* Ne erres, obserua, obligationem quidem ex hoc contractu etiam ad heredes transire: *l. 35. l. 36. l. 40. l. 63. §. 8. D. h. t.* non vero ipsam societatem, ita, ut heres in societate manere cogatur, praeterquam, quod heres succedat in societatem uectigalium. *l. 59. D. h. t.* Nec prohibentur socii ita pacisci, ut vno e pluribus mortuo, inter reliquos maneat societas. *§. 5. Inst. h. t. l. 65. §. 9. D. eod.*

§. 950.

*Alii modi,
quibus sol-
uitur.*

Soluitur etiam 3) finito negotio, ob quod in-
ta est; §. 6. *Inst. l. 65. §. 10. D. h. t.* 4) tempore, in
quod contracta, elapso; *l. 65. §. 6. D. h. t.* 5) cessis
vel publicatis bonis; §. 7. 8. *Inst. l. 65. §. 1. D. h. t.*
ac denique 6) rei, super qua societas inita, interitu.
l. 63. §. ult. D. eod.

§. 951.

*Actio pro
socio.*

Ceterum ex hoc contractu nascitur ACTIO PRO
SOCIO, utrimque directa, (§. 782.) qua socius ad-
uersus socium, eiusque heredes, (§. 949. *) agit ad
conferenda bona communia, (§. 942.) reddendas
rationes, lucrumque communicandum, (§. 946.
sequ.) et damna denique, saltem culpa leui in con-
creto data, refarcienda. (§. 947, 6.)

§. 952.

*Quenam
actio detur
ad rerum
commu-
nium diui-
sionem?*

Ex quo patet, actionem hanc ad praestaciones
tantum personales pertinere, adeoque, soluta socie-
tate, rerum communium diuisionem non actione
pro socio, sed communi diuidendo petendam. *l. 1. D.
comm. diuid.*

T I T. XXVII.

D E M A N D A T O.

§. 953.

*Mandatum
quid?*

Postremus contractus consensualis est MANDATUM,
(§. 897.) Id vero est contractus consensualis,
quo negotium honestum, ab alio ex fiducia commissum,
gratis administrandum gerendumque suscipitur.

* Vnde

* Vnde olim, data in amicitiae pignus dextra, mandabant, Plaut. *Captiv. act. 2. sceni. 3. v. 82.* eoque tempore non tam vinculo iuris, quam amicitiae legibus mandatum continebatur. Ger. Noodt. *ad Pand. h. t. pag. 371.* Hinc Iiid. *Orig. lib. III. cap. 4. mandatum a manus datione nomen accepisse tradit.*

§. 954.

Ergo facile hic contractus mandati 1) a NEGOTIORVM GESTIONE discernitur, qui quasi contractus in eo consistit, quod quis negotium non commissum vltro suscipit: (§. 778.) 2) a LOCATIONE, quia hic contractus non est gratuitus: (§. 916.) 3) a CONSILIO, quia per hoc non suscipitur alienum negotium, nec istud obligat, sed suadet, §. 6. *Inst. h. t. nisi fraudulentum sit. l. 47. pr. D. de reg. iur.* 4) a COMMENDATIONE, quae et ipsa non obligat alterum, cui res commendatur, *l. 12. §. 12. D. h. t.* 5) a IVSSV, quo tantum eos, qui potestati nostrae subsunt, obligamus.

§. 955.

Mandatur aut EXPRESSE, verbis litterisque, Quotum nulli certae formulae adstrictis, *l. 1. §. 2. D. h. t. plex?* aut TACITE, si quis praesens ab altero negotia sua geri patitur. *l. 6. §. 2. D. l. 53. D. h. t.*

§. 956.

Prout quoque vel ad omnia bona, vel ad certas tantum res mandatum pertinet, eatenus vel GENERALIS est, vel SPECIALIS, *l. 58. l. 60. l. 63. D. de procurat.*

§. 957.

A modo constituendi mandatarium, in IUDICIALI ET EXTRA IUDICIALI, *l. 33. pr. §. 1. D. l. 35. §. 3. l. 43. D. de procurat.* itemque in FURVUM, IN DIEM DILATVUM, ET CONDITIONALE dispescitur. §. 12. *Inst. l. 1. §. 3. D. h. t.*

§. 958.

Differunt porro mandatum IN REM ALIENAM, quando quis et nomine alterius, et in alienam utilitatem agit, et IN REM SVAM, quando quis nomine

mine alterius, sed in suam vtilitatem agit. Tali mandato instructus agit cessionarius. *l. 33. §. 5. l. 34. D. de procurat.*

§. 959.

*Huius con-
tractus na-
tura.*

Ceterum ex ipsa definitione (§. 953.) inferitur, 1) mandatum contrahi solo vtriusque consensu, pro quo et rati habitio habetur. *l. 50. D. h. r. l. 60. D. de reg. iur.* 2) Mandari non posse rem illicitam, nec vllam ex eiusmodi mandato inter contrahentes nasci obligationem. *§. 7. Inst. l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. D. h. r.* 3) Mandatum non admittere mercedem, sed tamen honorarium. (§. 800. *) *l. 6. pr. D. h. r.* 4) Mandatarium fines mandati excedentem nihil agere, nec mandantem tunc ex mandatarii facto teneri. *l. 5. D. §. 8. Inst. h. r.*

§. 960.

*Obligatio
mandata-
rii.*

Et quia mandans fiduciam singularem in mandatarii persona collocat: (§. 953.) consequens est, 5) vt mandatarius substituere ordinarie non possit: si tamen substituerit, et rem per alium aequè bene gesserit, mandans ex gestis obligetur. (§. 778. *) *l. 8. §. 3. l. 46. l. ult. §. fin. D. h. r.* 6) Vt, quia mandatarius sponte obligationem, in qua summa industria exigitur, suscepit, (§. 789, 3) ordinarie teneatur ad culpam leuissimam. *l. 13. l. 21. C. h. r.* 7) Vt mandatarius, qui amici spem turpiter destituit, ob dolum vel culpam latam merito infamia notetur *. (§. 785.) *l. 1. l. 6. §. 6. D. de his, qui not. inf. §. 2. Inst. de poen. tem. litig. l. 21. C. mand. Cic. Orat. pro Rosc. Amer. cap. 38.*

* Singulare hic est, quod quum alioquin in huius modi contractibus iudicio tantum directo ob dolum damnati infamia notentur: (§. 785, 2.) hic etiam mandans, actione contraria pulsatus, condemnatusque fiat infamis, si quis, mandante illo, pro eo fideiussit, et mandatarius ei indemnitatem praestare dolose renuit. *l. 6. §. 5. D. de his, qui not. infam.*

§. 961.

*Quomodo
finitur?*

Finitur autem mandatum non solum I. mutuo dissenso, §. ult. *Inst. quib. mod. toll. obl.* sed et II. man-

mandantis reuocatione, modo fiat re integra, §. 9. *Inst. b. t.* et III. renunciatione non interpeſtiua mandatarii, §. 11. *Inst. eod. l. 22. §. ult. D. b. t.* III. Mor- te contrahentium. *l. 26. l. 27. §. 3. D. b. t.*

§. 962.

Quia itaque ex hoc contractu διπλεύρω *Actio man-* datarius ab initio; mandans non niſi ex poſt facto *dati duplex.* obligatur: nascitur inde duplex actio MANDATI, quarum altera DIRECTA, altera CONTRARIA est. *l. 3. §. 1. D. b. t. (§. 782.)*

§. 963.

DIRECTAM mandans instituit aduersus manda- *Directa.* tarium, eiusue heredes, ad negotium susceptum per- ficiendum, vel praestandum id, quod interest, *l. 5. §. 1. D. b. t.* rem ex mandato adquirentem cum fru- ctibus tradendam, *l. 8. §. ult. D. eod.* dolumque et culpam etiam leuissimam praestandam. (§. 959, 6.)

§. 964.

CONTRARIA mandatorio datur aduersus man- *Contraria.* dantem, eiusue heredes, ad indemnitatem conse- quendam. (§. 772.) [*Elem. iur. Germ. lib. II. §. 382.*]

T I T. XXVIII.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI
EX CONTRACTV NASCVNTVR.

§. 965.

Hactenus de contractibus veris: sequuntur obli- *Obligatio-* gationes, quae QVASI EX CONTRACTV na- *nes quasi ex* scuntur, quarumque fundamentum iam supra de- *contractu.* scripsimus. (§. 778.)

§. 966.

Sunt ergo QVASI CONTRACTVS facta honesta, Earum *definitio.* quibus et ignorantes obligantur ex consensu, ob ae- quitatem vel utilitatem praesumto*.

* Quemadmodum enim contractus nascuntur ex consensu vero: ita quasi contractus quasi ex consensu, id est ex fide,

ficto, vel praesumto. *l. 13, §. ult. D. comm. diu. l. 3, in fin. D. ex quib. causis. in possess.* Si nec verus, nec fictus consensus requireretur: nihil esset rationis, cur referretur ad contractus. *l. 23, D. de reg. iur. l. 49, D. de oblig. et act.*

§. 967.

Est fundamenta.

Praecipua ergo fundamenta consensus praesumpti sunt: I. Quisque praesumitur consentire in id, quod utilitatem adfert. II. Nemo praesumitur cum alterius damno fieri velle locupletior. *l. 14, D. de condict. in deb.* III. Qui vult, quod antecedit, non debet nolle, quod consequitur.

§. 968.

Quot sint huius modi quasi contractus?

Huius modi quasi contractus sunt I. NEGOTIORVM GESTIO, II. TUTEA, III. HEREDITATIS, vel IIII. REI COMMVNIS administratio, V. HEREDITATIS ADITIO, VI. INDEBITI SOLVTIO, et quidam alii, de quibus in Digestis.

§. 969.

Negotiorum gestio.

I. NEGOTIORVM GESTIO est quasi contractus, quo quis negotia alterius ignorantis extra iudicium utiliter gerenda sponte et gratis suscipit. §. 1. *Inst. h. t.* Vnde a MANDATARIO, vel PROCVRATORE, itemque DEFENSORE, facile discernitur, posterior sine mandato quidem, sed non nisi iudicialia negotia suscipit, nec sine cautione admittitur, iudicatum solui. *l. 46, §. 2, D. de procurat.* *Negotiorum gestor* autem nec ex mandato gerit, nec in iudicio alium defendit, nec cautione obstringitur. Vnde et femina gerere potest negotia. *l. 3, §. 1, D. de negot. gest.*

§. 970.

Obligatio negotiorum gestoris.

Quum ergo in hoc contractu consensisse ignorantem fingatur, quia et utilitas ei adfertur, et neminem cum alterius damno locupletiolem fieri aequum est: (§. 967, 2.) sequitur 1) vt utiliter gerere debeat negotiorum gestor, adeoque 2) ad diligentiam exactam, vel, si se aliis praetulerit, (§. 788, 3.) ad exactissimam leuissimamque culpam; si necessitate
 argente

urgente gessit, tantum ad dolum et culpam latam; (§. 788, 4.) l. 3. §. 9. D. eod. denique si rem aleae piensam praeter consuetudinem absentis susceperit, ad casum ipsum praestandum teneatur. l. 11. D. l. 20. C. de neg. gest. §. 1. Inst. h. r. 3) Ut domino ad rationes et reliqua cum usuris restituenda obligatus sit. l. 2. l. 23. l. 30. D. h. r.

§. 971.

Ex eodem sequitur, 4) ut negotiorum gestor *Eius, cuius obligatum habeat etiam ignorantem, cuius negotia gessit, quin etiam 5) furiosum, et 6) cuius in persona erravit.* l. 3. §. 5. l. 5. §. 1. D. de neg. gest. *negotia geruntur.* 7) Ut non perimatur absentis obligatio, si, postquam initio utiliter gestum, utilitas casu fuerit intercepta. l. 10. §. 1. l. 12. §. 2. D. eod. 8) Ut idem negotiorum gestori teneatur ad indemnitatem. l. 2. l. 27. l. 31. l. 45. D. eod.

§. 972.

Ad ea, de quibus (§. 970) diximus, negotiorum gestor ex ipsa natura contractus *Actio negotiorum gestorum* ab initio obligatur; ad reliqua, (de quibus §. 971.) absens *ex post facto* obstringitur. Ex quo sequitur, (§. 782.) ut ex hoc quasi contractu nascatur *actio NEGOTIORUM GESTORUM*, tum DIRECTA, tum CONTRARIA. §. 1. Inst. h. r.

§. 973.

DIRECTA datur domino aduersus negotiorum gestorem, eiusque heredes, ad rationes reddendas, (§. 969, 3) restituenda reliqua, culpamque pro modo gestionis praestandam. (§. 970, 2.) *Directa.*

§. 974.

CONTRARIAM negotiorum gestor instituit aduersus dominum, eiusque heredes, ad indemnitatem. (§. 971, 8.) §. 1. Inst. h. r. Quae actio tamen locum non habet, 1) si non utiliter gestum, l. 10. §. 1. l. 15. l. 27. D. de negor. gest. 2) si pro invito vel prohibente gestum, l. 8. §. ult. D. l. ult. C. eod. 3) si quis ex pietate vel animo donandi gesserit. l. 27.

l. 27. §. *fin.* l. 34. l. 44. D. h. t. l. 11. l. 13. l. 15. C. *cod.*

§. 975.

*Tutela
definitio.*

II. TUTELA est munus publicum, (§. 204.) sed obligatio inter tutorem et pupillum quasi ex contractu nascitur. §. 2. *Inst. h. t.* Hinc tutela hoc sensu est quasi contractus, quo tutor, pupilli rerumque pupillarum curam suscipiendo, illi ad rationes exactamque diligentiam*; pupillus tutori ad indemnizatem praestandam obligatur.

* Tutor ergo tenetur ad praestandam culpam leuem; l. 23. D. de reg. iur. si ipse sese intruserit, ad culpam leuissimam. (§. 788, 3.) §. I. *Inst. de satisfas. tut.* Heredes tantum ad dolum et culpam latam. l. I. C. de her. tut.

§. 976.

Actio tutelae.

Ergo ex hoc quoque quasi contractu nascitur actio TUTELAE, DIRECTA et CONTRARIA. (§. 782.)

§. 977.

Directa,

Actio tutelae DIRECTA competit pupillo, finita tutela, (§. 263. *sequ.*) aduersus tutorem, eiusque heredes, ad reddendas rationes, damnaque si aduersus tutorem agitur, culpa leui; sin aduersus heredes, culpa lata data refarcienda. (§. 975. *) l. 1. pr. D. de tut. et rat. distrab.

§. 978.

Contraria,

CONTRARIA competit tutori aduersus pupillum, ad repetendas impensas, praestandamque indemnizatem, si diligentis patrifamilias officio functus sit, l. 1. pr. D. de contrar. tut. et util. act.

§. 979.

Utilis.

Vtraque actio tutelae utilis ob eandem rationem minoribus quoque et curatoribus inter se datur. (§. 276.) d. l. 1. §. 2. D. de contr. tut. et util. act.

§. 980.

*Hereditatis
et rerum
communio.*

III. HEREDITATIS et IIII. RERVM COMMUNIO non sunt quasi contractus, sed ius in re, puta in hereditate vel re communi. At hereditatis vel rerum

rerum communium administrator quasi contraxisse, et ad rem communem diuidendam, reddendasque rationes sese obligasse, simulque coheredem vel socium ad quasvis praestationes personales obstrinxisse videtur. §. 3. §. 4. *Inst. b. t.*

§. 981.

Ex utroque quasi contractu datur actio duplex, *Actiones inde natae,*
l. 2. §. 3. l. 44. §. 14. *D. famil. ercisc.* l. 2. §. 1. *D. comm. diuid. ex altero FAMILIAE ERCISCVNDAE,*
ex altero COMMVNE DIVIDVNDO.

§. 982.

FAMILIAE ERCISCVNDAE actio datur cohere- *Familiae erciscundae.*
di contra coheredem, (non aduersus possessorem, qui titulo singulari res hereditarias tenet, l. 2. pr. l. 25. §. 7. *D. fam. ercisc.*) ad communem hereditatem, exceptis nominibus, quae ipso iure inter coheredes dimisa sunt, l. 2. §. ult. l. 4. pr. *D. l. 6. C. fam. ercisc.* nec non rebus prohibiti vsus, l. 4. §. 1. 2. *D. eod.* et instrumentis communibus, l. 5. *D. eod.* diuidendam, et praestationes personales, veluti impensarum damni-que restitutionem consequendam. l. 16. §. 4. *sequ.*
l. 17. l. 25. §. 16. l. 29. l. 44. §. 3. et. §. ult. *D. eod.*

§. 983.

COMMVNI DIVIDVNDO actio instituitur a socio contra socium, ad rem communem diuidendam, l. 1. *de comm. diu.* et praestationes personales consequendas. l. 3. pr. *D. eod.* *Communis diuidenda.*

§. 984.

Et coheres vero coheredi, l. 25. §. 16. *D. famil. ercisc.* et socius in re communi socio, *arg d. l. 25. D. eod.* culpam leuam in concreto praestat. (Rationem reddidimus §. 947. *) *Quamam culpa praestanda?*

§. 985.

V. HEREDITATIS ADITIO est quasi contractus, *Hereditatis aditio.*
quo is, qui hereditatem adit, cum legatariis et fideicommissariis * contraxisse, seque ad legata et fideicommissa praestanda obligasse censetur. §. 5. *Inst. l. 3. sequ. D. quib. ex caus. in poss. eat. l. 1. C. comm. de legat.*

* Non

* Non cum creditoribus. Hi enim heredem non ex quasi contractu aditionis, sed directe ex facto defuncti conveniunt, *l. 49. D. de oblig. et act. iunã. Nou. 48. praef. v. cum utique*, cuius obligationes omnes in heredem transeunt, simulac adiit hereditatem. *l. 2. §. 2. D. de verb. oblig. l. 59. D. de reg. iur.*

§. 986.

Actio personalis ex testamento.

Nascitur ex hoc quasi contractu **ACTIO PERSONALIS EX TESTAMENTO**, qua ii, quibus aliquid ex testamento debetur, contra heredem, qui adiit, agunt, ad legata fideicommissaque cum accessionibus et usuris a tempore morae, (§. 639.) damnaque, culpa etiam leuissima data, (§. 620, 1.) *l. 47. §. penult. D. de leg. 1. praestanda. l. 33. pr. D. de leg. 2. l. 17. D. de duob. reis, §. 5. Inst. h. t.*

§. 987.

Indebiti solutio.

Denique VI. **INDEBITI SOLVITIO** est quasi contractus, quo quis ex errore facti id, quod naturaliter indebitum erat, soluendo, alterum, qui ex ignorantia accepit, ad restitutionem obligasse censetur. *§. 6. Inst. h. t.*

§. 988.

Eius fundamentum.

Quum ergo fundamentum huius quasi contractus sit solutio ex errore facti praestita: (§. 987.) consequens est, 1) vt, qui sciens soluit indebitum, donandi consilio id fecisse videatur. *l. 53. D. de reg. iur. l. 1. §. 1. D. de condict. indeb. 2) Vt, qui ignorantia iuris soluit, indebitum non repetat, l. 10. C. l. 9. pr. D. de iur. et facti ignor. l. 6. l. 7. C. de cond. indeb. l. 9. C. ad leg. Falcid. nisi fuerit minor, mulier, cet. quibus ius ignorare licet. l. 9. D. de iur. et fact. ignor. 3) Vt, si in persona erratum, res semper condici possit. *l. 19. §. 1. l. 65. §. ult. D. l. 5. C. de condict. indeb.**

§. 989.

Quando repeti possit?

Quumque, quod solutum, vel naturaliter saltem indebitum esse oporteat: (§. 987.) sequitur, 4) vt, quod naturaliter debebatur, non autem iure civili, (§. 769.) repeti nequeat, *l. 13. l. 19. l. 38. D. de condict. indeb. nisi naturalis obligatio plane reiiciatur iure civili, quale quid contingit in obligatione pupillorum*

rum

rum, prodigorum, mulierum intercedentium. l. 127. l. 6. D. de verb oblig. l. 41 D. de condict. indeb. l. 16. §. 1. D. ad SC. Velleian. 5) Vt, si id, quod et naturali et ciuili iure indebitum est, vel solo iure ciuili debetur, soluitur, id repeti possit. l. 29. l. 22. l. 26. §. 3. 7. l. 40. l. 54. l. 56. D. de condict. indeb.

§. 990.

Quum denique et in accipiente requiratur ignorantia: (§. 987.) sequitur, 6) vt non modo quasi ex contractu, sed ex delicto repeti possit id, quod alter sciens dolo malo accepit; adeoque hoc casu soluenti non modo condictio indebiti, sed et conditio furtiua detur. l. 18. D. de condict. furr.

§. 991.

Ceterum ex hoc quasi contractu nascitur **CONDICTIO INDEBITI**. quae actio, stricti iuris, (§. 781. *) competit ei, qui indebitum per errorem soluit, contra accipientem, eiusue heredem, ad restituendum id, quod solutum, cum fructibus et accessionibus, l. 15. pr. l. 65. §. 5. D. de condict. indeb. non vero cum vsuris. (§. 781. *) l. 1. C. h. r.

§. 992.

Quae conditio facile ab aliis distinguitur. Qui enim non ex errore soluit, sed ob certam causam futuram honestam, nec tamen sequutam dedit, ei ad repetendum id, quod datum est, competit **CONDICTIO CAUSSA DATA, CAUSSA NON SEQUUTA**. l. 1. sequ. D. de condict. caus. dar. Qui ob causam futuram, solius accipientis contemplatione turpem, dedit, is instituit **CONDICTIIONEM OB TURPEM CAUSSAM**. l. 1. pr. §. 1. 2. D. de condict. ob turp. caus. Denique qui plane sine omni causa dedit, et nulla alia harum condictionum vti potest, ei contra accipientem ad rem restituendam datur **CONDICTIO SINE CAUSSA**. l. 1. sequ. D. de condict. sine caus. Etus differentia ab aliis condictionibus.

T I T. XXVIII.

PER QVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ADQVIRITVR.

§. 993.

*Axioma
de personis,
per quas
adquiritur
nobis.*

Quae personae res alias nobis adquirunt: eae etiam adquirunt OBLIGATIONES. Quare quum de illis abunde actum sit supra: (*lib. II. tit. 9. §. 469. sequ.*) nihil attinet hic plura addere, praeterquam, quod in obligatione ex contractibus spectetur rei initium *. *l. 78. pr. in fin. D. de verb. oblig. et hinc conditio existens ad principium retrahatur. l. 11. §. 1. D. qui pot. in pign. (§. 832, 7.)*

* Aliud in legatis, quae ex eo tempore, quo dies cedere coepit, vires capiunt. *l. 18. D. de rez. iur. l. 5. §. 2. D. quando dies leg. ced. (§. 632, 7.)*

§. 994.

*Conclusio-
nes ex hoc
axiomate.*

Ex quo axiomate sequitur, 1) vt filius familias patri, seruus domino, adquirat, licet vel maxime sibi stipuletur in eum euentum, si sui iuris futurus sit. *l. ult. D. de stipular. seru.* 2) Vt obligatio adquiratur patri vel domino, etiamsi conditio emancipato iam filio extiterit. *l. 78. pr. D. de verb. oblig.*

T I T. XXX.

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

§. 995.

*Quot mo-
dis tollatur
obligatio?*

Obligatio semel constituta vel per EXCEPTI-
NEM tollitur, vel IP SO IVRE. Inter quae non vna differentia. 1) Si prius: obligatio non perimitur, nisi exceptio sit in iudicio opposita. *l. 27. §. 2. D. de pact.* Sin posterius: ea tollitur statim vi legis, etiam antequam ea causa allegetur. Ita et 2) ex obligatione priore modo subla-
ta nulla actio nascitur: ex obligatione posterioris generis nascitur quidem actio, sed exceptio-
ne eliditur.

§. 996.

§. 996.

Modi, quibus ipſo iure obligatio tollitur, aut *Modi ipſo*
 COMMVNES sunt contractibus omnibus, vel ple- *iure ſoluen-*
 riſque, vti ſolutio, compensatio, confuſio, oblatio et *di obliga-*
 conſignatio, rei interitus, et nouatio: aut quibuſdam *tionem vel*
 contractuum generibus PROPRII, vt acceptilatio, *communes,*
 et mutuus diſſenſus. *vel proprii.*

§. 997.

Posteriorum fundamentum latet in regula iu- *Axioma de*
 ris: *nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidque bis.*
 diſſolui, quo colligatum eſt. l. 35. l. 100. D. de reg. iur.

§. 998.

COMMVNIVM primus modus eſt SOLVTIO (§. Solutio
 996.) quae eſt vera praeſtatio eius. quod in obligatio- *quid?*
 ne eſt. l. 176. D. de verb. ſignif. Solutio enim non
 hic generatim omnem liberationem continet, ſed
 eſt liberatio per praeſtationem eius, quod debe-
 tur. l. 49. D. de ſolut. pr. Inſt. h. r.

*Conſent. et
 l. 100 ff. de
 reg. iuris*

*ab origine de-
 bebatur.*

§. 999.

Quum ergo in ſolutione aliquid praeſtandum ſit; *Quis ſolu-*
 (§. 998) ſequitur, vt is demum recte ſoluat, eique *re poſſit?*
 cum effectu ſoluatur, cui libera eſt rerum ſuarum
 adminiſtratio. §. vlt. Inſt. quib. al. lic. vel non. Per-
 inde vero eſt, ſiue pro ſe quis ſoluat, ſiue pro alio,
 mandante, ignorante, inuito: l. 23. l. 40. l. 53.
 D. de ſolut. quamuis qui pro inuito ſoluit, re-
 greſſum non habeat aduerſus debitorem, niſi ex
 iure a creditore ceſſo. (§. 886. *)

§. 1000.

Ex quo ſequitur, 1) vt non recte ſoluat fu- *Quis non*
 rioſus, pupillus, minor, ſine tutoris auctoritate *poſſit? et*
 vel curatoris conſenſu. (§. 466.) § vlt. Inſt. quib. *cui non poſ-*
 al. lic. l. 9. §. 2. D. de auct. tut. l. 3. C. de in- *ſit?*
 integr. reſtit. min. 2) Vt iisdem non recte ſolua-
 tur ſine iurorum auctoritate, curatorum conſenſu,
 magiſtratum decreto. (§. eod.) §. 2. Inſt. quib.
 alien. lic. l. 15. l. 96. D. de ſolut.

§. 1001.

Quomodo solvendum? Quumque solutio sit vera praestatio eius, quod debetur: (§. 998.) consequens est, 1) vt neque aliud pro alio inuito creditori solvendum sit, *pr. Inst. b. 1. l. 2. §. 1. D. de reb. cred.* neque 2) per partes illi inuito fieri possit solutio, *l. 9. C. de solut. l. 41. §. 1. D. de usur.* nisi debitum pro parte sit illiquidum, *l. 21. D. de reb. cred.* neque 3) alio tempore et loco, quam conuenit, *l. 39. D. de solut.*

§. 1002.

Eius effectus. Quum denique, si ita vere praestitum sit, quod in obligatione erat, obligatio solvatur: (§. 996.) recte inferitur, facta solutione ipso iure omnem perimi obligationem, vt et reus, et fideiussores, et pignora, et hypothecae liberentur: *pr. Inst. b. 1. l. 43. D. de solut.* modo, quod ad pignora attinet, non alia supersint debita, quippe ob quae creditor ius retentionis exercere possit. (§. 825. *) *sic. C. etiam ob chirogr. pecun. pign. ten.*

§. 1003.

Compensatio quid? Alter modus communis est COMPENSATIO, (§. 996.) quae est debiti et crediti (mutui) inter se contributio. *l. 1. D. de compensat.*

§. 1004.

Eius requisiti. Quum ergo locum habeat, si debitum et creditum sit mutuum: (§. 1003.) sequitur, 1) vt frustra compensare velint, quorum creditum vel iniustum sit, *l. 14. D. l. 2. C. de compensat.* vel mere naturale, (plane inefficax, *l. 30. l. 41. D. de condict. indeb.*) vel illiquidum, *l. ult. §. 1. C. de compensat.* vel sub conditione aut ex die contractum. *l. 7. l. 16. §. 1. l. 22. D. eod.* 2) Vt vtriusque sit certa aestimatio. *l. 4. l. 8. l. 12. C. eod.* Vnde nec species cum genere, nec genus cum genere diuerso, *l. 18. pr. D. de pign. act. l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. 16. C. de solut.* nec delictum cum delicto compensatur. *l. 2. §. 4. l. 13. §. 5. D. ad. leg. lul. de adult.* 3) Vt, si diuersi sint credito-

res et debitores, nulla locum habeat compensatio.
l. 16. pr. l. 18. §. 1. D. l. 9. C. de compensat.

§. 1005.

Quumque debitum et creditum contribuantur: *Et effectus,*
 (§. 1003.) sequitur, 4) ut compensationis idem effectus sit, ac solutionis. (§. 1003.) *l. 4. l. 12 C. de compensat.* 5) Ut ex eo momento, quo mutuum debitum natum, vel utrumque expiret, vel alterutrum ad concurrentem summam ipso iure minuat^r *.
 §. 30. *Inst. de act. l. ult. C. de compensat.*

* Ita iure nouo. Iure veteri enim mutuum intererat inter contractus *bonae fidei et stricti iuris*. In illis compensatio ipso iure minuebat debitum; in his non nisi per *exceptionem doli mali*. §. 30. *Inst. b. 1. (§ 781. *)*

§. 1006.

Tertius modus communis est CONFUSIO, (§. *Confusio.*
 996.) quando obligatio debitoris et ius creditoris in eadem persona coalescunt. *l. 75. l. penult. D. de solut.*
 Quum enim ex contractu alter alteri obligetur: neminem sibi ipsi debere posse, adeoque hoc modo obligationem tolli, satis adparet.

§. 1007.

Quartus est OBLATIO ET CONSIGNATIO, (§. *Oblatio et*
 996) quo obligatio tollitur, si debitor totam summam iusto tempore et loco *oblatam*, et a creditore *non receptam*, in iudicio, citata altera parte, *obsignat* et deponit. *l. 19. C. de usur. l. 9. C. de solut.*

§. 1008.

Quod legitimi factum offerentem liberat 1) ab obligatione, tum ratione fortis, tum ratione usurarum, quarum cursus statim sistitur, *l. 19. C. de usur.*
 2) a periculo rei, quippe quae ex eo non debitori, sed creditori perit. *l. 9. C. de solutione.*

§. 1009.

Quintus modus communis est REI INTERITUS. *Rei interitus.*
 Quum vero vel species, vel genus, vel quantitas debeat^r: 1) is modus ad solam speciem pertinet, *l. 23. l. 49. pr. D. de verb. oblig.* quia genus et quantitas non perire censentur. (§. 623.)

§. IOIO.

*Eius effe-
tus.*

Quumque huius iuris fundamentum in eo pos-
tum sit, quod casum sentiat dominus (§. 785, 3.)
sequitur, 2) ut interitus speciei debitorem non libe-
ret, qui in mora est, *d. l. 23. l. 49.* nisi res aequae
apud creditorem peritura fuisset. *l. 14. §. 1. D. depos.*
l. 15. §. ult. D. de rei vind. 3) Ut nec eum liberet
interitus, cuius culpa res interiit. *l. 23. in fin. D. de*
reg. iur. l. 23. l. 49. pr. D. de verb. oblig. §. eod. 4) Ut
fures et violenti possessores nullo modo rei interitu
liberentur. *l. ult. D. de condict. furt. l. 1. §. 34. l. pen-
ult. D. de vi et vi armat.*

*Continetur fructus
de mora?*

§. IOII.

Nouatio.

Sextus modus communis est NOUATIO, (§. 996.)
id est, *prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem,
vel naturalem, per stipulationem transfusio atque trans-
latio. l. 1. pr. D. de nouat. l. 27. §. 2. D. de pact.*

§. IOI2.

*In quibus
contracti-
bus locum
habeat?*

Quum ergo communis sit omnibus contractibus:
nouari possunt obligationes omnes, civiles et prae-
toriae, aequae ac naturales, siue verbis, siue consen-
su, siue alio modo contractae, transfundique non
tantum in alias civiles, verum etiam in mere natu-
rales, v. c. si pupillus sine tutoris auctoritate expo-
mittit (§. 769. *) *l. 1. §. 1. l. 2. l. 5. l. 14. D. eod.*

§. IOI3.

Quotuplex?

Diuiditur nouatio in VOLUNTARIAM, quae fit
interueniente stipulatione *, per conuentionem par-
tium: *l. 2. C. eod.* vel NECESSARIAM, quae fit per
litis contestationem, iudicio accepto, *l. 29. D. eod.*
Illa denuo vel SINE DELEGATIONE fit, vel PER
DELEGATIONEM.

* Quum tamen dicatur, et absentes posse nouatione libe-
rari, *l. 13. §. 10. D. de acceptil. delegationem fieri con-
sensu, nutu, et per epistolam: l. 17. D. de nouat. et de-
leg.* id intelligendum de mandato, quo delegans substi-
tuit alium: ipsa enim nouatio, id est, noua delegati
obligatio, verbis sollempnibus vel stipulatione, siue inter
prae-

praesentes, siue per procuracionem constituebatur. l. 27. D. eod. Paull. Sent. rec. lib. V. tit. 8.

§. 1014.

SINE DELEGATIONE fit NOVATIO, quoties, ^{Quando} manente eodem debitore et creditore, ^{fiat sine de-} 1) vel species ^{legatione?} obligationis mutatur, v. c. si qui ex emto debet, se quasi ex stipulatione reum constituit, §. 3. Inst. h. r. 2) vel priori obligationi aliquid accedit vel detrahitur, v. c. si, quod sub conditione debetur, pure promittitur, §. 3. Inst. eod. 3) vel nihil quidem ex priore obligatione mutatur, sed discrete tamen declaratur nouandi animus. l. 2. D. l. ult. C. eodem. Nisi enim id fiat, et prior obligatio manet, et posterior quoque rata est. d. l. ult. C. eod.

§. 1015.

DELEGATIO contra fit, quoties nouus debitor in ^{Quid dele-} locum prioris ^{locum et ex-} substituatur. l. 11. pr. D. eod. Nouus ^{promissio?} ille reus dicitur EXPROMISSOR, l. 8. §. 5. D. de nouar. siue se ipse deleget vltro, l. 4. §. 1. D. de manumiss. quod fecit Paullus, dum pro Onesimo interuenit, Epist. ad Philem, v. 18. 19. Zach. Huber. Dissert. philol. iurid. lib. I. diff. III. cap. 11. siue a debitore priore per mandatum delegetur. l. 17. D. de nouar.

§. 1016.

Ex his ergo sequitur, 1) vt prior debitor per de- ^{Eius effe-} legationem liberetur, etiamsi delegatus deinde non ^{ctus.} fit soluendo, l. 26. §. 2. D. mandar. l. 3. C. de nouar. 2) Vt delegationem et creditore volente, et consentiente delegato fieri oporteat, l. 1. l. 6. C. eod. 3) Vt inter delegantem et delegatum mandatum, inter creditorem et delegatum stipulatio plerumque intercedat. l. 1. §. 1. l. 17. D. de nouar.

§. 1017.

Hinc ergo EXPROMISSIO facile discernitur 1) a ^{Et diffe-} FIDEISSIONE vel ADPROMISSIONE, et CON- ^{rentia ab} STITVTO, quorum neutrum obligationem priorem ^{aliis nego-} perimit. (§. 873.) Aequae facile delegatio 2) a CES- ^{tiis.} SIONE discernitur, quippe qua persona creditoris in-

uito etiam debitore mutatur, *l. 1. C. cod. quaeque adeo non est nouatio, ob l. 3. C. de nouat.*

§ 1018.

Voluntariae nouationis effectus.

Necessariae.

Voluntariae nouationis ratione obligationis prioris eadem effecta, ac solutionis. (§. 1002.) §. 3. Inst. b. r.

§ 1019.

Necessariae, vel litis contestationis, non alius effectus est, quam quod post acceptum iudicium actio temporalis fit perpetua, poenalis rei persequutoria, l. 6. §. ult. D. de re iud. l. 26. D. de oblig. et act. et hinc etiam actio poenalis contra heredem detur. §. 1. Inst. de perper. et tempor. action. l. 1. C. ex delict. def. in quant. hered. conuen.

§ 1020.

Modi quibusdam contractibus proprii.

Hi ergo sunt modi COMMUNES. PROPRII quibusdam contractibus sunt ACCEPTILATIO, ET MUTUUS DISSENSUS. (§. 996.)

§ 1021.

Eorum fundamentum.

Quum enim ex principiis Romanorum nihil esset tam naturale, quam eo genere quidque dissolui, quo colligatum est: (§. 997.) consequeretur, *ut verborum obligatio verbis tolleretur. l. 35. D. de reg. iur.* Nuda ergo remissio, seu pactum de non petendo, non ipso iure tollebat obligationem, sed tantum producebat exceptionem pacti. §. 3. *Inst. de except. l. 7. §. 4. l. 27. §. 2. D. de pact.* At ipso iure perimebat acceptilatio obligationem stipulatione contractam. *l. 1. D. de acceptilat.*

§ 1022.

Acceptilatio.

Est ergo ACCEPTILATIO actus legitimus, (§. 70.) *l. 77. l. 123. D. de reg. iur. quo interrogacione debitoris, et congrua creditoris responsione obligatio per stipulationem contracta dissoluitur. l. 1. D. de acceptil.* Formula erat: QVOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? HABEO ACCEPTVM. §. 1. *Inst. b. r.*

§ 1023.

Quomodo acceptum ferri non possit?

Quum ergo sit actus legitimus: (§. 1022.) sequitur, 1) *ut nec tutor, nec curator, nec procurator recte*

recte acceptum ferat. *l. 3. l. 13. § 10. D. de acceptil.*
 2) Vt ea nec conditionem, nec diem admittat. *l. 4. l. 5. D. eod.* Quamuis etiam, quod in diem, vel sub conditione debetur, acceptilationè pure remitti posse, nullum sit dubium. *l. 12. D. eod.*

§. 1024.

Deinde quum obligatio stipulatione dissoluatur, adeoque illa veluti alienetur: sequitur, 3) vt pupillus etiam sine tutoris auctoritate recte acceptum roget, *l. 2. D. eod.* sed non acceptum ferat. *l. 1. C. eod. (§. 251. sequ.)* 4) Vt et totum debitum, et pars eiusdem hoc modo exstingui possit, modo res sua natura sit diuidua. §. 1. *Inst. b. t. l. 9. l. 10. l. 13. §. 1. D. de acceptilar.*

§. 1025.

Denique et ex definitione (§. 1022.) et ex axiomate (§. 1021.) infertur, 5) acceptilationem ad solas ^{Qualia debita tollat?} verborum obligationes pertinere, §. 1. *Inst. b. t. l. 8. §. 3. D. d. acceptilar.* adeoque, 6) si aliae obligationes, re, litteris, vel consensu initae, acceptilatione tollantur, hanc eas non ipso iure tollere, sed tamquam pactum de non petendo producere solum exceptionem pacti conuenti. (§. 1021.) *l. 8. pr. l. 19. pr. D. de acceptilar.*

§. 1026.

Inuenit tamen C. Aquilius Gallus, aequissimus ^{Acceptilatio Aquiliana.} ille et sollertissimus cautionum artifex, (*Cic. de nat. deor. lib. III. cap. 30. de offic. lib. III. cap. 14. pro Caecin. cap. 27.*) modum, etiam alias, quam verborum obligationes, per acceptilationem eodem effectu perimendi, quae acceptilatio STIPVLATIO AQVILLIANA dicitur. §. 2. *Inst. b. t.*

§. 1027.

Illà in eo consistit, quod obligatio primum per ^{Eius descriptio.} stipulationem in verborum obligationem deducitur. v. c. Titius interrogat Sempronium: *quidquid te mihi ex mutuo, (emto, chirographo cet.) dare oportet, tan-*

rum pecuniam tu mihi dare spondes? Respondet Sempronius: *spondeo.* Deinde noua haec verborum obligatio noua stipulatione tollitur, dum interrogat Sempronius: *quod tibi iam me daturum spondidi, id habesne a me acceptum?* Respondet Titius: *habeo a te acceptum.* Eo facto, acceptilatione sublata est obligatio etiam realis, litteralis, consensualis, ad quas alioquin non pertinet acceptilatio. §. 2. *Inst. b. t.*

§. 1028.

Ufus ho-
diernus.

Enimuero has ambages numquam recipere maiores nostri. Quumque pacta inter gentes nostras semper obligationem perfectam produxerint: (§. 777. *) hodie inter *pactum de non petendo et acceptilationem* sollemnem nihil interesse, inter omnes constat.

§. 1029.

Mutuos
dissensus.

Alter modus *proprius*, MUTVVS DISSENSVS, (§. 1096.) ad contractus consensu initos pertinet. Quemadmodum enim *nihil iam naturale est, quam eodem genere quidquid dissolui, quo colligatum est:* (§. 997.) ita rationi consentaneum est, *nudi consensus obligationem contrario consensu dissolui.* l. 35. *D. de reg. iur.*

§. 1030.


Quos obli-
gationes
saluat?

Est vero MUTVVS DISSENSVS contraria priori obligationi consensuali, nondum adimpletae, conuentio: vt, *emimus, non emimus.* §. *ult. Inst. b. t.*

§. 1031.

Quando ei
locus sit?

Ex quo sequitur, 1) vt contractus consensualis mutuo dissensu dissolui tantum possit re adhuc integra, *d. §. ult. Inst. b. t.* adeoque, 2) si, re tradita et soluto pretio, aliud placeat contrahentibus, non prior obligatio tollatur, sed nouus contractus ineatur. *d. §. ult. Inst. eod.*



LIBER III.

TIT. I.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX DELICTO NASCVNTVR.

§. 1032.

Obligationem omnem aut ἀμέσως ex aequitate *Connexio.* vel lege nasci diximus, aut mediante et intercedente facto nostro. (§. 771.) Factum id vel licitum esse monuimus, vel illicitum. Illud CONVENTIONEM; hoc MALEFICIVM, vel DELICTVM adpellauimus. (§. 772.) Haecenus de conuentionibus; iam de delictis agendum.

§. 1033.

Est vero DELICTVM factum illicitum, sponte ad-Delictum missum, quo quis et ad restitutionem, si fieri possit, et quid? ad poenam obligatur. Quum enim in omni delicto concurrant reatus, seu vitiositas actus, et effectus, seu damnum alteri illatum: illi poena respondet, huic damni reparatio, vti recte obseruauit Grot. de iur. bell. et pac. lib. II. cap. 17. §. 22. Ad poenam, quia delicta suos auctores tenent, l. 32. C. de poen. illos solum, qui deliquerunt, obstrictos esse; l. 26. D. eod. contra reparationem damni et ex bonis peti posse, res ipsa docet.

§. 1034.

Est porro delictum vel VERVM, vel QVASI DE-Verum et LICTVM. Illud ex dolo malo; hoc ex culpa sine quasi delicto. * *csu.*

* Quomuis enim damnum iniuria datum tam ex culpa quam ex dolo, nascatur: §. 3. Inst. de leg. Aquill. a potiore tamen iureconsulti id delictum, quam quasi delictum, adpellare maluerunt.

§. 1035.

§ 1035.

*Publicum
vel priua-
tum.*

VERVM iterum vel PVBLICVM, vel PRIVATVM est. Illud publico iudicio publicaue animaduersione vindicatur; hoc quum directe ad laesionem priuatum tendat, tantum priuatam producit persequutionem. Talia sunt FVRTVM, RAPINA*, DAMNVN INIVRIA DATVM, INIVRIA. *pr. Inst. b. 2.*

* Sed duo priora semper visa sunt publica gentibus originis Germanicae, quia non minus securitas publica violatur furtis et rapinis, quam homicidiis. Quae principia et hodie sequimur.

§. 1036.

*Ordina-
rium et
extraordi-
narium.*

PVBLICVM vel ex lege quadam publicorum iudiciorum descendit *l. 1. D. de publ. iud.* vel extra ordinem, quamuis nulla huius modi lex eam in rem lata sit, vindicatur. Prius vocatur CRIMEN ORDINARIVM: posterius EXTRAORDINARIVM.*

* Non ergo delicta extraordinaria hoc sensu *priuata sunt, sed publica.* Nam et ad rei publicae detrimentum pertinent, veluti *annonae flagellatio, ruptio, aggerum Nili, collegia et corpora illicita*; et publico iudicio vindicantur, vnde locum habet accusatio. subscriptio in crim. en. *l. ult. D. de delicto. priu.* poena capitalis, veluti ob aggeres Aegypti ruptos, cadauera spoliata, abigcatum, crimen receptatorum effractorum. Vocantur quidem haec crimina *priuata l. 1. §. ult. D. de poen.* et imprimis non semper publica iudicia esse dicuntur, quae instituuntur ob concussionem, *l. 2. D. de concuss.* ob praeuaticationem, *l. 3. pr. D. de praeuar.* ob stellationatum: *l. 1. D. de stellation.* sed id non fit, nisi eam ob causam, quod inde ius accusandi non cuiilibet ex populo datur, sed illi, qui laesus est. Hinc et de stellationatu actio neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus contineri dicitur Papiniano *l. 1. D. de stellation.* Non publicis, quia non licet cuiuis accusare; non priuatis, quia persequutio est publica. *l. 3. §. 2. D. eod.*

§. 1037.

*Actiones ex
delictis rei
et poenae
persequuto-
riae, item
mixtae.*

Quum ergo in delictis vitiositas actus et effectus concurrant; (§. 1033.) consequens est, vt ex iis et ad poenam, et ad reparationem damni agi possit. Hinc aliae actiones, natae ex delicto, REI PERSEQVVTORIAE sunt, vti condictio furtiua, actio rerum

amotarum; aliae POENAE PERSEQVVTORIAE, vti actio furti; aliae REI ET POENAE PERSEQVVTORIAE, vti vi bonorum raptorum, actio ex lege Aquillia maxime contra inficiantem, cet §. 16. *Inst. de act.*

§. 1038.

Quumque hae actiones ad diuersa sint comparatae: sequitur, 1) vt se mutuo non tollant. (§. 1033.) *Natura harum actionum.* l. 34. §. 2. *D. de oblig. et act.* 2) Vt rei persequutoriae et heredibus et contra heredes; (§. 1033.) l. 7. §. 2. l. 9. *D. de condict. furt.* l. 6. §. 4. *D. rer. amot.* 3) poenae persequutoriae heredibus, sed non contra heredes, nisi lite cum defuncto contestata (§. 1019.) l. vn. *C. ex del. def. in quant. her. conuen.* 4) quae ad solam vindictam tendunt, nec heredibus, nec contra heredes competant: §. 1. *Inst. de perpet. et temp. act.* nisi lis iam cum defuncto contestata sit. *Id. l. vn. C. ex del. defunct.* 5) Vt, ex delictis plures rei teneantur in solidum, ita tamen, vt, si rem persequamur, vno soluente, reliqui liberentur. l. 1. *C. de condict. furt.*

§. 1039.

Iam de delictis priuatis, (§. 1035.) et speciatim quidem hoc titulo de FURTO agendum. *Delictum priuatum, furtum.*

§. 1040.

FURTVM est contractatio fraudulosa, lucri facienda gratia vel ipsius rei; vel usus eius, possessionisue, quod lege naturali prohibitum est admittere. l. 1. §. 3. *D. de furt.* §. 1. *Inst. b. 1.* *Eius delictio.*

§. 1041.

Quum ergo furtum sit contractatio, id est, rei motio a loco: (§. 1040.) sequitur, 1) vt qui furandi animo ingressus, nihil contractauit, fur dici haud possit, sed vel iniuriarum, aut de vi teneatur, l. 21. §. 7. *D. de furt.* vel tamquam *directarius* extra ordinem sit puniendus l. 7. *D. de extraord. crimin.* l. 1. §. 2. *D. de effract.* 2) Vt sola cogitatio furti faciendi furem haud faciat, l. 1. §. 1. *D. de furt.* praeterquam si cuius ope vel consilio furtum factum. §. 11. *Inst. b. 1.*

3) Vt

3) Vt in tantum locum habeat actio furti, in quantum facta contrectatio. *l. 21. pr. D. eod.*

§. 1042.

An et furiosus infans, imputet, pauper.

Quumque furtum sit *fraudulosa* contrectatio: (§ 1040.) consequens est, 4) vt furtum non faciant furiosi, dementes, infantes, infantiaequae proximi. §. 18. *Inst. b. 1.* 5) Vt contra furti reus esse possit pubertati proximus, licet mitius vulgo puniri soleat. *l. 23. D. de furt.* 6) Vt necessitas extrema a furto excuset. *Grot. de iur. bell. et pac. lib. II. cap. 2, §. 6. cap. 3. X. de furt.*

§. 1043.

An et res propria, et nullius furto surripi queat?

Quia porro fur *rem alienam* contrectat: 7) furtum rei propriae nemo facit, *l. 43. §. 1. D. eod.* nisi ea ab alio iuste possideatur, quo casu locum habet furtum possessionis: (§ 1050.) nec 8) rei nullius, vel a nemine possessae, furtum fieri potest. Quod adeo verum est, vt nec, qui ex hereditate iacente aliquid surripit, fur intelligatur, *l. 68. D. eod.* quamuis, quia hereditas nondum adita defuncti vicem sustinere censetur, (§ 329.) crimen *EXPILATAE HEREDITATIS* extraordinarium locum habeat. *l. 4. de expil. her.*

§. 1044.

Res amotas.

Ex eodem principio sequitur, 9) vt, quia vir et vxor, saltem quoad usum, constante matrimonio quodammodo in communione sunt, (§. 146. *) si quid illa viro, vel hic vxori, ante diuortium * subtraxerit, non furti actio locum habeat, sed *RERVM AMOTARVM*, ad res diuortii causa amotas cum omni causa restituendas. *tit. D. de act. rer. amotar.*

* Hinc si concubina quid surripuit, *l. 17. pr. D. de act. rer. amot.* aut si vxor post diuortium res mariti contrectet. *l. 3. pr. D. eod.* furtum committitur.

§. 1045.

An filius familias furti reus?

Multo minus 10) filius familias, qui viuo patre rerum paternarum quodammodo dominus habetur, (§. 588.) patri quid suffaratus, furti reus est. §. 12. *Inst. b. 1.* Accedit et altera ratio, quod pater et filius

pro

pro vna persona habeantur, adeoque nulla inter eos nascatur actio. (§. 139, 7.) *l. 16. D. de furt.* Quae ratio et in seruos cadit. *d. §. 12. Inst. h. t. l. 17. pr. D. de furt.*

§. 1046.

Quandoquidem etiam *lucri faciendi causa* furtum committitur: (§. 1040) sequitur, 1) vt, qui non *non est sine animo lucri faciendi.* lucri, sed libidinis causa ancillam alienam rapuerit, furtum non committat. *l. 39. pr. D. de furt.* 2) Vt, qui nocendi causa contrectauit, ex lege Aquillia; *l. 5. §. ult. l. 41. D. ad leg. Aquill.* qui contumeliae causa, actione iniuriarum possit conueniri. *l. 53. pr. D. de furt.*

§. 1047.

Denique quum contrectatione interuerti possit *Furtum* vel res, vel vsus, vel possessio: (§. 1040.) furtum *quosuplex.* quoque vel REI, vel VSVS, vel POSSESSIONIS est. *§. 6. Inst. h. t.*

§. 1048.

Furtum REI committit, qui contrectat 1) res *Furtum* mobiles, siue animatas, siue inanimatas, siue magnas, *rei.* siue minimas, *§. 1. Inst. de vi bon. rapt.* adeoque 1) etiam filios familias, (§. 125. *) *§. 9. Inst. h. t. l. 14. §. 13. l. 38. §. 1. D. de furt.* multoque magis 3) seruos et ancillas, (§. 67.) modo non libidinis, sed lucri causa surripiantur: (§. 1046, II.) non autem 4) liberos homines sui iuris, vel fugitiuos, vel in quibus crimen PLAGII committitur. *l. 1. l. 2. l. 6. §. 2. D. ad leg. Fab. de plag.*

§. 1049.

Furtum VSVS committitur ab eo, qui vel re, sibi *Vsus,* vsui non concessa, vtitur, (§. 810, 4. §. 822, 6.) vel concessa aliter vtitur, ac dominus velit. *l. 40. l. 54. pr. l. 76. pr. D. de furt. §. 6. Inst. h. t.* Elegans rigidioris Romanorum disciplinae exemplum existat apud Valer. Max. *lib. VIII. cap. 2. Gell. lib. VII. cap. 15.*

§. 1050.

Furtum POSSESSIONIS * committitur ab ipso *Possessio-* domino debitore, qui creditori pignus datum clam *nis.* aufert

aufert. §. 10. *Inst. b. r. l. 12. §. 2. l. 19. §. penult l. 79. D. de furt.*

• Quamvis enim ex contractu pignoris non transferatur possessio civilis: (§. 820, 2.) transfertur tamen naturalis strictius accepta, qua quis rem non quidem animo domini, sed tamen propter ius in re possidet. *l. 37. D. de acquir. rer. dom.*

§. 1051.

Altera divisio furti.

Dividebatur porro furtum a Romanis in MANIFESTVM, (ἐπ' αὐτοφώρῳ,) NEC MANIFESTVM CONCEPTVM, OBLATVM, PROHIBITVM, NON EXHIBITVM. §. 4. *Inst. b. r.*

§. 1052.

Quid manifestum?

MANIFESTVM est, quum fur in ipso furto, antequam eo peruenerit, quo furtum deferre destinauerat, adclamando vel accurrendo deprehenditur. §. 3. *Inst. b. r. l. 3. pr. §. 1. sequ. l. 4. l. 5. l. 7. §. 1. D. de furt.*

§. 1053.

Quid nec manifestum?

• NEC MANIFESTVM, quum fur ἐπ' αὐτοφώρῳ non deprehenditur. §. 3. *Inst. b. r. l. 8. D. de furt.*

§. 1054.

Quid conceptum?

CONCEPTVM, quando res furtiua sollempni ritu per lancem et licium quaesita, ac apud aliquem, qui licet fur non sit, rem tamen furtiuam esse sciuerit, *l. 8. C. ex quib. caus. infam. inventa sit, (Vid. Antiqu. nostr. Rom. b. r. §. 13. seq.) §. 4. Inst. b. r.*

§. 1055.

Quid oblata?

OBLATVM, quum res furtiua ab aliquo tibi, ignoranti, rem furtiuam esse, *l. 14. §. 4. D. de furt.* oblata apud te concepta sit, dum eo oblata sit animo, vt apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur, §. 4. *Inst. b. r.*

§. 1056.

Quid prohibitum?

PROHIBITVM, quum quis furtum quaerere praesentibus testibus volentem prohibuit. §. 4. *Inst. b. r.*

§. 1057.

NON EXHIBITVM, quum quis furtiuam rem *Quid non*
 apud se quaesitam et inuentam non exhibuit. §. 4. *exhibitum?*
Iust. b. 1.

§. 1058.

Ex furto *manifesto* actio dabatur poenae perfe- *Poenae furti*
 quatoria in quadruplum, ex *nec manifesto* in duplum *quadruplum, du-*
 §. 5. *Iust. b. 1.* Ex *concepto* initio in triplum, po- *plum, cot.*
 stea in duplum. Gell. *Noct. Att. lib. XI. cap. 18.*
 Ex *oblato* in triplum, non computata rei aestimatio-
 ne. Gell. *ibid. Paull Sent. rec lib. II. tit. 31. §. 45.* Ex
prohibito denique et non *exhibito* itidem in duplum. *

* De furto saltim non *exhibito* id colligitur ex *Plant.*
Poenul. act. 3. scen. I. v. 54. sequ. vbi Agorastocles ado-
 lescentis infortunio mactaturus Lycum, lenonem, Colly-
 bisco, villico suo, dederat trecentos nummos Philippum,
 quos deferret ad lenonem, assumulans, peregrinum se
 esse, et locum quaerere, vbi genio indulgeat. Venit
 postea Agorastocles cum aduocatis testibus, villicum,
 tanquam fugitiuum, et pecuniam apud lenonem qua-
 siturus; quumque hic Milphionem seruum quaeri ratus,
 insinuetur, seruum cum pecunia secum esse, leno dupli-
 reus sit. Plerique hunc locum de actione *serui corrupti*
 interpretantur; sed perperam, quum potius sit actio
furti non exhibiti. Aiunt enim eo loco aduocati:

Ille negabit, Milphionem quaeri confabit tuum
Id duplicabis omne FVRTVM, leno addicetur tibi,

Ita et act. I. scen. I. vs. 55.

Negabit, quid tu dubitas, quin extempulo
Dupli tibi auri es hominis FVR leno fiet?

Nec non act. 3. scen. 4. vs. 27. Homo FVRTI se ad-
stringit: act. 3. scen. 5. vs. 39. Age, omitte actutum,
farcifer, marcupium. Manifesto FVR es mihi: denique
act 5. scen 6 vs. 14. Duplum pro FVRTO mihi opus
est. Quis dubitet ergo, de actione furti non exhibiti
sermonem esse?

§. 1059.

Sed et priuata illa et sollempnis rerum furtiuarum *vsus bo-*
 inquisitio iam pridem post legem Aebutiam ab *diernat.*
 ceterat *, Gell. *Noct. Att. lib. XVI. cap. 10.* et ipsae
 actiones furti concepti, oblato, prohibiti, non exhi-
 biti,

biti obsoleuerant, quamuis omnes, qui scientes rem furtiuam susceperunt, et celarunt, furti nec manifesti rei sint. §. 4. *Inst. b. t.*

* Non tamen exoleuit ipsa inquisitio, quae iudicis auctoritate fit in accibus priuatorum, dummodo vel vicium fiat, vel indicii quaedam concurrant. l. 1. C. ex quib. *causs. infam. l. 2. §. 2. et 3. l. 3. D. de fugit. l. 2. C. de seru. fugit.*

§. 1060.

Furtum nocturnum et diurnum.

Sed et vel NOCTV fit furtum, vel INTERDIV. l. 54. §. 2. *D. de furt. Nocturnum* furem occidere licet, si aliter periculum uitae non possit, et id clamore suo occidens testificetur; *diurnum* non nisi si se telo, quum deprehenditur, defendit. l. 54. §. 2. *D. eod. l. 4. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 9. D. ad leg. Cornel. de sicar. Conf. Exod. cap. 22. v. 2. et 3. cap. 3. X. de homicid.*

§. 1061.

Actiones ex hoc delicto quotuplices?

Ex furto agitur vel CIVILITER, vel CRIMINALITER. Si *ciuiliter*: tunc aut poenam, aut rem persequimur. (§. 1037.)

§. 1062.

Condictio furtiva.

REI persequendae causa datur CONDUCTIO FURTIVA domino *, l. 1. *D. de condict. furt. vel bonae fidei possessori, nec non tutori nomine pupilli, l. 136. D. de reg. iur. l. 56. §. penult. D. de furt. eiusue heredi, (§. 1038, 2.) contra furem, siue possideat, siue possidere dolo desierit, eiusque heredes, (§. eod. 2.) ad rem furto ablatam restituendam cum omni causa, eiusue aestimationem. tit. D. de condict. furt.*

* Quod alias iuris principiis repugnare videtur. Dominus enim rem suam non condat, vel actione personali petit, sed vindicat. (§. 1127, 3.) l. ult. *D. usufr. quemad. cau. §. 14. Inst. de act.* Vnde id odium furum receptum. Interim tamen et omisa hac conditione dominus potest *vti rei vindicatione §. ult. Inst. b. t.*

§. 1063.

Actio furti.

Ad poenam persequendam comparata est ACTIO FURTI, quae datur non modo domino, nec huic semper, sed et ei, cuius interest, §. 13. *Inst. b. t. veluti*

veluti creditori ratione pignoris, §. 14. *Inst. eod. b. f.*
 possessori, §. 15. *Inst. ead.* omnique, cuius est peri-
 culo res, quique soluendo est, §. 17. *Inst. eod.* ad-
 uersus furem, eumque, qui recepit, celauit, cuius-
 ue op^a consilioue furtum factum, §. 11. *Inst. eod.*
 ad duplum, si furtum *nec manifestum* sit, ad quadru-
 plum, si *manifestum*, §. 5. *Inst. b. 1.*

§. 1064.

Quumque actiones rei et poenae persecutoriae *An altera*
 se mutuo non tollant: (§. 1038, I.) sequitur, vt, *alteram*
 licet fur duplum vel quadruplum soluerit, tamen con- *tollat?*
 dictio furtiua vel rei vindicatio nihilominus habeat
 locum. l. 54. §. 3. *D. de furt.*

§. 1065.

Extra ordinem etiam CRIMINALITER iure Ro- *Criminalis*
 mano ex furto agitur vel ad mulctam fisco adplican- *persequu-*
 dam, vel ad poenam corporis adflictiuam, vel capi- *tio.*
 talem. l. vlt. *D. de furt. l. 6. pr. D. ad leg. Iul. pecul.*
 sed Iustinianus vetuit ob furtum cuidam irrogari poe-
 nam capitalem, vel quae in membri mutilatione con-
 sistat, voluitque, vt fures in exsilium eiiciantur, vel
 condemnentur in mulctam. *Nov. 134. cap. vlt. Auth.*
sed nouo C. de seru. fugit.

§. 1066.

Tale ius Romanum. Moribus nostris fere poena *Vfus ho-*
 furti cessat in furto vsus, et actio tantum datur in id, *diernus.*
 quod interest. Quin actiones poenales in duplum et
 quadruplum fere vbique cessant, quia vix fert rerum
 publicarum nostrarum facies, vt poenae pecuniariae
 actori adplicentur. Quum vero nostris maioribus
 furtum semper visum sit crimen publicum: (§ 1035. *)
 eius persecutio et hodie fere criminalis est.

§. 1067.

Ex Constitutione ergo criminali Carolina furum ma- *Poenae*
 sculorum gula laqueo frangitur, foeminae suffocan- *suspensio*
 tur in aquis: *Const. crim. art. 162.* non ex principiis *vnde?*
 iuris Romani, sed veteris Germanici, cuius vestigia in
 X 2 consti-

constitutione Friderici Imp. 2. *Fend* 27. §. *ult.* expressissima supersunt. [*Elem. iur. Germ. lib. II. part. 2. §. 50.*]

§. 1068.

Eius poena ex constitutione Carolinae et normibus.

Nimirum 1) furtum commissum vel *simplex*, vel cum effractione seu adscensu per scalas, aut cum vi maiore coniunctum est, veluti si telo instructus fur in aedes irruerit, quod furtum Nemeseos Carolinae interpretes *qualificatum* vocant. Et in hoc posteriore ordinarie locum habet poena suffocationis. *Const. crim. Carol. art. 159.* 2) *Simplex* in *magnum* et *parvum* distinguitur. Si enim fur ultra quinque florenos solidos, id est, ultra quinque aureos Hungaricos surripuerit, furtum dicitur *magnum*, et hoc quoque suffocatione puniri solet. *Const. crim. art. 160. 161.* 3) *Parvum* vel *primum*, vel *iterum*, vel *tertium* commissum est. Furtum *primum* pro diversis circumstantiis carcere, relegatione, iectu fustium punitur. *art. 158.* Circa *secundum* itidem obtinet poena extraordinaria. *art. 161.* *Tertium* furati autem suffocatione plectuntur, si aestimatio omnium furtorum summam quinque solidorum excedat. *art. 162.*

§. 1069.

Quando mitigetur?

Sed quia haec poena satis atrox est: ea non irrogatur 1) ob furta domestica, *art. 165.* nec 2) iis, qui res ab alio amissas inventasque a se celant, nec 3) piscantibus in alienis rivis, nec 4) ob furta, ubi de rerum aestimatione non satis constat, *art. 165. 168. 169.* nec 5) ex quorundam sententia, sane mitiore furibus, qui rem ablatam restituerunt. *Carpzou. part. III. const. 32. def. 15. sequ.*

§. 1070.

An supplicium capitale tollat rei persequutionem?

Ceterum nec suffocationis, nec vlla alia poena tollit actionem rei persequutoriam. (§. 1038, I.) Huber. *Prael. ad Dig. tit. de furt. §. 6.* Aliud vulgo doctores Saxonici ob glossam Iuris provinc. Sax. *lib. II. art. 30. n. 4. mit dem Tode wetzet man dem Richter, und büßet dem Klæger*, quam ita vertunt: *morte et iudici satisficit, et actori; quum tamen verbum büßet*

büssen non notet rei restitutionem, sed poenam actori applicandam. Sed ita tamen in foro Saxonico obtinet. Carpzou *part. III. const. 32. def. 23.* [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 19.*]

TIT. II.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

§. 1071.

Alterum delictum priuatum est RAPINA, (§. Rapinae 1035.) quae est *violenta rei alienae mobilis definitio. ablatio, lucri faciendi. caussa dolo malo facta.*

§. 1072.

Ergo eatenus conueniunt *furtum et rapina, quod* Eius est furti differentia. vtrumque delictum in dolosa rei alienae mobilis contrectatione, consilioque lucrum faciendi consistit: sed in eo differunt, quod furtum sit *ablatio fraudulosa;* rapina *ablatio violenta.* l. 2. §. 1. D. b. r.

§. 1073.

Ex definitione ergo (§. 1071.) inferitur, 1) locum non habere actionem vi bonorum raptorum, si quis rem immobilem inuasit: sed tunc vel ex interdicto *unde vi,* vel ex lege Iulia *de vi publica vel priuata* agendum esse. l. 2. §. 1. D. b. r. Actio vi bonorum, raptorum locum non habet de immobilibus.

§. 1074.

Ex eadem sequitur, 2) vt, si quis rem non alienam, sed quam suam putauit, huc mobilem, siue immobilem; vi rapiat, is rapinae reus haud sit. l. 2. §. 18. D. b. r. Ne tamen, dum talia excogitantur, via inueniatur, per quam raptores impune suam exerceant avaritiam: cautum est constitutionibus, vt, qui rem, quam suam existimabat, vi rapuit, dominio rei suae caderet; sin aliena res reperitur, post restitutionem eius aestimationem praestare teneatur, l. 13. D. *quod m. r. caus.* l. 7. C. *unde vi* §. 1. *Inst. b. r.* et quidem non fisco, sed laeso. Huber. *Prael. Inst. b. r.* §. 11. Nec de rebus propriis alteri erepti.

§. 1075.

Eius delicti forma in dolo censetur.

Porro inde colligendum, 3) solum hic dolum spectari, non rei raptae pretium. *pr. Inst. b. t. l. 2. §. 18. D. eod.* 4) Hoc delictum non cadere in impuberem, *l. 2. §. 19. D. eod.* adeoque nec in quemquam, qui doli incapax, veluti furiosum, dementem, cet.

§. 1076.

Actio inde nata,

Potest quidem et contra raptorem **ACTIO FURTI** locum habere, quia et ipse fur improbus est: *pr. Inst. l. 2. §. 10. D. b. t.* Datur tamen et a praetore **ACTIO VI BONORVM RAPTORVM** mixta, id est, rei ac poenae persequutionem continens, (§. 1037.) qua dominus, vel is, cuius interest, (§. 2. *Inst. l. 2. §. 22. sequ. D. b. t.*) agit contra raptorem (non etiam contra heredem, (§. 1038, 2.) intra annum in quadruplum, post annum in simplum, *pr. Inst. b. t.* nisi Iudaëo Christianus quid rapuerit, quo casu tantum poena simpli, *l. 6. C. de pagan.* vel nisi quis nauticularios diripuerit, quo casu quadruplum poena est. *l. 5. C. de nauticul.*

§. 1077.

Quadruplum an solam poenam contineat?

Hoc vero quadruplum, uti diximus, secus ac in actione furti, et rei pretium, et poenam continet. *pr. Inst. b. t.* Ex quo colligendum, 1) nullam ex hoc delicto dari actionem rei persequutoriam. 2) Si quis ob rapinam actionem furti instituerit, (§. 1076.) ei et conditionem furtivam ad rem, eiusque aestimationem, etiam ab ipsis heredibus consequendam, vel rei vindicationem competere. *l. 2. §. ult. l. penult. D. b. t.*

§. 1078.

Actio criminalis.

Dabatur et criminalis huius delicti persequutio contra grassatores, qui ferro instructi rapiunt, et latrones, qui et occidunt, et spoliant. *l. 28. §. 10. §. 15. D. de poen.*

§. 1079.

Ufus homicidius.

Sed uti Germanis rapina semper visa est delictum publicum: (§. 1035. *) ita et hodie paene ubique cri-

criminaliter ex ea agitur, nec locum habet actio in quadruplum. (§. 1076.) Secundum constitutionem sane criminalem et mores raptor rei vel minimae gladio feritur, grassatoris cadaver praeterea rotae in via publica illigatur: latro crurifragio plectitur. *Const. crim. art. 126. et arg. art. 130.* Alibi grassatores, qui saepe id fecerint, vel ferro vsi sint, capitis damnantur, alibi exsilio vel ictu fustium adficiuntur. Secundum *l. 28. §. 10. D. de poen.* grassatores capitis damnantur, famosi latrones furcae figuntur. *l. 28. §. 15. D. eod.* Raptores simplices alicubi extra ordinem puniuntur, secundum *περισσόσεως*, et tunc demum, si rapinam tamquam artificium exercent, capitis damnantur. Vid. Huber. *Prael. Dig. h. t. §. 1.* [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 20. §. 65. seqq.*]

T I T. III.

DE LEGE AQUILLIA.

§. 1080.

Tertium delictum est DAMNUM INIURIA DATUM, quod vindicatur ex LEGE AQUILLIA. *Dammum iniuria datum* (§. 1035.) DAMNUM VERO INIURIA DATUM est *est tum quid?* *omnis patrimonii deminutio, nullo iure facta, et quidem ab homine libero.* Nam si servus, (olim et filius familias (§. 138, 3.) delicto priuato quocumque alterum laesisset, id quidem NOXIAE; sin quadrupes nocuisset, PAVPERIEI nomine veniebat iureconsultis.

§. 1081.

Quum ergo iniuria *An solo dolo datum* *huc pertinet?* *factum* dicatur, quod non iure factum: §. 2. *Inst. h. t.* sequitur, 1) ut ex lege Aquillia teneatur non modo qui dolo, sed et qui culpa *huc pertinet?* *damnum intulit, §. 2. 3. 14. Inst. h. t.* etiam leuissima *, *l. 44. pr. D. h. t.* veluti, si quis imperitia artis, quam profitetur, aliquid egit, vel infirmitatis suae parum memor aliquid suscepit, quo alteri

teri nocetur. §. 4. 5. 6. 7. 8. *Inst.* l. 5. 6. 7. 8. 30. 31. 44. *pr. D. h. r.*

* Ex quo non absurde a quibusdam colligitur, legem Aquilliam non solum ad vera delicta, sed et ad damna quasi ex delicto data pertinuisse, quamvis facta a potiore denominatione ea lex verum delictum vindicasse dicatur. (§. 1074. *) Sanè si actio de effusis et deiectis ex lege Aquillia est, quod visum τῶ πόνου Cornelio van Byakerfhoek: eo minus haec observatio vocari potest in dubium.

§. 1082.

An da-
mnum alte-
ri illatum
ab eo, qui
iure suo
vitur?

Contra 2) ex lege hac non tenetur, qui, iure suo usus, alteri damnum dedit, veluti, qui *moderamine inculpatae tutelae adhibito*, (ita enim vocatur in *l. 1. C. unde vi.*) adgressorem vel latronem occidit. §. 2. *Inst.* l. 4. l. 29. §. 7. l. 45. §. 4. *D. h. r.* Is vero id moderamen adhibuisse intelligitur, qui 1) adgressorem iniusta vi irruentem, 2) imminente vitae, corpori, vel rebus periculo, 3) in continenti, 4) tuendi sui causa, occidit *l. 4. l. 5. pr. l. 45. §. 4. D. h. r. l. 3. D. de iust. et iur.*

§. 1083.

An da-
mnum casu
datum?

Similiter, nec 3) qui casu fortuito damnum dedit, reus est, §. 3 *Inst. h. r.* quia casum nec in contractibus, nec in delictis quisquam praestat. (§. 785.)

§. 1084.

An da-
mnum, quo
non patri-
monium,
sed vita lae-
ditur?

Quum vero omnem deminutionem matrimonii lex Aquillia vindicet: (§. 1080.) sequitur, 4) ut directe ex ea lege actio non detur, si liber homo vulneratus sit, *l. 13. D. h. r.* 5) ut contra ea competat, si corpore corpori nocitum, patrimoniumque alterius imminutum sit, ad quem casum proprie verba legis Aquilliae pertinebant. §. *ult. Inst. h. r.*

§. 1085.

Capita bo-
gis Aquil-
liae.

Ceterum tria potissimum fuere LEGIS AQUILLIAE capita, quorum primo cautum, ut, *si quis servum servamve, alienum alienamve, quadrupedemve pecudem iniuria occiderit, is tantum domino aes dare damnas sit, quanti in eo anno plurimi fuerit.* *l. 2. pr. D. h. r.*

§. 1086.

§. 1086.

Ergo PRIMVM caput vindicabat damnum non quoduis, sed 1) OCCIDENDO datum: l. 7. §. 1. 2. D. h. t. 2) non in re quavis, sed in SERVIS, et PECVDIBVS QVADRVPEDIBVS *, id est, quae gregatim habentur, datum; quales et sues sunt. l. 2. §. 2. D. h. t. §. 1. Inst. h. t.

Cap. I. quae
damna vin-
dicet?

* Iureconfulti, quoties ex arte loquebantur, distinguebant quadrupedes, pecudes et bestias. QVADRVPEDES sunt, quae dorso et collo domantur, id est, quae sarcinas vehunt et trahunt. Vlpian. Tragam. tit. 19. §. I. PECVDES, quae gregatim pascuntur: reliqua animalia BESTIAE vocabantur Bynkershoek. de reb. manc. cap. 6 p. 119. sequ. Quum ergo in lege nostra iungantur pecudes quadrupedes: facile patet, non adeo absurdam esse veterum dubitationem, an sues sint pecudes quadrupedes? §. 1. Inst. h. t. l. 65. §. 4. D. de legat. 3. Plerique forte quadrupedes esse negabant, quia dorso et collo non domarentur, at pecudes esse concedebant, quod gregatim pascerentur.

§. 1087.

Adeoque ex hoc primo capite datur actio poenalis domino, vel ei, cuius ex iure in re interest, l. 11. §. 9. 10. D. h. t. quique damnum passus est, aduersus occidentem, non eius heredem, (§. 1037, 2.) §. 9. Inst. h. t. vel contra plures in solidum, l. 11. §. 2. D. h. t. ad praestandum tantum, quanti ea res eo anno proxime elapso plurimi fuit, ita, ut omne commodum, quod intra proximum annum pretiosorem facere potuisset seruum, ad aestimationem eius accedat. l. 23. §. 1. 2. D. §. 10. Inst. h. t.

Quomodo
vindicet?

§. 1088.

SECVDVM caput et ab usu recessit, et hodie ignotum est: §. 12. Inst. l. 27. §. 4. D. h. t. quamuis verosimillimum videatur, eo capite vel de seruo corrupto, vel de effusis et deiectis egisse Aquillium, vel etiam plura, quam tria huius legis capita fuisse. Vid. illustr. van Bynkerhoek. Obs. lib. I cap. 13. et quae disputauimus in Antiqu. nostr. Rom. h. t. §. 9. sequ. edit. nou.

Caput 2.
ignotum.

§. 1089.

Caput 3.

TERTIO cautum fuerat, vt, si quis *alias res, praeter hominem et pecudem, occiderit, vel si quis alteri damnum dederit vrendo, frangendo, rumpendoue iniuria, is tantum aes domino dare damnas esset, quanti ea res fuerit in triginta diebus proximis. l. 27. §. 5. D. h. t.*

§. 1090.

Quare da-
mna vindi-
cavit?

Quare ex hoc capite vindicabatur damnum 1) in alia re, quam seruo vel pecude quadrupede, 2) non solum occidendo, sed et quouis modo corrumpendo illatum. §. 23. *Inst. b. t. l. 27. §. 13. D. b. t.*

§. 1091.

Quomodo?

Ergo ex hoc capite dabatur actio domino, eiue, cuius ex iure in re intererat, *l. 11. §. 10. D. b. t.* aduersus occidentem res alias, praeter seruum vel pecudem quadrupedem, vel aliud quaecumque damnum inferentem, in tantum, quanti res intra triginta dies proximos plurimi fuerit. *d. l. 27. §. 4. D. b. t.* Nec tamen villo modo haec actio infamat. *l. 1. D. de his, qui nor. infam.*

§. 1092.

Actio ex le-
ge Aquillia
ob liberum
hominem
vulnera-
tum.

Addenda adhuc tria veluti corollaria: I. Si liber homo vulneratus sit, eum ex hoc tertio capite non directam, sed vtilem actionem habere, non ad aestimationem, sed ad id, quod interest, in quod et operarum cessantium, et impendiorum, non autem doloris, cicatricum, et deformitatis aestimatio venit. *l. 13. D. b. t. l. 3. D. si quadr. pauper. feciss. dic. l. ult. D. de effus. et deiect.*

§. 1093.

Ex lege
Aquillia lis
inficiendo
crescebat.

Alterum est, II. quod ex hac actione lis inficiendo creuerit, adeoque, qui negasset delictum, dupli reus fuerit. §. 26. *Inst. de act. l. 2. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

§. 1094.

Actio dire-
cta, utilis,
in factum.

Postremum, III. quod si corpore corpori damnum datum esset, competierit *actio ex lege Aquillia DIRECTA*; si corpori, sed non corpore, actio *UTILIS*; si nec cor-

cor-

corpori, nec corpore, IN FACTVM. (§. 1084.) §. ult. *Inst. h. t. l. ii. D. de praescript. verb.*

§. 1095.

Moribus nostris simpliciter agitur ad id, quod ^{Ufus bo-} interest, praestandamque veram rei aestimationem, ^{diernus.} Nec ergo capita legis differunt, nec quanti ea res antea fuerit, spectatur, nec, corpore in corpore, an alio modo damnum illatum sit, quaeritur, nec lis inficiendo crescit. Si tamen dolus accedat, praeter aestimationem auctori praestandam, et poena, vel statutis expressa, vel arbitraria, locum habet. Vnde verissima eorum sententia, qui hodiernam actionem non ex lege Aquillia, sed ex iure patrio, vel aequitate naturali, superesse statuunt. Quamvis, quae moribus hodiernis applicari possunt, ea in foro hodiernum observari, nemo temere negaturus sit. Sic v. gr. etiamnum observantur, quae diximus in §. 1092. de vulnerato libero homine. In Germania tamen etiam pro dolore aliquid adiudicatur vulnerato, *Arg. Const. crim. art. 20. [Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 20. §. 80. seqq.]*

T I T. III.

D E I N I V R I I S.

§. 1096.

Quartum delictum privatum est INIURIA, (§. *Iniuria* 1035.) quo vocabulo hic non denotatur omne, ^{quid?} quod non iure fit, uti in lege Aquillia, (§. 1081.) sed quodvis dictum factumque, ad alterius contumeliam dolo malo directum. *pr. Inst. h. t.*

§. 1097.

Quum ergo contumelia haec vel dictis, vel factis, *Verbalis et* alteri fiat: (§. 1096.) sequitur, ut iniuria sit vel *ver-* ^{realis;} *realis*, vel *realis*. §. 1. *Inst. l. i. §. 1 D. h. t.* Ad priorem etiam iniuria scripta, et famosus libellus, id est, integrum scriptum, ad alterius infamiam editum, siue *ἀνώυμων*, siue *ψευδάνυμων*, siue nomine aucto.

auctoris insignitum; *l. 5. §. 9. D. b. r. l. un. C. de famos. libell. ad posteriorem etiam contumeliosa pictura refertur.*

§. 1098.

*Simplex
et atroc.*

Quumque et maior et minor possit inferri contumelia: iniuria in SIMPLICEM ET ATROCEM dividitur, §. 9. *Inst. l. 7. §. 7. & l. 8. l. 9. D. b. r. et haec vel ex facti atrocitate, vel ex loco, ubi contumeliose quis habitus est, vel ex persona, cui illata, aestimatur. §. 9. Inst. l. 7. §. ult. D. b. r.*

§. 1099.

*Supponit
dolum vel
animum
iniuriandi.*

Quum porro dolose illatam esse oporteat iniuriam: (§. 1096.) sequitur, 1) ut sine animo iniuriandi ea non committatur. *l. 5. C. l. 15. §. 13. l. 32. l. 33. D. b. r.* 2) Ut furiosi, impuberes, alique doli incapaces, iniuriarum rei esse nequeant. *l. 3. §. 1. D. b. r.* 3) Ut, qui per iocum quid facit, *l. 3. §. 3. D. eod.* vel 4) seruum suum percussurus, liberum hominem percussit, *l. 3. §. 4. l. 4. D. b. r.* vel 5) corrigendi emendandique animo quid dixit fecitue, *l. 5. §. 3. D. ad leg. Aquill. l. 15. §. 39. D. b. r.* iniuriam fecisse haud praesumatur, quamvis haec praesumptio veritati et probationi actoris cedat. Exemplum de magistratibus est in *l. 32. D. b. r.*

§. 1100.

*Quis agere
possit*

Quia etiam, quod in alterius contumeliam vel fit, vel dicitur, iniuria est; (§. 1096.) perinde sane est, 6) siue quis directe iniuria affectus, siue per latus alterius e familia sua, v. c. filii, serui, immo et sponsae, multoque magis vxoris, petitus sit. *l. 18. §. 4. 5. l. 15. §. 35. et sequ. l. 41. D. b. r.* 7) Ut tunc pater ob iniuriam filio; maritus ob vxori; sponsus ob sponsae; dominus ob seruo illatam recte agat, §. 2. *Inst. l. 1. §. 3. et §. ult. D. b. r.* non autem vxor ob maritum, nisi et in illius simul contumeliam comparata sit iniuria. §. 2. *Inst. l. 2. l. 11. §. 8. D. b. r.*

§. 1101.

§. 1101.

Potest vero ob iniuriam vel CIVILITER agi, vel *Actio iniuriarum* CRIMINALITER; itemque vel ex EDICTO PRAETORIS, vel ex LEGE CORNELIA de iniuriis *quotuplex?* Accedit etiam remedium extrajudiciale RETORSIONIS.

§. 1102.

PRAETORIA, quae et AESTIMATORIA VOCANTUR, datur iniuriam vel in se, vel in aliis e familia sua passio, non vero eius heredi, (§. 1038, 2.) aduersus eum, qui vel ipse, vel per alios intulit, *Praetoria civilis.* l. 11. pr. §. 3. D. §. 11. *Inst. b. t.* non vero aduersus heredes, (§. *cod.*) ad id, quanti iniuriam actor aestimauerit. §. 7. *Inst. b. t.*

§. 1103.

Extraordinaria *criminalis* datur iisdem contra eosdem, ad poenam *arbitrariam* infligendam. §. 10. *Inst. l. ult. D. b. t.* Quae poena et capitalis est, 1) ob libellum famosum, factum sparsumue in vulgus, *Criminalis extraordinaria.* l. 11. C. de famos. libell. 2) ob iniuriam cultui diuino locisque sacris, aut sacerdotibus inter sacra publica illatam. l. 13. C. de episc. et cler. Ob iniuriam Professoribus et studiosis academicis illatam infamiam irrogari, et auctores iniuriae dignitatibus priuari iussit Fridericus imp. *Aurb. habita C. ne fil. pro patre.*

§. 1104.

Prior actio praetoria est, et ad vindictam comparata: atque inde anno elapso expirat. l. 5. C. de iniur. Vtraque autem poenam persequitur, et hinc cumulari nequeunt. l. 6. l. 7. §. 1. D. b. t. l. 11. C. quando *Eae actiones an cumulari possint?* *ciu. crim. act. praeiud.* Differunt autem, 3) quod in priore et agi et actio suscipi possit per procuratorem: l. 11. §. 2. D. b. t. si criminaliter agitur, procurator nec actoribus, nec reis conceditur, praeterquam personis illustribus. §. 10. *Inst. b. t. Nou. 71. cap. 1.*

§. 1105.

ACTIO ex lege *Cornelia de iniuriis* CIVILIS *Actio ex lege Cornelia* non datur omnibus, iniuriam quaecumque passis, sed cum quis *pulsatus, verberatus*, vel eius domus *violata* introita

introita est, l. 5. pr. D. §. 8. *Inst. b. t.* non eius heredi, (§. 1038, 4.) aduersus pulsantem, verberantem, introeuntem, vel id fieri mandantem, non aduersus eorum heredes, (§. eod.) ad id, quanti actor iniuriam aestimauerit. l. 37. §. 1. D. b. t. l. 42. §. 1. D. de procur.

* *Verberare est cum dolore; pulsare sine dolore ignominiae causa caedere.* l. 5. §. 1. D. h. t.

§. 1106.

Criminalis.

CRIMINALIS ex eadem lege data videtur iisdem, aduersus eosdem, ad poenam publicam reo infligendam, l. 5. l. 37. §. 2. D. §. 8. *Inst. b. t.*

§. 1107.

Earum differentia a praetoriis.

Quae §. 1104. monuimus, etiam ad has actiones pertinent, praeterquam, quod praetoria actio elapso anno; l. 5. C. de iniur. actio ex lege Cornelia civilis post triginta; criminalis post viginti demum annos expirat. l. 42. §. 1. D. de procur. l. 3. C. de praescript. 30. vel 40. annor. l. 12. C. ad leg. Cornel. de fals.

§. 1108.

Retorsio extraiudicialis quid?

Extra iudicium per mores saeculi et RETORSIONE uti licet, (§. 1101.) qua quis iniuriam verbalem in continenti retorquendo in illum, qui eam euomuit, contumeliam a se amolitur. l. 14. §. 6. D. de bon. libert. l. 25. D. de procurat. Sed quum haec ad priuatam vindictam comparata sit; facile patet, ea omnem actionem extinguere.

§. 1109.

Vfus bodiernus actionis ad palinodiam.

Omnia haec vsus fori probat: sed ita, 1) ut plerumque aestimationi actorum iudicis arbitrio permittitur decedat. §. 7. *Inst. b. t.* 2) Ut aestimatio plane non permittatur actori, sicubi locorum in singula iniuriarum genera certa poena legibus vel statutis sancita est. Huber. *Iurisprud. bodiern. lib. III. cap. 9. part. 2.* 3) Ut plerisque locis ob iniurias verbales etiam concedantur actionem e veteri iure Germanico superstitem ad *palinodiam* vel *recantationem*.

§. 1110.

§. III0.

De ea obseruandum, 1) non poenalem haberi ^{Eius natura.} hanc actionem, sed famae, adeoque rei persequutoriam, et hinc cum aestimatoria vel criminali posse cumulari. (§. 1038, I.) 2) Magnum in foro discrimen statui inter *palinodiam*, *deprecationem*, et *declarationem honoris*, quarum *istam* reus praestat formula: *se male mentitum omnia*, adeoque et cum infamia coniuncta creditur: *illam* verbis paullo mitioribus: *se poenitere dictorum*, et rogare, *ut actor det veniam*, pro eo, ac *Christianum deceat*. Denique hanc formula dilutissima: *se actorem virum honestum esse profiteri*, nec *umquam de eo secus sensisse*. Unde *palinodia* rarius, et non nisi ob iniurias atrociores: *deprecatio* ob leuiores, sed satis tamen manifestas; *declaratio honoris* ob verba ambigui sensus decerni solet. Meu. part. III. decis. 30.

§. IIII.

Ceterum hae persecutiones omnes expirant ^{Actiones iniuriarum quomodo cessant?} 1) retorsione: (§. 1108.) 2) praescriptione: (§. 1107.) 3) remissione, siue expressa, l. 17. §. 1. D. de pact. l. 11. §. 1. l. 17. §. 1. D. h. t. siue tacita, quae ex dissimulatione irae, et familiari cum reo consuetudine colligitur: §. ult. Inst. l. 11. §. 1. D. h. t. 4) morte tum inferentis, tum iniuriam passi: (§. 1038, 4.) l. 13. pr. D. h. t. §. 1. Inst. de perpet. et temp. act. nisi lis cum defuncto contestata sit. (§. 1019.) l. 13. pr. D. h. t. [Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 22. §. 101. seqq.]

TIT. V.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI EX DELICTO NASCVNTVR.

§. III2.

Hactenus de *veris delictis*. Quae his opponuntur, ^{Quid quasi delictum} **Q**VASI DELICTA, sunt *facta illicita, sola culpa, sine dolo admissa*. §. ult. Inst. h. t. (§. 1034.) Non ergo ex dolo patrantur haec quasi delicta, sed ex culpa

culpa, eaque non aliena vel imputata, vti Struuius ob §. 1. *Inst. h. r.*, sed propria, ceu vel exemplo iudicis litem suam facientis adparet. *d. §. ult. Inst. h. r. l. ult. §. 4. D. nau. caupon. stabular.*

§. III3.

Quale delictum l. iudicis litem suam facientis.

Tale quasi maleficium est **L. IUDICIS LITEM SVAM FACIENTIS**. *Litem autem suam facere dicitur, qui male iudicauit. Quod si is dolo fecit, ex vero; sin ex imperitia et imprudentia, ex quasi delicto obligatur. Et quidem priore casu in veram litem aestimationem cum famae et muneris dispendio; l. 15. §. 1. D. de iudic. l. ult. C. de poen. iud. qui mal. iud. posteriore in multam arbitrariam condemnatur, pr. Inst. h. r. et potest conueniri actione in factum * l. 6. D. de extraord. cognit. l. 5. §. 4. D. de oblig. et act.*

* Doctores illam nouo nomine vocant actionem ex syndacatu. Sed qui poterit ex quasi delicto conueniri iudex, quam potius, qui eius sententia se laesum putat, adpellatione sibi consulere debuisset? Eleganter respondet vir doctissimus, Casp. Ziegler in *Dicassice, concl. 45. §. 5.* ex omisa adpellatione ius quidem nasci parti aduersae, eatenus, vt sententia retractari nequeat, nisi plane nulla sit; sed id non excusare imperitiam iudicis, male qui tulerit sententiam.

§. III4.

II. Ob effusa vel delecta.

Deinde ex quasi delicto tenentur **II. habitatores coenaculorum, seu domini, seu inquilini, ob DEFECTA vel EFFUSA** a quocumque, quibus damnum datum praetereuntibus. §. 1. *pr. Inst. h. r.* A culpa enim alieni non videntur, qui homines socordes et proteruos recipiant in familiam. *l. penult §. 2. D. de his, qui effud. vel deiec.*

§. III5.

Actio indonata.

Datur ergo his, quibus nocitum, eorumque heredibus, *l. 5. §. 5. D. h. r. actio IN FACTVM, l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel deiec. contra dominum vel inquilinum aediuum, non eorum heredes, (§ 1038.) l. 5. §. 5. D. eod. nec contra hospitem, l. 1. §. 9. l. 5. §. 1. D. eod. aduersus plures in solidum *, l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. pr. D. eod. 1) ad praestandum duplum*

duplum, si damnum sit aestimabile, §. 1. *Inst. b. t. l. 1. pr. D. eod.* 2) in quinquaginta aureos vero auctori adplicandos, si liber homo occisus, l. 1. §. 5. *D. b. t. vel 3) si ei nocitum, ad refundendum sostrum, impensas, et id, quod interest. (§. 1092.) l. 5. §. 5 l. ult. D. eod.*

* Vno tamen solvente reliqui liberantur, *dict. l. 5. sequ.* quod fecerit in actionibus poenalibus ex delicto, (§. 1038.) l. 11, §. 1. *D. ad leg. Aquil.*

§. III6.

Haec actio *in factum*, si ad quinquaginta aureos *Eius nam* instituitur, annalis est, et nec heredi, nec in hereditate competit: l. 5. §. 5. *D. eod. §. 1. Inst. b. t.* alias ob reliqua damna et perpetua est actio, et heredibus datur. (§. 1115.) l. 5. §. 5. *D. eod.*

§. III7.

Quasi delinquere etiam videtur, III, qui aliquid *III. Ob supra eum locum, quo vulgo iter sit, suspensum vel positum* habet, cuius casu alicui noceri possit, vel nocitum sit. l. 5. §. 6. *D. eod.*

§. III8.

Ex hoc etiam quasi delicto datur actio *populatis* *Actio indolatis* *IN FACTUM*, cuius e populo aduersus eum, *nata.* qui posuit, vel suspendit, non aduersus habitantem, vel ad decem aureos auctori adplicandos, l. 5. §. 6. §. 12. §. *ult. D. eod.* vel seruum, qui insciente domino posuit suspenditue, noxae dedendum. l. 2. *pr. D. de noxal. act.*

§. III9.

Si filius familias seorsum a patre habitans, ex his quasi delictis reus factus est: pater quidem ex his filii factis conueniri nequit, §. 2. *Inst. b. t. l. 58. D. de reg. iur.* condemnato tamen filio, actio rei iudicatae victori aduersus patrem datur, vt satisfaciatur ex peculio *. l. 57. *D. de iudic. l. 3. §. 11. D. de pectul.*

* Cuius rei ratio haec est. Pater ex delicto filii non tenetur, §. *ult. Inst. de noxal. act.* quia delicta tenere debent suos auctores, (§. 1038, 3.) ergo nec huius modi factis filii conuenitur. Quum vero per litis contestationem

fiat novatio, (§. 1042.) adeoque filius ex iudicato, quasi ex contractu teneatur; ex contractibus vero filii pater obligetur peculiotenus: *l. 1. l. 3. §. II. D. de pecul.* consequens est, ut actio ex iudicato detur aduersus patrem peculiotenus.

§. 1120.

*III. Nau-
zarum, cau-
ponum,
stabulario-
rum, quo-
rum fami-
lia peccauit.* Quasi ex delicto etiam competit actio III. aduer-
sus NAVTAS, CAUPONES, STABVLARIOS, ob da-
mnum in rebus viatorum vel hospitem datum. Sed
tu nota, eos vel QVASI EX CONTRACTV teneri,
l. 3. §. 1. D. nau. caup. stabul. si damnum factum ab
extraneis, quorum opera exercitores nauis vel cau-
ponae non vtuntur, veluti vectoribus aut viatoribus,
l. 1. pr. §. ult. l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. D. eod. vel ex QVASI
DELICTO, si famuli * eorum damnum dederint.
§. ult. Inst. b. t. Prioris fundamentum est consensus
in restitutionem, qui ex receptione praesumitur ** :
l. 1. §. 1. l. 2. D. eod. posterioris culpa nauatae vel
cauponis, qui opera malorum hominum vtitur. *l. 5.
§. ult. D. de oblig. et act. §. ult. Inst. b. t. l. ult. pr.
et §. 4. D. nau. caup. stabul.*

* Non serui, quia ex eorum delictis non tenetur dominus,
si noxae dedantur. *l. vn. §. 5. D. furti aduers. nau.
caup. stabul.* Nec magis ob furtum ab vxore vel liberis
factum tenetur, quia hoc malum veluti necessarium.
*l. fin. §. 4. D. nau. caup. stab. l. vn. §. ult. D. furti
aduers. nau. caup. stabul.*

** Vnde haec praesumptio cedit veritati, et actio cessat, si
exercitor nauis vel cauponae vel stabuli praedixerit, vt
vnusquisque res suas seruet, et vectores vel viatores
consenserint. *l. ult. pr. D. eod.*

§. 1121.

*Quando
tunc agatur
ex quasi
contractu?* EX QVASICONTRACTV a praetore datur actio
IN FACTVM rei persequutoria vectoribus et viatori-
bus, eorumque heredibus, contra nautas, caupones,
stabularios, eorumque heredes, ad res receptas resti-
tuendas, vel damnum a quouis, etiam ab extraneo
datum, resarciendum. *l. 1. pr. §. 2. §. 6. 7. §. ult. l. 3.
§. 1. et 4. l. 5. §. 1. D. eod.*

§. 1122.

§. 1122.

EX QUASI DELICTO itidem praetoris beneficio iisdem competit actio IN FACTVM poenalis, aduersus nauas, caupones, stabularios, non eorum heredes, (§. 1038, 3.) *l. ult. §. ult. D. nau. caupon. stabul. in duplum. §. ult. Inst. b. r.* Quae actio, quamuis praetoria poenalis, tamen perpetua est. *l. 7. §. ult. D. nau. caup. stabul.*

Quando ex quasi delicto?

§. 1123.

Sunt et alia quasi delicta, hic omissa, veluti V. *V. Ob misericordia* intempestiua, qua alteri nocitum *sericordiam intempestiuam, et VI. conniuentiam,* patitur delictum fieri, quod et poterat et debebat prohibere. *l. 45. pr. D. adleg. Aquill. Ex quibus itidem actio in factum concedi posse videtur.*

§. 1124.

Haec omnia nec a foro nostro aliena sunt, praeterquam quod actiones populares, actiones in duplum, et poensales, ad poenam actori adplicandam comparatae, hodie non frequentantur. Hinc ex his factis hodie tantum agitur ab iis, qui damnata passi, in simplum, vel in id, quod interest, *usus hodiernus,*

T I T. VI.

DE ACTIONIBVS.

§. 1125.

Omne ius vel ad PERSONAS, vel ad RES, vel ad ACTIONES pertinere, iam supra monuimus. (§. 74.) Explicatis ergo iuribus *personarum et rerum:* de ACTIONIBVS agendum erit. *Connexio.*

§. 1126.

ACTIO, quatenus est *ius*, ad secundum iuris obiectum, et speciatim ad *res incorporales*, pertinet: *l. 49. definitio. D. de verb. sign.* quatenus vero accipitur pro remedio *ius persequendi*, ad tertium iuris obiectum referenda est,

est, et sic priore sensu definiri potest, quod sit *ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur: pr. Inst. b. t.* posteriore, quod sit *medium legitimum, persequendi in iudicio iura, quae tum in re, tum ad rem cuique competunt.* (§ 331.)

§. 1127.

*Diuisio
prima in
reales et
personales,
praetorias
et ciuiles.*

Quum ergo actionibus persequamur iura tum *in re, tum ad rem:* (§ 1126) consequens est, ut aliae actiones sint *IN REM*, quae et *VINDICATIONES* dicuntur, aliae *IN PERSONAM*, quae et *CONDITIONES* adpellantur *. §. 1. *Inst. b. t.* actiones *in rem* aequae, ac *in personam*, denuo vel *CIVILES* sunt, vel *PRAETORIAE*. § 3. §. 8. *Inst. b. t.*

* Nec tamen ideo negamus, dari mixtas, quales esse iudicia tria diuisoria et hereditatis petitionem, alibi demonstrauimus (*Pand. pr. II, § 63.**) Nec ideo mixta definit esse actio, quae vel ad realem, vel ad personalem accedit propius.

§. 1128.

Quot actiones in rem?

Quum ergo actiones *IN REM* ex iure in re nascantur, (§. 1126.) is vero in re vel ex *dominio*, siue pleno siue minus pleno, vel ex *hereditate*, vel ex *seruitute*, vel denique ex *pignore* competat: (§. 334, 3.) consequens est, 1) ut totidem sint actionum realium species, partim ciuiles, partim praetoriae.

§. 1129.

Earum natura.

Quum porro *ius in re* sit facultas homini in rem competens, sine respectu ad certam personam: (§ 332.) sequitur, 2) ut actio in rem detur aduersus possessorem quemcumque, *l. 25. pr. D. de oblig. et act. pro quo et is, qui dolo possidere desit, habetur. l. 36. l. 131. l. 157. §. 1. D. de reg. iur. l. 27. D. de rei vind.* 3) Ut is, qui possidet, nunquam in rem agere possit, praeterquam *unico casu* *. §. 2. *Inst. b. t.* 4) Ut dominus rem suam condicere, vel actione personali petere nequeat, excepta conditione furtiua, de qua supra. (§. 1062. *) §. 14. *Inst. de act.*

* At quis ille? Qui possessionem iuribus in re adnumerant; hunc unum casum de turbato possessore accipiunt: alii

de

de specie, quae est in l. 9 D. de rei vind. alii aliter. Sed res ipsa docet, Iustinianum intelligere actionem negatoriam, in qua possessor fundi agit, l. 4. §. vii. l. 6. §. 1. D. si seru. vindic. et ita hunc §. 2. Inst. h. t. interpretatur Theophilus. Vid. Huber, Praet. ad inst. h. t. §. 6.

§. 1130.

EX DOMINIO ergo iure ciuili REI VINDICATIO I. Ex do-
datur domino contra quemcumque possessorem, (§. minio actio
1129, 2.) eumue, qui dolo possidere desiit, (ibid.) ciuili Rei
l. 27. §. 3. D. de rei vind. ad rem cum omni causa, vindicatio.
accessionibus, fructibusque, secundum qualitatem
possessionis (§. 377. seq.) restituendam. Quae actio
vri ex pleno dominio directa est: ita ex minus pleno,
veluti iure emphyteutico, feudo, rei vindicatio uti-
lis conceditur, l. 1. §. 1. D. si ager. vectig l. 73. §. 1.
l. 74. l. 75. D. de rei vind.

§. 1131.

Quia vero, qui vindicat, et possessionem alterius Actio praetor-
et dominium suum probare tenetur, eaque probatio ria Pu-
est difficillima: Q Publicius praetor ex DOMINIO bliciana.
FACTO * (§. 4. Inst. h. t. l. 7. §. 6. D. de Public. in
rem act.) nouam inuexit in rem actionem, quae PV-
BLICIANA vocatur, daturque ei, qui rem alicuiam
a non domino bona fide et ex iusta causa traditam
accepit, iterumque amisit, contra possessorem, qui
infirmiore iure possidet, ad rem aëtori cum omni
caussa, accessionibus et fructibus pro qualitate posses-
sionis (§. 377. seq.) restituendam. §. 4. Inst. h. t.
Emphyteutae et superficiario itidem datur PVBLI-
CIANA UTILIS. l. 12 §. 2. 3. l. 11. §. 1. D. de Public.
in rem act.

* Dominium illud plane praetorium est. Fingit enim praetor, aëto rem vsucepisse, quam non vsucepit. §. 4. Inst. h. t. l. 7. §. 6. D. de Public. in rem act. Quum enim bonae fidei possessor pro domino sit: finxit praetor, eum plane dominum esse ratione illius, qui infirmiore, ac plane nullo iure possidet: eique, quasi domino, actionem in rem concessit.

§. 1132.

Eiusdem naturae est ACTIO RESCISSORIA Rescissoria.
Quum enim vsucapione adquiratur dominium, ve-
rique

rique domini ius excludatur, (§. 438.) et hinc expleta vsucapione domino superueniente, et rem suam vindicaturò valide obstat exceptio praescriptionis: praetor hanc actionem dedit domino vero * absenti, non omni, sed qui metus, necessitatis vel rei publicae causa abfuerat, eiusue heredi, contra possessorem, qui interea rem eius vsuceperat, eiusue heredem; vel praesenti, eiusue heredi, contra absentem quemcumque, qui interea rem eius vsuceperat, eiusue heredem, ad rem vsucaptam, rescissa vsucapione, cum omni causa restituendam. §. 5. *Inst. b. t. l. 1. seq. D. quib. ex causis maior. in integr. rest.*

* Datur ergo haec actio domino contra dominum: sed rei dominium rescindit praetor, et quemadmodum in Publiciana fingit, rem vsucaptam, quae vsucapta non est: ita hic fingit, cum non vsucepisset, qui vsucepit, d. §. 5. *Inst. b. t.* Quare et eiusdem cum superiore originais est, et Publiciana ideo vocatur. l. 35. *D. de oblig. et act. l. 57. D. mand.*

§. 1133.

*II. Ex iure
hereditario
Hereditatis
petitio.*

EX IVRE HEREDITARIO, tamquam altera specie iuris in re, nascuntur duae actiones civiles, puta HEREDITATIS PETITIO, et QUERELA INOFFICIOSI. HEREDITATIS PETITIO datur heredi, vel ex testamento vel ab intestato, adversus eum, qui pro herede vel possessore possidet, vel dolo possidere desit, (§. 1129, 2.) eiusue heredes, non vero contra eos, qui titulo singulari possident, l. 7. *C. de her. pet.* ad id, ut actor heres declararetur, et possessor ad hereditatem cum omni causa, accessionibus et fructibus pro qualitate possessionis (§. 377.) restituendam condemnaretur. Quare vere quidem actio in rem est, sed tamen, quum praestations quaedam personales ob administrationem hereditatis petantur, ea quoque non male mixta adpellatur. (§. 1127. *) l. 7. *C. b. t.*

§. 1134.

*Querela in-
officiosi.*

EX IURE CIVILI stricte sic dicto, (§. 45.) id est, ex interpretatione prudentium, est QUERELA INOFFICIOSI, de qua copiose actum §. 579. *sequ.* quaeque nihil

nihil est aliud, quam species hereditatis petitionis. *l. penult. pr. D. de bon. possess. contr. tab. l. 34. C. de inoff. testam.*

§. 1135.

Occasione SERVITVTVM, aliorumque iurium *III. Ex* nascuntur duae actiones ciuiles, CONFESSORIA, *seruitute* et NEGATORIA. CONFESSORIA *confessoria.]* directa datur, seruitute iam constituta, (§. 396.) domino praedii dominantis, usufructuario, aduersus dominum praedii seruientis, seruitutem ei negantem, vel aduersus proprietarium, et quemuis possessorem, negantem usum fructum, ad id, vt iudex seruitutem ei vel eius praedio, (§. 392. *sequ.*) competere declaret, possessionem et facultatem vtendi fruendi restitui iubeat, reum, quantum actoris interest, condemnet, et cautionem de non turbando praestandam esse iudicet. §. 2. *Inst. h. t. l. 4. §. 2. l. 6. §. 6. D. si seru. vindic. Vtilis* haec actio datur et creditori, cui fundus pignori traditus, emphyteutae, superficiario, fructuario contra vicinum, a quo ius vindicat. *l. 16. D. de seru.*

§. 1136.

NEGATORIA datur domino praedii liberi, seruitutem vel personalem vel realem alteri neganti, quamuis possessori, (§. 1129, 2. *) contra quemuis, seruitutem sibi asserentem, ad id, vt praedium liberum declaretur, reusque condemnetur ad id, quod actoris interest, et cautionem praestare iubeatur de in posterum non turbando. §. 2. *Inst. h. t. l. 4. §. 2. l. 7. l. 12. D. si seru. vind.*

§. 1137.

Confessoria agenti incumbit onus ius suum probandi: *negatoria* qui experitur, a probatione libertatis suae releuatur, si in eius quasi possessione sit, *l. 23. C. de probat. l. ult. C. de rei vind.* non, si aduersarius sit in quasi possessione seruitutis. *Arg. l. 8. §. 3. D. si seru. vind.* Contrariam tamen sententiam ob glossae auctoritatem fere vbique in foro triumphare, iam

ab aliis obseruatum est. Brunnemann. *ad l. 9. C. de seru. Carpzou. lib. I. resp. 67.*

§. 1138.

Pignoris. Ex iure PIGNORIS nascuntur duae actiones praetoriae, SERVIANA et QVASI SERVIANA *.

§. 7. *Inst. b. r.*

* His similia interdicta SALVIANVM et QVASI SALVIANVM personalia sunt, et de illis infra erit agendi locus.

§. 1139.

Actio Seruiana.

SERVIANA datur locatori praedii rustici aduersus colonum, et quemcumque possessorem rerum pro mercede pignori siue expresse siue tacite obligatarum, ad res illas perfequendas. §. 7. *Inst. b. r.*

§. 1140.

Quasi Seruiana vel hypothecaria.

Quemadmodum vero haec actio tamquam ad utilitatem locatoris praedii rustici comparata est: ita QVASI SERVIANA vel HYPOTHECARIA generalis est, daturque pignore iam constituto, (§. 818.) cui libet creditori, contra debitorem, vel quemcumque rem oppignoratam vel hypothecam possidentem, ad rem illam vna cum fructibus et accessionibus perfequendam *. §. 7. *Inst. b. r. l. 16. §. 3. sequ. D. de pign. et hypoth.*

* Non ergo aut res, aut debitum petendum, si aduersus tertium instituitur haec actio. Quamuis enim rei electio sit, malitiae rem tradere, an debitum soluere: *l. 16. §. 3. D. de pign. et hypoth. l. 12. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* actori tamen cum tertio possessore nullum intercessit negotium, ex quo in personam agere possit, ad soluendum, quod alius ex contractu debet.

§. 1141.

Actiones praevindiciales.

Haec sunt actiones IN REM. PAVLLIANA enim, quam huc refert imperator §. 6. *Inst. b. r.* mere personalis est. * *l. 38. pr. iunct. §. 4. D. de usur. INTERDICTA* quoque, vti infra demonstrabitur, omnia in personam sunt. *l. 1. §. 3. D. de interd.* Solae superiunt actiones PRAEIVDICIALES, quae et ipsae in rem esse dicuntur. §. 13. *Inst. b. r.*

* Realis tamen quodammodo dici potest, quia datur ex iure, quod creditores in tota obaerati substantia per

pos-

possessionem consequuti sunt. Vid. Pagenstech. *Admon. ad Pand. part. VI.* §. 212.

§. 1142.

Sunt vero actiones PRAEIVDICIALES, quibus de statu hominum disceptatur, veluti si quaeritur, seruus aliquis sit, an liber? quod iudicium CAUSSA LIBERALIS dicitur: *tit. D. de lib. causf.* libertusue, an ingenuus? *l. ult. D. si libert. ingen. esse dicat.* sitne partus agnoscendus, nec ne? *l. 3. §. 1. D. de agnosc. et alend. part.*

*Quaenam
ita dicun-
tur.*

§. 1143.

Ex liberali causa agit vel dominus contra seruum, qui se pro libero gerit, ut in seruitutem revocetur; vel ad libertatem proclamans, aduersus eum, qui ipsum seruire cogit, ut liber declaretur. *tit. D. de lib. causf. l. 1. C. de assert. toll.* Quia ergo seruus est in classe rerum: (§. 77.) prior actio reuera est ipsa rei vindicatio. Et quia in posteriore, qui ad libertatem proclamat, alteri negat ius in se esse, illa negatoriae quodammodo similis est. (§. 1137.) Simile quid de altero praeiudicio, libertus quis sit, an ingenuus, notandum. Si enim patronus agit aduersus libertum, pro ingenuo se gerentem, actio haec confessoriae; si ingenuus contra eum, qui iura patronatus iniuste in se exercet, negatoriae simillima habetur.

*Ex liberali
caussa.*

§. 1144.

Actio DE AGNOSCENDO PARTV datur vxori repudiatæ aduersus maritum, qui praegnantem repudiauit, ad partum editum agnoscendum atque alendum. Similiter et agere poterit pater aduersus repudiatam, ut partus suus declaretur: vel ipsi filio contra parentes, ut agnoscatur et alatur. §. 13. *Inst. h. t. tit. D. de agnosc. lib.*

*Actio de
agnoscendo
partu.*

§. 1145.

Sequuntur actiones IN PERSONAM, quae ex iure ad rem nascuntur, (§. 1127.) et alias CON-DICTIONES vocantur. §. 15. *Inst. h. t.*

*Actiones in
personam.*

§. 1146.

Eorum natura.

Quum ergo *ius ad rem* sit facultas, competens personae in personam, ad aliquid praestandum: (§. 332.) sequitur, ut actiones personales non dentur aduersus quemcumque possessorem *, sed aduersus eum, quocum nobis negotium intercessit. (§. 768.) l. 25. pr. D. de oblig. et act. §. 1. Inst. b. t. 2) Ut omnes nascantur ex obligatione, (§. 767.) non quidem naturali tantum, sed ea, cui vel praetor, vel ius ciuili adfistit. (§. 777.) Vnde 3) eas vel CIVILES, vel PRAETORIAS esse constat. §. 2. 3. Inst. b. t.

* Quaedam exceptae sunt, quae quum sint personales, tamen aduersus tertium possessorem dantur, vocatae ideo IN REM SCRIPTAE, quales sunt actio *Pauliana*, quod metus causa, noxales, ad exhibendum, aquae pluuiarum arcendae, l. 9. §. ult. D. quod met. caus. l. 3. §. 3. D. ad exhib. de quibus suo loco.

§. 1147.

Quotupli-
ci?

Quumque ex obligatione nascantur hae in personam actiones: (§. 1176, 2.) ea vero aliquis nobis vel immediate ex aequitate, vel ex lege, vel mediate ex facto obligatorio, conventionione scilicet vel delicto, oriatur: (§. 771. sequ.) actiones quoque in personam partim ex aequitate, partim ex lege, partim ex facto obligatorio, proficiscuntur.

§. 1148.

I. Actiones
ex sola
aequitate
natae, ad
exhiben-
dum, de
edendo.

Ex sola aequitate rarius leges; plerumque praetor vel aedilis actiones concedunt. Huc pertinet I. actio AD EXHIBENDUM, ex sola aequitate sine facto obligatorio nata, l. 3. §. penult. D. l. 7. C. ad exhib. l. 2. §. 5. D. de aqu. quot. et aestiu. quae datur illi, cuius speciatim interest, aduersus quemcumque possessorem, (§. 1176. *) ad rem mobilem, de qua lis est, eiusque causam, exhibendam, vel si dolo non exhibeatur, ad praestandum id, quod interest. l. 3. §. 9. l. 9. §. penult. l. 10. sequ. D. ad exhib. II. Actio in factum DE EDENDO, l. 4. §. 1. D. de edend. quae datur aduersus argentarios, non aduersus eorum heredes

redes, ad edendas rationes, vel praestandum id, quod interest. *l. 4. pr. l. 6. l. ult. D. de edend.*

§. 1149.

Ex aequitate sola etiam nascuntur III. pleraque *Interdicta* INTERDICTA, quae prohibent, ne vis fiat ei, qui *prohibitoria.* re sua uti, vel publice prodesse cupit, de quibus infra ad titulum *de interdictis.*

§. 1150.

Praeterea III. et RESTITUTIONES IN INTEGRVM ex sola aequitate * dantur. Quae enim negotia stricto iure rata essent, ea praetor, aequitate *Restitutio- nes in integrum.* motus, rescindit, data restitutione in integrum iis, qui metu, dolo, aetate, absentia, status mutatione, vel alienatione iudicii mutandi causa facta in captionem inciderunt. *l. 1. l. 2. D. de restitut. in integr.*

* Fundamentum earum est sola aequitas, quae ius strictum corrigit. Non ergo restitutio fit ob alterius delictum, veluti vim, dolum: quamvis haec delicta esse nemo dubitet, sed ob aequitatem: quae non patitur unum ab altero hoc modo laedi, et hunc cum eius damno locupletionem fieri. Hinc praetor directe non punit vim, et dolum, sed restituit metu doloque circumuentum, quia laesus est: non restitutus, nisi laesio probaretur. Quamvis ergo vis et DOLVS delicta sint: non tamen restitutiones proprie ex his delictis, sed ex aequitate nascuntur.

§. 1151.

Huius generis est 1) actio, QVOD METVS *Quod metus causa.* CAUSSA, quae a praetore datur laeso ex contractu stricti iuris, per iustum metum inito, eiusve heredibus, aduersus eum, qui metum intulit, (non eius heredes, (§. 1038, 3.) omnemque rei amissae possessorem, (§. 1146, 3.) ad rem cum omni causa restituendam, vel, ni arbitrio iudicis restituatur, in quadruplum. *l. 9. §. 8. l. 12. l. 14. §. 7. D. quod met. caus.* §. 27. *Inst. h. t.*

§. 1152.

Eiusdem generis est 2) actio DE DOLO MALO, *De dolo malo.* quae datur in subsidium dolo circumuento, (sive in contractu stricti iuris causam dederit contrahendo, sive inciderit, *l. 7. pr. §. 7. D. de dol. mal.*) eiusve here-

heredi, aduersus decipientem (non eius heredem, (§ 1038.) ad rem dolo amissam cum omni causa restituendam, vel, ni restituatur, in id, quod interest. l. 1. l. 13. D. de dol. mal.

§. 1153.

*Minoribus
et absentibus
datae.*

Eadem aequitate praetor 3) MINORIBVS viginti quinque annis laevis, eorumque heredibus, restitutionem dat contra eos, cum quibus negotium gestum, eorumque heredes, vt integrum ius suum recipiant. l. 13. §. ult. l. 12. l. 14. l. 24. §. 8. l. 28. D. de minor. Quae actio nomine singulari destituitur. l. 24. §. ult. D. eod. 4) ABSENTIBVS rei publicae causa contra praesentes, vel praesentibus contra absentes concedit actionem RESCISSORIAM, de qua, quia realis est, egimus supra §. 1132. Reliquas restitutiones in integrum 5) ob CAPITIS DEMINVTIONEM, et 6) ALIENATIONEM IUDICII MUTANDI CAUSSA FACTAM, quia hodie extra usum sunt, praeteruehimus.

§. 1154

*Conditio
sine causa
et actio
Pauliana.*

Ex aequitate, vel fortean quasi contractu, nascitur V. CONDITIO SINE CAUSSA, de qua supra, (§. 991.) et denique VI. ACTIO PAULLIANA, seu reuocatoria *, (§. 1141.) quae datur creditoribus, missis in possessionem bonorum debitoris, eorumque heredibus, aduersus quoscumque possessores (§. 1146.) fraudis conscios, eorum heredes, quamquam ignaros, vel eos, qui ex causa lucratiua possident, ad id, vt res in fraudem creditorum alienatae cum omni causa restituantur. §. 6. Inst. b. r. Similes his sunt actiones FAVIANA et CALVISIANA, de quibus infra (§. 1188, 9.)

* Fundamentum huius actionis, quatenus personalis, scilicet est aequitas: non maleficio. Si enim ex delicto nasceretur haec actio, conueniri nulla ratione possent possessores fraudis ignari. Neque etiam delictum commiserat, emens ab eo, cui ius civile ante creditorum concursum rem suarum alienationem permittebat. l. 26. D. de contrab. ems.

§. 1155.

A LEGE (§. 1108.) ἀπέσως datur CONDICTIONES EX LEGE, quae competit, quoties obligatio, noua lege introducta, nec, qua actione experiendum sit, expressum est. *l. vn. D. de condict. ex lege.* Sic donatarius aduersus donantem agit ex *l. 35. §. ult. C. de donat. (§. 361.)* donator aduersus donatarium ad reuocandum id, quod ultra modum donatum, nec insinuatum est, ex *l. 21. in fin. D. de donat. (§. 462.)* contrahens, ultra dimidium laesus, aduersus laedentem ad rescindendum contractum ex *l. 2. C. de rescind. vendit. cet. (§. 909, 2.)*

§. 1156.

Mediate EX FACTO OBLIGATORIO nascuntur actiones tam EX CONVENTIONE, quam EX DELICTO. (§. 772.) Quumque conuentiones in pacta et contractus; (§. 779.) pacta in nuda et non nuda (§. 777.) diuidantur: ex pactis nudis olim nulla actio iuriscibatur. (§. eod.) Hodie alii inde concedunt conditionem ex stipulatu, alii conditionem ex lege, alii conditionem ex moribus. Huber. *Prael. ad Dig. lib. II. tit. 19 §. 11. Schilt. exerc. VIII. §. 5.* Sed nomine actionis non opus est, quum satis constet, actionem dari.

§. 1157.

Pactum non nudum vel LEGITIMVM est, vel PRAETORIVM, vel ADIECTVM. Legitimo lex; praetorio praetor adfistit. (§. 777. **) EX LEGITIMIS ergo omnibus nascitur *condictio ex lege*, de qua §. 1155. ADIECTA eandem pariunt actionem, quae ex contractu b. f. cui insunt, oritur *l. 7. §. 5. D. de pact. l. 69. D. pro soc. l. 79. D. de contr. emt. l. 4. D. de leg. commiss. l. 6. D. de in diem addict.*

§. 1158.

PRAETORIA pacta sunt hypotheca, constitutum, et delatio iurisiurandi extraiudicialis, seu voluntarii. (§. 777. **) Ex hypotheca, quia non traditur, et tamen ius in re producit, (§. 341. **) nascuntur actiones non personales, sed reales, Seruiana et quasi Seruiana vel hypothecaria, de quibus supra. (§. 1138. sequ.)

Ex

Ex pacto **CONSTITVTI** * actio **DE CONSTITVTA PECVNIA** personalis, quae datur creditori, contra eum, qui pacto constituit, se soluturum, quod ipse vel alius debet, eiusue heredem, ad soluendum id, quod constitutum est. §. 9. *Inst. b. t.*

* Hodie, qui pro alio constituit, a fideiussore non differt, quia inter pactum et stipulationem ratione effectus nulla est differentia. Nec amplius in vsu est **ACTIO RECEPTITIA**, quae dabatur creditori aduersus argentarium, pro se aliove constituentem, eiusue heredem, ad rem quamcumque, siue fungibilem, siue non fungibilem, quae constituta sit, soluendam. Theoph. ad §. 8. *Inst. b. t.* Salmas. de modo vsur. cap. 16. Nam eam actionem in alteram de constituta pecunia transfudit imperator. l. 2. *C. de const. pecun.*

§. 1159.

*Ex iur-
iurando.*

IVRISVRANDI voluntarii delati olim iure stricto non maior effectus erat, quam pacti nudi. l. 35. §. 1. *D. de iureiur.* Sed ei postea adfistebat praeter actionemque **IN FACTVM EX IVREIVRANDO** dabat ei, qui reo deferente voluntarium iusiurandum praestiterat, sibi deberi, aduersus deferentem, ad soluendum id, de quo iuratum fuerat. §. 11. *Inst. b. t.*

§. 1160.

*Ex contra-
ctibus.*

Sequuntur **CONTRACTVS**, iique vel **VERI**, vel **QVASI CONTRACTVS**. (§. 778.) *Veri* vel *nominati* sunt, vel *innominati*: (§. 779.) itidemque vel *reales*, vel *verbales*, vel *litterales*, vel *consensuales*. (§. 780.)

§. 1161.

*Ex reali-
bus.*

REALES sunt quatuor, **MVTVVM**, **COMMODATVM**, **DEPOSITVM**, **PIGNVS**. (§. 791.) **EX MVTVO** datur *condictio certi*, vel *actio ex mutuo*, de qua §. 796. **EX COMMODATO** *actio commodati*, *directa* et *contraria*, de qua §. 803. *sequ.* **EX DEPOSITO** *actio depositi directae* et *contraria*, de qua §. 814. *seq.* **EX PIGNORE** *actio pignoratitia* vel *contra*, de qua §. 824. *sequ.* De *Saluiano* interdicto infra erit dicendi locus.

§. 1162.

*Ex verbali
et litterali.*

EX VERBORVM OBLIGATIONIBVS nascitur *condictio certi* et *incerti ex stipulatu*, de qua §. 834.

EX

EX LITERARVM OBLIGATIONE *condictio ex chi-
rographo*, de qua §. 894.

§. 1163.

CONTRACTVS CONSENSVALES SUNT EMPTIO VEN- *Ex consen-
ditio*, ex qua nascuntur actiones EMPTI ET VENDITI, *suatibus.*
de quibus §. 912. *sequ.* et ex aedilitio edicto actiones
redhibitoria et *quanti minoris*: (§. 913 *) LOCATIO
CONDUCTIO, ex qua dantur actiones LOCATI CON-
DUCTI, de quibus §. 928. *sequ.* CONTRACTVS EMPHY-
TEUTICVS, qui producit *actionem emphyteuti-*
cariam utriusque directam, de qua §. 939 *sequ.*
SOCIETAS, ex qua fluit actio PRO SOCIO, de qua
§. 951. denique MANDATVM, ex quo oritur ACTIO
MANDATI *directa et contraria*, de qua §. 962. *sequ.*

§. 1164.

Hactenus contractus NOMINATI. EX INNOMI- *Ex inno-*
NATIS omnibus (§. 779.) vna ac generalis actio IN *minatis.*
FACTVM vel PRÆSCRIPTIS VERBIS nascitur, l. 4.
§. 1. *sequ.* D. de *praescript. verb.* ita dicta, quod non no-
mine contractus, sed *praescriptis verbis rem gestam de-*
monstrat, l. 6. C. de *transact.* daturque ei, qui dedit
vel fecit, contra eum, qui se vicissim daturum factu-
rumque promisit, ad praestandum, quod promisit,
vel, ni praester, in id, quod interest. l. 5. §. 1. *sequ.*
D. de *praescript. verb.* Qua etiam occasione CON-
DICTIO CAUSSA DATA CAUSSA NON SEQVITA
nascitur, de qua supra §. 992.

§. 1165.

Sequuntur QUASI CONTRACTVS, quales sunt *Ex quasi*
NEGOTIORVM GESTIO, ex qua nascitur actio NE- *contracti-*
GOTIORVM GESTORVM, *directa et contraria*: (§. *bus.*
972.) TUTELA, ex qua nascitur ACTIO TUTELAE,
directa et contraria, (§. 976. *sequ.*) HEREDITATIS
COMMVNIO, ex qua nascitur actio *familiae exciscun-*
dae, (§. 982) REI COMMVNIO, ex qua oritur actio
communii diuidendo, (§. 983.) quamuis hae quodam-
modo mixtae sint: (§. 927. *) HEREDITATIS ADI-
TIO, ex qua nascitur *actio personalis ex testamento*:
(§. 986.)

(§. 986.) INDEBITI SOLVTIO, vnde *condictio indebiti*: (§. 991.) RECEPTIO RERVM a nautis, cauponibus, stabulariis facta, vnde *actio in factum de recepto*, de qua §. 1121. CVRATIO FVNERIS, ex qua ACTIO FVNERARIA datur ei, qui suntus in funus alienum, hereditate nondum adita, fecit, eiusque heredi, aduersus eum, ad quem res pertinet, eiusue heredem, ad impensas illas in primis restituendas. l. 14. l. 15. D. de religiof.

§. 1166.

Ex delictis. Proxima sunt DELICTA, (§. 1156.) eaque vel VERA, vel QVASI DELICTA. (§. 1034.) Illa iterum vel publica, vel priuata; vel ordinaria, vel extraordinaria. (§. 1036. sequ.) De publicis infra titulo 18. de extraordinariis ad Pandectas; de priuatis hic erit agendum.

§. 1167.

Isque sum veris priuatis. Talia sunt FVRTVM, ex qua CONDUCTIO FVRTIVA (§. 1062.) et ACTIO FVRTI. (§. 1053.) RAPTINA, vnde actio VI BONORVM RAPTORVM, et actio FVRTI. (§. 1076.) DAMNVM INIURIA DATVM, quod vindicatur actione ex LEGE AQVILLIA. (§. 1087. 1091.) INIURIA, vnde competit *actio iniuriarum praetoria et criminalis persequutio*, (§. 1102. sequ.) et ex lege *Cornelia de iniuriis*. (§. 1105. sequ.)

§. 1168.

Et ex aliis factis illis. Ex vero etiam delicto sunt 1) actio DE ALBO CORRUPTO, quae cuius e populo dabatur aduersus eum, qui quid in albo praetoris dolo malo corruerat, ad quingentos aureos actori adplicandos. l. 7. pr. D. de iurisdict. 2) Actio IN FACTVM, qua vindicabatur dolus eius, qui vel ius nouum iniquum statuerat, vel impetrauerat, ad id, vt ipse eodem vti cogereetur. l. 1. §. 1. D. quod quisque iur. in al. statuer. 3) Actio IN FACTVM poenalis, data actori vel reo contra aduersarium, ius dicenti non obtemperantem, ad id, quanti ea res erat. l. vr. D. si quis ius dic. non obtemp. 4) Actio IN FACTVM, quae datur actori aduersus eum, qui

in ius vocatum vi exemit, ad id, quanti ea res ab actore aestimatur. *l. 5. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc.* 5) Actio IN FACTVM contra eum, per quem factum est, quo minus quis in iudicio se listat, ad id, quod interest. *l. 3. pr. D. de eo, per quem fact. erit.*

§. 1169.

Eodem pertinent 6) actio in factum de CALVM-^{Qualia et}NIATORIBVS, quae datur ei, cui calumnia nocitum, ^{hoc para-}non eius heredi, (§. 1038, 4.) *l. 4. D. de calumniar.* ^{grapho re-}aduersus eum, qui accepit pecuniam, vt calumniae ^{cententur.}caussa negotium facere, vel non faceret, intra annum in quadruplum, post annum in simplum. *l. 1. pr. D. eod.* 7) Condictio OB TURPEM CAUSSAM, de qua supra iam actum, (§. 922.) quamuis haec et ex alio fonte deriuari possit. 8) Actio DE SERVO CORRUPTO, qua dominus, eiusue heres, agit aduersus eum, qui seruum corrumpit, in duplum. §. 23. *Iust. de action.* 9) Actio IN FACTVM contra mensorem, qui falsum modum vel per se, vel per alium renunciauit, ad id, quod interest. *l. 1. pr. l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. D. si mensor. fals. mod. dix.*

§. 1170.

Ex delicto porro sunt 10) actio RERVM AMO-^{Nec non}TARVM, (§. 1044.) 11) actio de SUSPECTIS ^{sequente.}TUTORIBVS, (§. 302.) 12) actio de RATIONIBVS DISTRAHENDIS, (§. 263.) de quibus omnibus iam supra actum.

§. 1171.

Haec de *veris delictis.* Ex QVASI DELICTIS ^{Ex quasi}omnibus communis competit actio IN FACTVM, de ^{delictis.}qua diximus §. 1113. 1115. 1118. 1122.

§. 1172.

Haec ergo prima est actionum diuisio. (§. 1127.) ^{Secunda}Altera est, quod aliae sint REI PERSEQVVTORIAE, ^{actionum}quibus persequimur id, quod e patrimonio nostro ^{diuisio in}abest: *l. 35. pr. D. de oblig. et act.* aliae POENALES, ^{rei perse-}quibus persequimur poenam legibus constitutam: *l. 7. poenales,* ^{quosorias,}
Z D. de et mixtas.

D. de *serui, export.* aliae MIXTAE, quibus partim poenam legibus constitutam, partim, quod interest, persequimur. §. 16. *Inst. b. t.*

§. 1173.

Rei persequutoriae.

REI PERSECVVTORIAE sunt 1) reales omnes, de quibus supra a. §. 1128. ad §. 1144. actum. 2) Actiones ex conventionibus, de quibus §. 1156 sequ. excepto *deposito miserabili*, ex quo actio contra inficiantem et ex dolo in duplum datur. (§. 812.) §. 17. *Inst. b. t.* 3) *Condictio furtiva*, (§. 1072) et actio rerum amotivum. (§. 1044.) l. 7. §. 1. 2. D. de *condict. furt.* l. 25. §. 2. D. rer. amot.

§. 1174.

Poenales et mixtae.

POENALES sunt actiones pleraeque ex delicto, veluti actio *furti, de albo corrupto*, et similes: §. 18. *Inst. cod.* MIXTAE, actio *vi bonorum raptorum*, (§. 1076. sequ.) actio *ex lege Aquillia*, (§. 1087. sequ.) actio *de legatis, venerabilibus locis vel ecclesiae relictis*, quae contra heredem inficiantem vel morosum in duplum datur. §. 19. *Inst. b. t.*

§. 1175.

Actiones in simplum, duplum, et.

Tertio omnes actiones vel IN SIMPLVM, vel IN DVPLVM, vel IN TRIPLVM, vel IN QVADRVPLVM conceptae sunt. §. 21. *Inst. b. t.*

§. 1176.

In simplum

IN SIMPLVM agunt, quicumque rem persequuntur: adeoque 1) omnes actiones rei persequutoriae (§. 1173.) in simplum dantur, §. 22. *Inst. b. t.*, nec non 2) actiones quaedam poenales, et mixtae, postquam annus elapsus est: veluti actio *de calumniatoribus*, (§. 1169, 6.) actio *vi bonorum raptorum*. (§. 1076.)

§. 1177.

In duplum.

IN DVPLVM quaedam ab initio conceptae sunt, uti actio *furti nec manifesti*, (§. 1058.) et *serui corrupti*: (§. 1169, 8.) quaedam ex postfacto vel inficiando crescunt, veluti actio *ex lege Aquillia*, (§. 1113.) actio *depositi miserabilis*; (§. 812.) vel aut inficiando, aut differendo solutionem, uti actio *de legatis*, vene-

venerabilibus locis vel ecclesiae relictis. (§. 1174.)

§. 26. *Inst. h. t.*

§. 1178.

In **TRIPLV**M actio dabatur aduersus eum, qui *In triplum*, maiorem vera aestimatione quantitatem libello conuentionis inferuerat, vt ex hac causa viatores, id est, exsequutores litium, eo ampliorem summam sportularum nomine a reo exigent *. §. 24.

Inst. h. t.

* Solitos enim viatores et exsequutores litium sportularum quantitatem pro portione furtis temperare, et si vsque ad centum aureos petitum, dimidium aureum exigere obseruat Theoph. d. §. 24. *Inst. h. t.*

§. 1179.

In **QVADRVPLV**M similiter quaedam actiones *In quadruplum*, poenales statim ab initio conceptae sunt, veluti actio

furti manifesti, (§. 1057.) actio *in factum de calumniatoribus*, (§. 1169, 6.) actio *vi bonorum raptorum*, (§. 1076.) et *condictio*, quae dabatur aduersus exsequutores litium, qui sportularum nomine plus iusto exegerant. §. 25. *Inst. h. t.* Vnica actio *quod metus causa* ab initio in simplum datur, et, si reus arbitrio iudicis rem non restituit, in quadruplum. (§. 1151.) §. 27.

Inst. h. t. l. 14. §. 1. D. quod met. caus.

§. 1180.

Hodie, quum pleraque delicta res publica persequatur, neque mores nostri ferant, vt poena pecuniaria actori adplicetur, denique leges poenas vel definiant, vel iudicantium arbitrio relinquunt: actiones poenales in duplum, triplum, quadruplum fere extra usum sunt, nisi quod ob legata piis corporibus relicta non exsoluta, in duplum condemnari heredem, memini. Conf. Thomasi *Diss. de exiguo actionum poenaliu usu in foris Germaniae.*

Quas earum actionum hodiernus.

§. 1181.

Quarto actiones quaedam sunt **BONAE FIDEI**, quaedam **STRICTI IURIS**, quaedam **ARBITRARIAE**, §. 28. 31. *Inst. h. t.* Quam diuisionem vt intelligamus rectius, sciendum, apud praetores et magistratus

Quarta diuisio in actiones bonae fidei, stricti iuris, arbitrarias.

rus ordinarie non nisi quae in iure sunt, et quae litis contestationem antecedunt, esse peracta: reliqua delegata fuisse vel IUDICIBVS, vel ARBITRIS, l. 15. pr. D. de re iudic. qui de facto cognoscerent, et ex formula a magistratu praescripta ferrent sententiam. V. C. Ger. Noodt. de iurisdict. lib. I. cap. 8.

§. 1182.

Natura et origo actionum stricti iuris,

Quum ergo quaedam negotia tam stricti iuris essent, ut ultra, quam conuentum, adiudicari nihil possent; quaedam sua natura aequitatem iudicis desiderarent: in illis iudex dabatur cum formula: SI PARET, TITIVM CENTVM EX STIPVLATV DEBERE, TV ILLVM IN CENTVM CONDEMNA. Hic ergo nec vsuras, nec quidquam aliud adiudicare poterat iudex pedaneus, formula praetoris circumscriptus. Ad iudicium, teste Cieerone, hoc modo veniebant, ut totam litem aut obtinerent, aut amitterent. Cic. Orat. pro Q. Rosc. cap. 4. Seneca de benef. lib. III. cap. 3. Et hae actiones, ex quibus cum hac formula dabatur iudex, STRICTI IVRIS vocabantur.

§. 1183.

Bonae fidei. In negotiis contra, quae magis ex aequo definienda videbantur, praetor certam summam non exprimebat formula, sed ex contractibus consensualibus ita arbitrum dabat: SI PARET, TITIVM MAEVIO EX LOCATO DEBERE, TVM, QVANTVM TITIVM MAEVIO OB EAM REM DARE OPORTET EX FIDE BONA, TANTI DAMNETVR. In actionibus ex fiduciae contractu natis loco verborum EX FIDE BONA adhibebatur formula: VTI INTER BONOS BENE AGIER OPORTET; in actione rei uxoriae: QVANTVM AEQVIVS MELIVS. Cic. de offic. lib. III. cap. 8. Hic ergo vsurae ob moram, fructus, et si quid aliud aequum et bonum videbatur, adiudicari ab arbitro poterant. Cic. Orat. pro Q. Rosc. cap. 4. Seneca de benefic. lib. III. cap. 7. Hae vero actiones omnes dicebantur BONAE FIDEI *. §. 30. Inst. b. 1.

Quare

Quare hic *bona fides* non opponitur *dolo malo*, ut in l. 59. §. 1. *D. mand.* sed *stricto iuri*, adeoque idem est, ac *laxior* vel *liberior* iudicis potestas. §. 30. *Inst. b. t.*

§. 1184.

Nonnumquam et ita datur arbiter, ut liceret *Arbitrariarum.* ei, quantum restituendum sit, aestimare, et si non pareret reus, tunc vel iuriurando in litem locus, vel arbitro facultas esset, reum in aliud maius condemnandi. Et tunc datur arbiter hac formula; SI PARET, TITIVM MAEVIO METVS CAVSSA QUID EXTORSISSE, TVM TV, QVANTVM TITIVS MAEVIO DARE OPORTEAT, AESTIMA, ET SI ARBITRIO TVO NON RESTITVET, IN QVADRVPLVM ILLVM CONDEMNA; vel: SI PARET, TITIVM MAEVII VESTEM HABERE, NEQVE IS ARBITRIO TVO EAM EXHIBVERIT: TVM, QVANTVM IN LITEM MAEVIVS IVRARIT, TANTI TITIVM CONDEMNA. Sigon. *de iudic. Rom. lib. I. cap. 24.* Et hae actiones dicebantur *ARBITRARIAE*. §. 31. *Inst. b. t.*

§. 1185.

Hinc recte definiuntur *actiones BONAE FIDEI*, *Differentia harum actionum.* quod sint *actiones*, in quibus iudici, (olim arbitrio,) conceditur *liberior potestas*, ex bono et aequo aestimandi, quantum alterum alteri dare facere oporteat. §. 30. *Inst. b. t.* *Actiones STRICTI IURIS*, in quibus potestas iudicis (olim formulae) iam *conventioni partium adstricta est*. l. 99. *D. de verb. oblig.* *Actiones ARBITRARIAE*, in quibus iudici, (olim arbitrio,) ex aequo et bono aestimare licet, quantum dari fieri oporteat: si vero arbitrio huic non pareat reus, *condemnatio in maius fieri potest*. §. 31. *Inst. b. t.* Et hinc Theophilus *d. §. 31. ἰδίων ἐγκρίσθαι τὰ ὅλα τὰς ἀγωγὰς*, propriam hanc earum actionum naturam esse, ait.

§. 1186.

Tales actiones *BONAE FIDEI* sunt I) omnes *Actiones b. ex contractibus consensualibus ortae*, §. 3. *Inst. de f. recens. oblig. ex conf.* veluti *EMTIVENDITI*, *LOCATI CONDVCTI*, *EMPHYTEVTICARIA*, *PRO SOCIO*, *MAN-*

DATI; 2) ex contractibus realibus actiones COMMODATI, DEPOSITI, PIGNORATITIA; 3) ex contractibus innominatis actio PRAESCRIPTIS VERBIS, ex permutatione, et aestimatoria; 4) ex quasi contractibus actiones NEGOTIORVM GESTORVM, FVNERARIA, TVTELAE, et binae mixtae, FAMILIAE ERCSVNDAE, COMMVNI DIVIDVNDQ; 5) ex actionibus in rem sola HEREDITATIS PETITIO, quia illa mixtae naturae est. (§. 1127. *) §. 28. *Inst. b. t.*

§. 1187.

Actio stricti iuris.

Actiones STRICTI IVRIS sunt *condictio certi* EX MUTVO, *actio* EX STIPVLATV, *condictio* EX CHIROGRAPHO, *condictio* INDEBITI, *actio* EX TESTAMENTO, quae tamen ambiguae quodammodo naturae videtur, l. 5. de eo, quod cert. loc. iunct. l. 87. §. 1. D. de legat. 2. et reliquae, quae nec b. f. nec arbitrarise sunt.

§. 1188.

Actio arbitraria.

Arbitrarie denique sunt 1) *actiones omnes* IN REM, de quibus §. 1128. *seq.* excepta *hereditatis petitione*, (§. 1186.) 2) *actio* QVOD METVS CAVSSA, 3) *actio* DE DOLO, 4) *actio* AD EXHIBENDVM, §. 31. *Inst. b. t.* 5) *actio* DE EO, QVOD CERTO LOCO, 6) *actio* REDHIBITORIA, 7) *actio* FINIVM REGVNDORVM, l. 4. §. 2. 3. l. 7. D. *fm. reg.* iunct. l. 22. de rei vindicat. 8) *actio* PAVLLIANA, arg. l. 8. l. 10. §. 20. D. *quae in fraud. cred.* 9) *actiones* FAVIANA et CALVISIANA, quae competunt patrono, eiusque heredibus, contra quemcumque possessorem, eiusque heredes, ad res in fraudem patroni alienatas in totum vel pro parte rata reuocandas, l. 1. §. 11. 12. 26. *ult.* D. *quae in fraud. patron.* 10) *actio* RERVAM AMOTARVM. (§. 1044.) l. 8. §. 1. D. de act. rer. amot.

§. 1189.

Actiones ex stipulatu de dote.

Singularis natura est actionis EX STIPVLATV de dote. Quum enim antea vxori ad repetendam dotem

tem competeret REI VXORIAE actio, quae bonae *dote natura* fidei: (§ 1183.) Iustinianus eam transfudit in actio-*singularis.* nem EX STIPVLATV, ita tamen, vt qualitates actio- nis vxoriae cum ea communicaret. Atque inde fit, 1) vt, contra naturam actionis ex stipulatu, sit *bonae fidei*, 2) vt mulieri detur, etiamsi nulla stipulatio interuenerit, 3) vt mulieri simul competat *tacita hypotheca in mariti bonis*, et priuilegium, vt omnibus creditoribus mariti bonis, et priuilegium, vt omnibus creditoribus mariti praeferatur. *l. vn. C. de rei vxor. act. §. 29. Inst. b. 1.*

§. 1190.

Ceterum multum inter actiones *bonae fidei* et *Effectu stricti iuris* interest. 1) In illis compensatio fiebat *quomodo b. ipso iure: in his opposita exceptione doli; quod ta f. et stricti iuris actio- men nouo iure sublatum. §. 30. Inst. b. 1. l. ult. D. nes diff- de compensat.* 2) In illis ob metum, dolum, contra-*rant?* ctus videretur nullus: in his actionem et exceptionem suggerit, ad contractuum rescissionem. *l. 9. §. 8. l. 12. l. 14. §. 7. D. quod met. caus. l. 7. pr. et §. 3. D. de dol. mal.* 3) In illis fructus omnes debentur a tempore morae: in his, si res nostras repetimus, ex tempore, quo reus ea accepit; in reliquis stricti iuris iudiciis a litis contestatione. *l. 35. §. 7. l. 38. D. de usur.* 4) In illis vsurae non solum ex stipulatione, sed et ex pacto, immo et ex mora debebantur, etiam non promissae: in his ex sola stipulatione. *l. 1. l. 3. C. l. 32. §. 2. l. 34. sequ. D. de usur.* 5) In illis pacta in continenti adiecta producant ex illo contractu actionem: in his non producant. *l. 7. §. 5. D. de pact.*

§. 1191.

Nec minus ab actionibus *bonae fidei* et *stricti iuris* *Nec non effectum differunt arbitrariae.* 1) In illis condemnatio *actiones ar- fit simpliciter: in his, ἐν μὴ μεσιτέῃα καὶ κελεύ- bitrarias.* σεῖτῃ δικαστῇ ὁ ῥέος κατασῆση, si arbitratio iussuque iudicis reus non restituat. Theophil. ad. §. 31. *Inst. b. 1.* 2) In actionibus *stricti iuris* condemnatio

fit secundum conventionem partium: in his ex arbitrio iudicis. §. 31. *Inst. b. r.*

§. 1192.

In libello certa, quantum licet, summa exprimenda.

Quamvis vero in actionibus *bonae fidei* et *arbitrariis* permultum relictum sit iudicis arbitrio; opera tamen danda, ut et actione, si fieri possit, certa summa exprimatur, et iudex certae pecuniae vel rei sententiam ferat, etiamsi de incerta actum sit *. §. 32. *Inst. b. r.*

* Rem enim certam actor libello exprimere nequit, si vel actio ipsa sua natura est *alternativa*, l. 75. §. 7. *D. de verb. oblig.* vel iudicium est *uniuersale*. e. gr. si hereditas petitur. l. 7. *D. si pars her. pet.* Ex l. 2. *C. de rescind. vend.* absolute ad rescissionem agendum, quamvis deinde rei sit electio, contractum rescindi malit, an laeso satisfacere.

§. 1193.

Pluris et minoris petitio.

Nō licet ergo *PLVS* petere, quamvis, qui *MINVS* intentione sua complexus est, quam ad eum pertinet, sine periculo agat, et aduersarius eodem iudicio in reliquum condemnari possit ex constitutione *D. Zenonis imp* §. 34. *Inst. b. r.* Immo et is, qui per errorem aliud pro alio intendit, in eodem iudicio libellum emendare potest, ad sententiam usque l. 4 §. *fin.* *D. de nox. act.* l. 4. l. 41. *D. de petit. hered.* l. 3. *C. de edend.* l. 69. *D. de iudic.*

§. 1194.

Qui dicentur plus petere?

Plus autem aliquis petit vel *RE*, si maiorem summam vel partem petat, quam debetur: vel *TEMPORE*, si ante diem vel conditionem petat: vel *LOCO*, si, quod quis certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petat: vel *CAVSSA*, qui quid abscisse petit, quod *alternatiue* promissum, vel *speciem* petit, quam genus promissum §. 33. *Inst. b. r.*

§. 1195.

Si olim causa cadebant.

Et olim quidem, qui plus petierat, *caussa* cadebat, *Plaut. Mostell. act. 3. scen. 1. v 122* neque restituebatur in integrum, nisi vel minor esset, vel alia iusta *caussa* praetorem moueret. d. §. 33. Postea *Zenoniana* constitutione cautum, ut, si plus *tempore* fuerit

fuerit petatum, tempus reo duplicaretur, actorque condemnaretur in expensas. §. 10. *Inst. de except. l. 12. C. de plus petit.* et Iustiniana, vt si plus re vel causa intentione sua actor complexus sit, damnatum, quod reus incurrit, triplo lueret. §. 33. *Inst. b. t.* Denique ob plaris petitionem ratione loci datur *condictio de eo, quod certo loco*, ad id, vt index arbitretur, quid alter alteri praestare teneatur, habita ratione eius, quod interest, eo loco fuisse solutum, quo solui debuerat. *l. 1. l. 8. D. de eo, quod cert. loc.*
§. 1196.

Vsu fori hodierno discrimen inter actiones bonae fidei et stricti iuris plerisque locis cessat, in Germania saltem huius distinctionis vsus vix vltus superest ob *Recess imp. anni 1600. §. so viel nun.* his locis, vbi iuris Romani sanctior custodia est, effectus illius differentiae etiamnum vigent, exceptis iis, qui a veteribus formulis pendent. *Sand. Decis. lib. III. tit. 14. defn. 1.* Arbitrium vero iudicis hodie nunquam eo pertingit, vt ob contumaciam reum in quadruplum condemnare possit. Quod ad plaris petitionem attinet, nemo ideo hodie causa cadit: sed reus absoluitur ab instantia, et actor condemnatur in expensas litis, adeoque nouum libellum offerre non prohibetur. *Christin. vol. I. decis. 266.* Immo emendare libellum vsque ad conclusionem licet, eatenus, vt ne genus actionis mutetur: impetare vero non licet post litis contestationem, nisi restituantur expensae, et lis de nouo inchoetur. *Brunneemann. Process. ciu. cap. 5. n. 17. Sand. Decis. lib. I. tit. 4. def. 2.*

§. 1197.

Sequitur quinta actionum summa diuisio, quod aliis SOLIDVM; aliis MINVS QVAM SOLIDVM consequamur. Solidum ordinarie persequimur: minus quam solidum I. *actione DE PECVLIO*, de qua *tit. sequ.* §. 1219. quippe quae tantum competit in id, quod in peculio est. §. 36. *Inst. b. t.*

Z 5

§. 1198

Quinta
actionum
diuisio. A-
liis solidum
consequi-
mur: aliis
minus
quam soli-
dum, veluti
actione de
peculio.

§. 1198.

ob compensa-
tionem;

Minus etiam, quam solidum, II. ob COMPENSATIONEM consequimur, quippe quae summam debitam, pro quantitate concurrente, ipso iure minuit. (§. 1005, 5.) §. penult. *Inst. b. t.*

§. 1199.

ob benefi-
cium com-
petentiae.

Ac denique III. ob BENEFICIUM COMPETENTIAE, quod est *ius singulare*, ob necessitudinem singularem, militiam, beneficium, vel calamitatem personis quibusdam concessum, ut non queant in plus conveniri, quam quantum facere possunt. §. 37. *Inst. b. t. l. 29. l. 50. D. de re iud. l. 173. D. de reg. iur.* Ex quo sequitur, ut hoc privilegium personale sit, quod nec heredibus, nec fideiussoribus prodest. *l. 24. sequ. D. de re iud. l. 63. §. 1. D. pro soc.*

§. 1200.

In quibus
dam compe-
tit ob neces-
situdinem;

Ob necessitudinem hoc beneficium competit 1) parentibus, §. 38. *Inst. b. t.* 2) patronis, *l. 16. l. 17. D. de re iud.* 3) fratribus, et, 4) quia etiam socii loco fratrum sunt, (§. 942.) socii, actione pro socio inter se agentibus, *l. 16. D. de re iud. l. 63. D. pro soc. §. 36. Inst. b. t.* 5) coniugibus, *l. 17. l. 20. D. de re iud.* 6) foceris, durante adfinitate. *l. 21. l. 22. pr. D. eod. l. penult. D. de iur. dot.*

§. 1201.

ob militi-
am;

Ob militiam id beneficium datur 7) militibus, *l. 6. et l. 13. D. de re iud.* quod frustra doctores ad nobiles et clericos, caussarum patronos, scholarum doctores proferunt. *Richt. Dec. f. 24. §. 2.*

§. 1202.

ob benefi-
cium;

Ob beneficium 8) donatoribus competit, qui non conveniuntur a donatario, nisi deducto aere alieno, *l. 30. D. de re iud. l. 28. D. de reg. iur.*

§. 1203.

ob calami-
tatem.

Denique ob calamitatem id beneficium competit 9) liberis emancipatis, exhereditatis, et qui se paterna hereditate abstinuerunt; *l. 49. D. de re iud. l. 2. pr. D. quod cum eo, qui in al. potest.* 10) iis, qui bonis cesserunt. §. 40. *Inst. b. t. l. 4. D. de cess. bonor.*

TIT.

T I T. VII.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTE-
STATE EST, NEGOTIVM GESTVM
ESSE DICITVR.

§. 1204.

Hactenus de quinque actionum diuisionibus: se- *Connexio.*
quitur sexta, quod quaedam actiones ex facto
PROPRIO, quaedam ex ALIENO nascantur. Ta-
les vel ex filiorum, vel ex seruorum, vel ex ani-
malium nostrorum facto oriuntur. Priores sunt AD-
IECTITIAE QUALITATIS, quae, tamquam ge-
nus, plures sub se species continent. Sic actio
QVOD IVSSV genus est, quia datur *condictio certi*
QVOD IVSSV, actio *emti* QVOD IVSSV, *condictio*
ex stipulatu QVOD IVSSV, *cet.*

§. 1205.

Tales fere actiones sunt, quae ex facto non *Actiones*
nostro, sed alieno, nascantur. Quamuis enim ne- *ex facto*
mo vel alteri stipulari, vel pro alio promittere. *alieno na-*
(§. 833, 12. 13.) adeoque ex facto alterius alteri *sae.*
nec actio, nec obligatio, nec dominium oriri pos-
sit: aliud tamen obtinet circa *filiosfamilias et ser-*
uos, ob unitatem personae, quae vinculum pote-
statis efficere intelligitur. (§. 469. sequ.)

§. 1206.

Obligatur vero pater et dominus ex facto filii- *Veluti filii*
familias vel serui, non illicito, ex quo filius ipse in so- *vel serui,*
lidum conuenitur: (l. 4. §. 2. D. quod cum eo, qui in
alien. potest est, neg. gest. esse dic.) sed ex contractu,
l. 1. D. eod. l. 39. D. de oblig. et act. vel 1) quod *ius-*
sit, vel 2) quod *negatio praeposuit*, vel 3) quod *pe-*
culium adest, vel 4) quia *in rem versum* est. Ex pri-
ma causa oritur actio QVOD IVSSV, ex secunda
EXERCITORIA ET INSTITORIA, ex tertia TIBV-
TORIA et de PECVLIO, ex quarta de IN REM
VERSO. d. l. 1. D. b. r.

§. 1207.

§. 1207.

Actio quod iussu.

IVSSVM proprie est parentum et dominorum. (6. 954. 5.) Iussisse ergo videntur, qui vel testamento vel per epistolam, vel verbis aut per nuncium, vel generatim, vel specialiter in vno contractu iusserunt, mandarunt, gestumue ratum habuerunt. l. 1. §. 1. 3. 4. 6. D. quod iussu.

§. 1208.

Eius natura.

Quò factò praetor dat actionem QVOD IVSSV adiectitiae qualitaris, (§. 1204.) ei, quocum filius vel seruus patris vel domini iussu contraxit, contra patrem dominumue in solidum §. 1. Inst. b. 2. Quamuis iure nouo directe quoque et ciuilitè contra patrem vel dominum iubentem ex contractu, eius iussu iurto, agi possit. §. ult. Inst. b. 2.

§. 1209

Actiones exercitoria et institoria.

Deinde commerciorum causa repertae actiones EXERCITORIA ET INSTITORIA. EXERCITOR vero est, ad quem quotidianae nauis, seu propriae seu conductae obuentiones et redditus pertinent: §. 2. Inst. b. 2. l. 1. §. 15. D. de exerc. act. Qui enim ita vel ab exercitore vel a domino nauis nauis praepositus est, vt ei totius nauis cura incumbat, is MAGISTER NAVIS adpellatur, siue sit liber, siue seruus, itque siue proprius, siue alienus. l. 1. §. 1. 3. 4. 5. D. eod. §. 2. Inst. b. 2. INSTITOR denique est, qui tabernae ad emendum vendendumque praepositur, cuiuscumque sit conditionis vel aetatis. l. 18. D. de instis. act.

§. 1210.

Exercitoriae naturae.

Est ergo EXERCITORIA actio adiectitiae qualitatis, (§. 1204.) quae a praetore datur ei, qui cum magistro nauis (non cum nauis, l. 1. §. 2. D. eod.) iis de rebus, quarum causa noui praepositus est, contraxit, l. 1. §. 8. 9. 12. D. de exerc. act. eiusue heredi, aduersus exercitorem, eiusue heredem, vel plures exercitores in solidum, l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. D. eod. ad praestandum id, quod ex contractu debatur. §. 2. Inst. b. 2.

§. 1211.

§. 1211.

INSTITORIA et ipsa qualitatis adiectitiae, (§. *Et institoriae.* 1204.) datur ei, qui cum institore iis de rebus, quarum causa propositus est, contraxit. *l. 5. §. 11 sequ.* *D. l. 3. C. de inst. act.* eiusque heredi, aduersus eum, qui praeposuit, eiusque heredem, vel plures praepo- nentes in solidum, *l. 13. §. ult. D. eod. ad consequendum id, quod ex contractu debetur. §. 2. Inst. b. r.*

§. 1212.

Sed de his actionibus adhuc obseruandum, I. *An et ma- gister nauis et institor conueniri possint?* Magistros etiam nauium et institores directe conueniri posse ex contractu suo, quamdiu naui vel nego- tiationi praesunt, non autem finito officio, *l. ult. D. de inst. act.* nisi vel fidem suam pro dominis ob- strinxerint, *l. 67. D. de procur. vel falsi fuerint exer- citores vel institores, Sand. lib. III. tit. 7. def. 1.*

§. 1213.

II. Posse quidem eum, qui cum institore vel ma- *An et do- minus pos- sit agere cum iis, qui cum insti- tore vel ma- gistro con- traxere?* gistro nauis contraxit, cum domino tabernae vel ex- ercitore agere, non autem hos aduersus eos, qui cum institore vel magistro nauis contraxerunt, nisi aliter rem suam seruare nequeant. *l. 1. l. 2. D. de inst. act. l. 1. §. 18. D. de exerc. act.* Ergo contra institorem potius vel magistrum nauis agunt conducti vel man- dati, si sint liberi homines.

§. 1214.

III. Nouo iure etiam directe agi posse aduersus *Ius nouum,* exercitores vel dominos tabernae. (§. 1211.) §. ult. *Inst. b. r.*

§. 1215.

Vsu fori hodierno, saltim in Belgio, aduersus *Vsus fori.* plures exercitores vnus nauis, vel dominos vnus tabernae, non datur amplius actio in solidum. *Grot. lib. II. de iur. bell. et pac. cap. 11. §. 13. Vinn. ad l. 4. D. h. r. Struu. exerc. XX. §. 12.*

§. 1216.

TRIBUTORIA actio attribuendo dicitur, *Actio tri- butoria.* RE vero hic idem est, ac distribuere. Si enim fi- *liuf.*

liisfamilias vel seruis, sciente patre vel domino, negotiatus fuerat: creditoribus filii vel serui satisfactionem exigentibus, patri vel domino ius erat merces peculiares pro rata distribuere.

§. 1217.

Eius natura.

Quod si is dolo malo inaequaliter tribuerat: praetor creditoribus dabat actionem TRIBVTORIAM adiectitiam, (§. 1204.) contra patrem vel dominum, dolo malo vel plane non, vel inaequaliter tribuentem, eiusque heredem *, (*l. 7. §. ult. l. 8. l. 9. D. de tribut. act.*) vt merces peculiares pro rata tribuantur. §. 3. *Inst. b. r.*

* Quamuis enim haec actio non aliter, quam dolo interueniente competat: tamen non est de dolo. *l. 8. D. de tribut. act.* Id est, creditores, quamuis agere nequeant, nisi dolo inaequaliter tributum sit, tamen non agunt ad puniendum dolum, sed ad rem persequendam, adque et aduersus heredem recte agunt.

§. 1218.

Vfus boni serui.

Quia autem seruis hodie non vtimur ad negotiandum in mercibus peculiaribus, et filiofamilias negotiantes plerumque exeunt patria potestate: vsum sane huius actionis vel nullum, vel rarissimum esse oportere, per se patet.

§. 1219.

Actio de peculio.

Eiusdem fere naturae est actio DE PECVLIO. *Peculium* quid sit, et quotuplex, iam supra explicauimus. (§. 473. *sequ.*) Quod si quis itaque cum filiofamilias vel seruo contraxerat: actio aduersus patrem vel dominum non iubentem ex eo contractu non dabatur, nisi filio vel seruo esset *peculium profectitium* *. Tunc enim praetor concedebat actionem adiectitiae qualitatis DE PECVLIO iis, qui cum seruo vel filiofamilias contraxerant, aduersus dominum vel patremfamilias, in id, vt soluat, quantum esset in *peculio*, §. 4. *Inst. b. r.* §. 10. *Inst. de action.* deducto prius, quod ipsi domino vel patri, nec non fratribus in eiusdem patris potestate constitutis debebatur. *l. 9. §. 2. 3. l. 6. pr. D. de pectal.*

* De

* De castrensi enim et quasi castrensi ipse filius tamquam paterfamilias tenetur. (§. 478, 1.) l. 18. *D. de castren. pecul.* De aduentitio pater conuenitur, non actione de peculio, sed tamquam legitimus filii administrator. (§. 480.) l. 6. l. ult. *C. de bon. quae liber.*

§. 1220.

Huius quoque actionis, quatenus ad seruorum contractus pertinet, nullus hodie vsus. Quod attinet ad filios, nostris moribus raro illis dantur pecunia profectitia, iisque datis patria potestas fere soluitur. Vbi tamen pater filiofamilias pecuniam dat ad negotiandum, ibi actionem de eo etiamnum institui posse non negauerim.

Eius vsus hodiegrus.

§. 1221.

Denique adiectitiae qualitatis est actio DE IN REM VERSO. In rem vero patris vel domini versum censetur, quidquid necessario vel vtiliter impensum est a filio vel seruo, quoque domini vel patris patrimonium auctum est. l. 3. §. 1. 2. sequ. *D. de in rem vers.*

Actio de in rem verso.

§. 1222.

Quum ergo aequitati aduersetur, alterum cum alterius damno fieri locupletiolem: (§. 967, 2.) praetor iis, qui cum filiofamilias vel cum seruo contraxerant, actionem DE IN REM VERSO dat contra patrem vel dominum, in id, quod et quatenus in rem versum est. §. 4. *Inst. h. t. l. 1. pr. §. 4. D. de in rem vers.*

Eius natura.

§. 1223.

Et haec tenus quidem perinde est, siue quis cum seruo contraxerit, siue cum filiofamilias. Circa hunc vero singulare quid occurrit, quod SCTO MACEDONIANO inuectum, nouimus. Quum enim inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset, et saepe, qui incertis nominibus (*Horat. lib. II. epist. 1. vers. 105.*) crederet, materiam peccandi malis moribus praestaret: sub Claudio imp. * (*Tacit. lib. XI. anal. cap. 12.*) senatui placuit, ne cui, qui filiofamilias mutuanam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius

SC. Macedoniani origo.

in potestate fuisset, actio petitioque daretur, ut scirent, qui pessimo exemplo foenerarent, nullius posse filiumfamilias bonum nomen, exspectata patris morte, fieri. l. 1. pr. D. de SC. Macedon.

* Filiusfamilias, cui creditum, an foenerator improbus, qui crediderat, Macedo sic dictus, itemque quo tempore in lucem prodierit hoc SC. disquisitionibus in *Pand. part. III. §. 168. sequ.* [et in *Histor. iur. lib. I. §. 219.*]

§. 1224.

*Axiomata
de illo.*

Ex quo fluunt axiomata: I. SC. hoc non tam in gratiam filii mutuam accipientis factum, quam in gratiam patris, et in odium foeneratorum. II. SC. hoc praebet exceptionem, non actionem. III. Idem tantum ad pecuniam in patris detrimentum mutuatam, non ad alias res fungibiles, nec ad alios contractus pertinere. l. 3. §. 3. l. 7. §. 3. D. l. 3. C. de SC. Macedon.

§. 1225.

*Consecutaria
ex axioma-
to primo.*

Ex primo sequitur, 1) filium huic exceptioni frustra renunciare. l. 29. C. de pact. l. 40. D. de condict. indeb. 2) Renunciare contra posse patrem vel expresse, quo casu actio quod iussu locum habet, vel tacite, debitum agnoscendo vel soluendo. l. 13. D. l. 2. C. de SC. Macedon. 3) Cessare exceptionem, si pecunia in rem patris versa sit. l. 7. §. 12. D. eod. 4) Filium teneri, si peculium castrense vel quasi castrense habeat, (§. 478, 1.) l. 1. §. 3. l. 2. D. h. t. 5) Nec non si, se patremfamilias esse, mentitus sit, l. 1. C. eod. 6) vel si creditor, eum filiumfamilias esse, nescieverit. l. penult. D. h. t. 7) Maiorem illud SC. non opponere posse minorenni vel pupillo. l. 3. §. 2. D. de SC. Macedon.

§. 1226.

*Ex secun-
do.*

Ex secundo inferitur, 8) filium patremve, si soluerunt id, quod solum, condicere non posse tamquam indebitum. (§. 988.) l. 40. D. de condict. indeb. l. 10. D. de SC. Macedon.

§. 1227.

§. 1227.

Denique ex tertio axiomate colligendum, cessare *Ex tertio.* hanc exceptionem, 1) si pecunia credita in res vtilis, veluti in studia, modo ne ultra modum, *l. 7. §. 13. D. eod.* vel 2) si res aliae praeter pecuniam mutuo datae, modo ne in fraudem SC. * *l. 7. §. 3. D. eod.*

* Quo pertinet contractus *MONASTRA* barbaro nomine dictus, quando quis pecuniae indigo merces cariori pretio credit, vt, iis viliori pretio venditis, pecuniam confiscat. *Valer. Diff. vtriusque fori, tit. Negotiatio, diff. 2. pag. 595. Stryk. Caut. contract. sect. II. cap. 1. §. 31.* qui contractus et ad palliandam usurariam prauitatem, et ad eludendum SC. *Macedonianum* inuentus est,

T I T. VIII.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.

§. 1228.

Actiones superiore titulo explicatae ad contractus *Connexio.* cum seruis vel filiis familias initos pertinent.

(§. 1204.) *EX DELICTO* vel *QUASI DELICTO* filii vel serui nec pater obligatur, nec dominus. (§. 1033.)

Poterat tamen olim vterque, (§. 138, 3.) et iure nouo saltem dominus ex seruorum delictis priuatis * conueniri noxaliter.

* Ob publica enim ipse seruus plebitur, *l. 4. C. de noxal. act. l. 2. C. de accus.* neque dominus offerendo aestimationem damni a seruo dati publicae disciplinae vigore in sistere potest. *l. 17. §. 18. D. de aedil. edict. l. 200. D. de verb. signif.*

§. 1229.

NOXIA dicitur *damnum quocumque priuato serui* *Quid noxia delicto vel quasi delicto datum:* (§. 1080.) ipsum cor- *noxia?*

pus, quod nocuit, id est, seruus, *NOXA* vocatur.

§. 1. *Inst. h. t.* Actio vero *NOXALIS* est, qua vel damni aestimatio, vel serui dedirio a domino petitur.

pr. Inst. l. 1. pr. D. h. t.

§. 1230.

Quum ergo ex quocumque delicto priuato vel quasi *Actionum* delicto nascatur: (§. 1229.) consequens est, 1) vt et *noxalium*

A a

haec *noxia.*

haec actio sit *adiectivae* qualitatis, eiusque tot species, quor sunt delicta priuata vel quasi delicta. Vnde dantur actiones noxae *furri*, *vi bonorum raptorum*, *ex lege Aquillia*, *iniuriarum*, *deiecti vel effusi*, cet.

§. 1231.

Noxa caput sequitur.

Quumque alternatiue ad resarciendum damnum, vel seruum noxae dandum agatur: (§. 1229.) sequitur, 2) vt hae actiones sint in rem scriptae, (§. 1146. *) et hinc noxa sequatur caput. §. 5. *Inst. b. r.* 4) Vt seruus post delictum manumissus, ipse conueniendus sit, adeoque actio noxalis cesset. *l. 4. C. an seru. pro suo fact. l. 15. D. de condict. furt.* multoque magis, 4) si ante litis contestationem seruus obierit diem supremum, actio omnis exspiret. *l. 1. l. 2. D. si ex noxal. caus. l. 69. D. de verb. oblig.*

§. 1232.

Quomodo agatur noxa furti?

Dantur ergo actiones noxales iis, qui delicto vel quasi delicto serui priuato (§. 1230, 1.) laesi sunt, aduersus dominum vel quemcumque serui possessorem, (§. 1231, 2.) ad hoc, vt vel damnum resarciat, vel seruum noxae dedat. *pr. Inst. h. r.*

§. 1233.

An et ob delicta filiorum familias?

Idem et circa maleficia filiorum familias olim obtinebat, (§. 1058) qui et ipsi noxae dari poterant a patre, (§. 138, 3.) saluo illis manumissis iure ingenuitatis. (§. 91, 5.) *Collat. leg. Mos. et Rom. tit. 2. §. 3.* Sed id iure nouo mutatum. Pater ergo hodie nec directe, nec noxaliter ex filii maleficio priuato conuenitur, §. *ult. Inst. b. r.* sed contra ipsum filium agitur, eoque condemnato, datur actio iudicari de peculio aduersus patrem *. *l. 3. §. 11. D. de pecul. l. 33. 34. 35. D. h. r.*

* Rationes huius iuris iam reddidimus supra, (§. 1119. *) qui §. hic omnino conferendus.

§. 1234.

*Vsus ba-
diernus.*

Addimus postremo, huius tituli hodie vsum plane nullum esse in foris nostris, siquidem et serui proprii vel adscriptitii in Germania, quia non omnia dominis

minis adquirunt, (§. 85.) ipsi ex delictis suis conueniuntur, et, si non habent, vnde soluant, corpore et corio luunt. *l. 1. §. ult. D. de poen.*

T I T. VIII.

SI QVADRV P. PAVPERIEM FECISSE D I C A T V R.

§. 1235.

Vti liberi homines DAMNUM: (§. 1080.) serui, et olim filii familias, NOXIAM inferre dicuntur: *Quid pauperies?* (§. 1229) ita quadrupes facere dicitur PAVPERIEM. *Pauperies* itaque est *damnum sine iniuria facientis* (§. 36. *) *datum l. 1. §. 3. D. h. t.*

§. 1236.

Quia tamen et bestias secundum naturam communem viuere, idque faciendo iuri naturae satisfaccere existimabant veteres: (§. 36.) pauperiem tum demum factam aiebant iureconsulti, si quadrupes non prouocata, sed proprio motu, contra naturam* *Quando locum habuerit haec actio?* *damnum dederit, pr. Inst. l. 1. §. 4. D. h. t.* Ita enim quasi deliquisse censebant bestiam; non autem, si secundum naturam *damnum dederit, e. c. gramina depascendo, l. 14. §. ult. D. de praescript. verb.*

* Hinc si fera bestia nocuerat, non dabatur actio de pauperie, quia quum, iudice Quintiliano, ad saeuiciam gignantur, non contra naturam sui generis *damnum dedit, e. c. gramina depascendo, l. 14. §. ult. D. de praescript. verb.* *dedit, e. c. gramina depascendo, l. 14. §. ult. D. de praescript. verb.* dabatur tamen hoc casu actio utilis de pauperie, quae et locum habet, quando animal non quadrupes *damnum dedit, l. 4. D. h. t.*

§. 1237.

Si ergo quadrupes contra naturam generis *damnum dedit, non instigata, nec prouocata, datur actio noxalis, in rem scripta, (§. 1146.) DE PAVPERIE, ei, cuius interest, eiusque heredi, aduersus eum, qui tempore litis contestatae quadrupedis dominus est, in id, vt vel factam pauperiem refarciat, vel noxae dedit animal: pr. Inst. l. 1. pr. l. 3. D. h. t. aut si falso* *Eius natura.* *negat*

negauerit, suum esse animal, in solidum. *l. 1. §. 15. D. h. r.*

§. 1238.

Quid si quis quadrupedem instigaris?

Si instigante alio animal fecerat pauperiem: contra instigantem dabatur actio ex lege Aquillia. *l. 1. §. 4. sequ. D. h. r.*

§. 1239.

Quid si quadrupes agrum depascendo nocuerit?

Si secundum naturam agrum depascendo nocuerat: competebat actio *IN FACTVM* de pastu pecorum. *l. 14. §. ult. D. de praescript. verb. quae et ipsa noxalis fuisse videtur. Paull. Sent. recepr. lib. I. tit. 15. §. 1. Sin dominus immiserat bestiam: actio ni ex lege Aquillia locus erat, l. ult. C. de leg. Aquill. quia id quoque iniuria, id est, damnum iniuria datum. Iuuen. Sat. XIII. v. 151.*

§. 1240.

Actio aedilitia ob feram iuxta viam habitam.

Denique qui verrem, aprum, canem iuxta viam, ubi iter sit, habet, is ei, qui damnum aestimabile inde sensit, in duplum; vel, si liber homo occisus, in ducentos solidos; sin eidem nocitum, in id, quod arbitratur iudex, tenetur ex edicto aedilitio. (§. 1112.) *§. 1. Inst. h. r. l. 42. D. de aedilit. edict.*

§. 1241.

Vfus hodiernus.

Vfus fori hodiernus non ubique idem est. Iure Saxonico, siue fera siue mansueta quadrupes pauperiem fecit, damnum facit dominus per wergeldum *, nisi confestim bestiam expulerit. *Ius prov. Sax. lib. II. art. 40.* Quibusdam locis ius Romanum obtinet, veluti in Prussia. *Ius Prut. lib. VI. tit. 11. art. 5. §. 1.* De aliis locis conferantur Groeneweg. *de legib. abrog. ad pr. Inst. h. r. n. 5.* Grot. *iur. Belg. lib. III p. 38. n. 13.* In Frisia, si animal antea famosum fuerit ob feritatem, dominus abscisse pro damno praestat dimidium eius, quod praestandum esset ex statutis, si homo id dedisset. Sin ignota fuerit pecudis ferocia: aut damnum faciendum, aut pecus noxae dandam. *Stat. Fris. lib. II. tit. 3. art. 4.*

* Wergel-

DE IIS, PER QVOS AGERE POSSVMVS. 371

* Wergeldum masculi occisi in Saxonia est viginti imperialium; feminæ decem. Schilt. exerc. XVIII. § 14. sequ.

§. 1242.

Ob damnum depascendo datum plerisque locis *Pignorationis priuatæ origo et indoles.* recepta est pignoratio, vti vocant, vel inclusio animalis, (iure Romano illicita, l. 39. D. ad leg. Aquill.) in agro deprehensi, dummodo id statim offeratur iudici rei sitæ. Quo facto, animal tamdiu retineri potest, donec damna et expensas refuderit dominus. Stryk. *Kf. bod. Digest. b. 2. §. 15. Meu Decif. I, 34, 13.* In Frisia hac ex parte eatenus seruatur, l. 39. D. ad leg. Aquill. vt si is, cui damnum datum, quadrupedem non violenter expulerit, sed custodierit, dominus arbitrio iudicis ad satisfactionem damni, et ad refusionem alimentorum pecudis teneatur. *Stat. Fris. ibid. art. 3.*

§. 1243.

Loco actionis aedilitiæ in duplum conceptæ, *Vfus actionis aedilitiæ.* et poena pro modo culpæ fere est arbitraria. Vid. *Const. crim. Carol. art. 136.*

T I T. X.

DE IIS, PER QVOS AGERE POSSVMVS.

§. 1244.

Quum omnes actiones ex iuris formularii veteris principiis essent actiones legis, (§. 69.) *Qlim per alium agere non licebat.* l. 2. §. 6. D. de orig. iur. hæc vero per alium explicari haud possent; (§. 70.) l. 123. D. de reg. iur. præterea quoque nemo iure Romano alteri, cuius in potestate non est, adquirat: (§. 482.) §. 5. *Inst. per quas pers. cuique oblig. adquir.* inferebant veteres, neminem pro alio agere, vel actionem excipere posse. *pr. Inst. b. 2. et ibi Vultei.*

§. 1245.

Nullus ergo apud veteres admittebatur procurator*, nisi quis vel pro populo, vel pro libertate, *Exceptis paucis castis.* (Liu. lib. III. cap. 45.) vel pro pupillo, vel furti ex *lar.*

lege Hostilia agere vellet pro eo, qui apud hostes erat, vel pro absente rei publicae causa, eoue, qui in eorum tutela esset. *pr. Inst. h. t.*

* Unde dirissima lex 12. tab. *si morbus acutus visium estis, qui in ius vocat, iumentum dato: si nolis, arceramne stur. etc.* Gell. *lib. XX. cap. 1.* Inde etiam ob morbum fonticum non admittebatur procurator, sed *dies diffindebatur.*

§. 1246.

*Quomodo
nihilomi-
nus admissi
potuerint
procurato-
res?*

Quum vero id admodum videretur incommodum: iureconfulti veteres rationem commenti sunt, qua et in aliis causis procuratores, salvis illis principiis, (§. 1244.) admitti possent. Fingebant enim, *procuratorem fieri dominum litis. l. 4. §. 3. D. de alienat. iud. mut. caus. fact. l. 4. §. ult. D. de adpellat. l. 23. C. de procurat. l. 11. §. 3. D. de except. dol. mal. Altelerra de fict. iur. lib. II. cap. 13.*

§. 1247.

*Dominium
litis quale?*

Dominium illud litis adquiri ordinarie* fingebatur litis contestatione, *l. 4. §. ult. D. de adpellat.* sed praeuio veri domini mandato, *l. 1. pr. D. de procurat.* Hoc instar tituli vel causae erat, litis contestatio instar occupationis. Mandabat dominus, ut procurator dominium litis occuparet: procurator illud occupabat per litis contestationem, *l. 32. D. de procurat.* Hinc et sententia ferebatur in procuratorem, *l. vii. C. de satisfat.* et eidem aequae ac principali, adquirebatur actio rei iudicatae, et aduersario eadem dabatur contra utrumque, quamuis ea exceptione elidetur, *l. 28. D. de procurat.*

* Extra ordinem et satisfactione *de rato et indicatum solius* dominium litis et sine mandato adquirebatur, *l. 40. §. ult. D. de procurat.* Sed posteriore casu qui alieno nomine litem suscipiebat, non procurator, sed DEFENSOR vocabatur, *l. 46. §. 2. l. 76. D. de procurat.*

§. 1248.

*Procurator
quis?*

Procurator ergo hic est, qui *negotia iudicialia, vel lites alienas, domini mandato administrat. l. 1. pr. l. 33. pr. §. 1. D. de procurat.*

§. 1249.

Quum ergo in procuratores dominium litis transfere-
 ferendum esset: (§. 1246. sequ.) sequebatur, 1) ut
 constitui possent a dominis solis *, l. 1. pr. D. h. r. Qui eos
constituat?
 2) nec ab omnibus tamen, sed ab iis, quibus libera re-
 rum suarum esset administratio. Unde haud consti-
 tuuntur furiosi, mente capti, infantes, surdi, muti, cet.

* Unde iam patet, cur tutores et curatores ante litis con-
 testationem non procuratores, sed actores constituant,
 et cur post litis contestationem procuratorem dare
 possint. Vid. supra 277.

§. 1250.

Hinc etiam liquet, 3) procuratores esse posse, qui
 cumque et dominium acquirere, et in foro commode
 agere possunt: non ergo furiosos, mente captos, in-
 fantes; l. 2. §. 1. D. de procurat. non v. minas, l. 54.
 D. eod. milites, l. 1. §. 2. D. eod. minores annis se-
 ptemdecim, l. 13. D. de manumiss. vind. §. 5. Inst. qui
 et ex quib. causis seruos, infames, modo eorum ma-
 nifesta sit infamia. §. ult. Inst. de except.

§. 1251.

Inde etiam patet, 4) admitti potuisse procurato-
 res in causis civilibus quibuscumque, pr. Inst. h. r. In quibus
causis?
 l. 1. D. de procurat. non in criminalibus, l. penult.
 §. 1. D. de public. iud. nisi reus iam litem contestatus
 esset, et poena absenti quoque infligi possiet. l. 10. D.
 eod. l. 33. §. 3. D. de procurat.

§. 1252.

Quum tamen hoc factum tantum esset dominium: Quomodo
id officium
cesset?
 (§. 1246) inferebant, procuratoris officium solui,
 5) mutuo dissensa, §. ult. Inst. quib. mod. toll. oblig.
 6) reuocatione mandantis ante litis contestationem,
 (post illam enim ob §. 1247. causae cognitione opus
 erat, l. 17. sequ. D. h. r. 8) renunciatione procurato-
 ris tempestiue facta, §. 11. Inst. de mand. 9) non
 autem morte domini, vel procuratoris, l. 23. C. de
 procurat. qua alia mandata soluuntur. §. 10. Inst. mand.

§. 1253.

*Vfus bo-
dsernus.*

Enimvero hodie saltim per Germaniam procurator non est dominus litis, sed mandatarius, et hinc plerique effectus domini litis cessant. Concipitur enim in ipsos principales sententia: actio iudicati non procuratori, sed soli domino, acquiritur: nec contra procuratorem datur, sed contra mandantem. Hinc et libere hodie reuocatur mandatum, tum ante, tum post litis contestationem. Sed et morte mandantis eius officium exspirat, nisi mandatum simul conceptum sit nomine heredum, quod necessario fieri debet per *Rec. imp. a. 1654. §. 99. Boehmer. Diss. de domin. litis cap. 3.*

T I T. XI.

DE SATISDATIONIBVS.

§. 1254.

*Cautio
iudicialium
ratio.*

Interest litigantium, ne iudicia fiant elusoria; et hinc a se inuicem CAUTIONES exigunt.

§. 1255.

*Cautio qua-
suplex?*

CAUTIO est, qua parti aduersae praestatur securitas: eaque vel FIDEIVSSORIA est, quae et SATISDATIO dicitur, (§. 279.) vel PIGNORATI-TIA, vel IVRATORIA, vel NVDE PROMISSORIA, *rubr. tit. D. qui satisfac. cog. vel iurato promitt. vel suae promiss. committ. l. 1. §. 9. D. de collat. bon. §. 2. Inst. h. t.*

§. 1256.

*Qualis exi-
gi soleat?*

Ordinarie cauetur fideiussoribus. Pignora tunc admittuntur, si aestimatio rei certa sit: (§. 281.) iurato promittunt tum viri illustres, *l. 17. C. de dign. tum olim possessores rerum immobilium, l. 26. §. 6. C. de episc. aud. l. ult. C. de sportul. l. ult. C. de princ. agent. in. reb. tum alii, probatae vitae, qui idoneos fideiussores et pignora reperire haud possunt. Arg. Nou. 111. tap. 2. Suae denique promissioni committuntur hodie ex sententia in foro recepta possessores rerum immobi-*

mobiliū, (§. 389.) l. 15. pr. D. qui satisfilar. cog. nec non fiscus et res publica, l. 1. §. 18. l. 6 §. 1. 1). ut leg. vel. fideicommiss. seru. causs. cau. immo et clerici, l. 25. §. 1. l. 33. §. 3. C. de episc. et cler.

§. 1257.

Et quidem iure nouo REVS nec actione per-^{Reus quo-}sonali, nec reali conuentus, cautionem de iudica^{modo}to soluendo praestat, sed tantum de iudicio sisti, si^{caueat?} mulque, quod in iudicio permansurus sit ad terminum litis. §. 2. Inst. h. t.

§. 1258.

ACTOR cauet, se sub poena dupli intra duos^{Item actor?} menses a tempore exhibiti libelli litem contestaturum, eamque ad exitum persequuturum, et, si succubuerit, decimam quantitatis libello comprehensae partem, impensarum nomine restitutum. Nou. 96. cap. 1.

§. 1259.

Procurator REI praesentis ex sua persona non^{Procura-}cauet: sed reus vel praesens in iudicio pro eo satis^{tor rei?} promittit, vel extra iudicium pro eo satisfidat, partim de iudicatum solui, partim, quod tempore sententiae recitandae venturus sit in iudicium. §. 4. Inst. h. t. REI absentis procurator, vel defensor potius, cauere tenetur de iudicatum solui. §. 5. Inst. eod.

§. 1260.

Procurator ACTORIS vero mandato instructus^{Procurator} non cauet: l. 1. C. de procurat. mandato destitutus^{actoris?} non admittitur, etiamsi satis offerat. l. 1. l. 24. C. de procurat. Si mandatum vel quodammodo inane videatur, vel persona coniuncta pro altera, vel procurator omnium bonorum pro domino, vel tutor pro pupillo, curator pro minore agat, satisfidabit, dominum rem ratam habiturum. §. 3. Inst. h. t. l. 1. C. l. 35. l. 40. §. ult. D. de procurat.

§. 1261.

Hodie ordinarie non cauet reus, nisi de fuga^{Quando ho-} suspectus, vel arresto constrictus, vel eius criminis^{die enecat} reus, quod poenam capitalem vel corporis adflictiuam^{reus?}

non meretur. Tunc enim *de iudicio fisci et iudicatum solvi* cauere iubetur.

§. 1262.

Quando actor?

Actor contra ordinarie cauet *de impensis litis*, et quidem non de decima illa parte summae, quam libello complexus est, (§. 1258.) sed de omnibus, reo, si succubuerit, et in impensas condemnatur, restituendis. His locis, ubi reconuentioni, finita demum conuentione, locus est, actori etiam iniungitur cautio *de reconuentione*, dummodo reus causam reconueniendi indicet. Procurator non cauet, sed mandatum offert cum formula *sub hyparbeca bonorum*: quod si vitio laboret, idem seruatur, quod diximus §. 1260.

T I T. XII.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS,
ET QVAE AD HEREDES ET IN HEREDES
TRANSEVNT.

§. 1263.

Actionibus cur praescribatur?

Quum et iura et actiones in bonis esse censentur: § 388, 2.) veteres inde collegerunt, vti rerum corporalium dominium, ceteraque iura, tempore expirant; (§. 438.) ita et actiones expirare, maxime, quum interesse videretur rei publicae, ne lites essent immortales.

§. 1264.

Actiones vel perpetuae, vel temporales.

Quum autem aliae actiones citius, aliae tardius expirent: iure Romano aliae PERPETVAE, aliae TEMPORALES adpellantur. PERPETVAE, quae triginta saltem annos vel longum certe tempus durant*: l. 3. C. de praescript. trigint. ann. TEMPORALES, quae citius expirant.

* Olim actiones civiles erant perpetuae, hodie tantum ita vocantur, si saltem triginta annos durent. l. 1. §. 1. C. de annal. except. Nam spatium triginta annorum veteribus erat *γενεα*, adeoque perpetuum dicebatur,

tur, quod triginta annos durabat. *Glossae nomicae* :
 Περπετῶν καλεῖ καὶ τὸν τριάκοντα εἰτίας
 χρόνον, καὶ τὸν ἄχρι τῆς ζωῆς τῆ ἀνθρώ-
 πῃ χρόνον: perpetuum vocatur tum triginta annorum
 spatium, tum quod per vitam hominis durat. Addidi-
 mus: vel longum saltem tempus. Nam et actiones rea-
 les perpetuae dicuntur in iure nostro.

§. 1265

De utrisque observandae regulae: I. *Actiones in Regula I.*
rem, si alter usucapiat, tandem durant, quamdiu ipsum de actioni-
 ius in re, ex quo oriuntur: (§. 445.) alias sunt trigini-
 bus reali-
 bus.
 ta annorum. l. penult. C. de praescript. long. temp. Hinc
 rei mobilis VINDICATIO post triennium, immobili-
 lis inter praesentes post decennium, inter absentes
 post vicennium expirat, nisi vel rei possessae vitium,
 (§. 450, 3.) vel mala fides possessoris, vel personae,
 contra quam praescribitur, aetas usucapionem impe-
 diat, ubi rei vindicationi post triginta annos; (§. 450,
 2. 4. 5.) vel nisi ecclesiae, aut ciuitates, aut fiscus res
 suas vindicent, ubi post quadraginta demum annos
 eidem praescribitur, (§. 451.) *Auth. quas actiones*
C. de SS. eccles. Quod idem contingit, si lis sit
 contestata. l. ult. C. de praescript. trigint. vel qua-
 drag. annor.

§. 1266.

Ordinarium usucapionis tempus obtinet etiam *Imprimis*
 circa actionem CONFESSORIAM ET NEGATORIAM, *confessoria*
 quia et seruitutibus inter praesentes decem, inter ab-
 et negato-
 riam.
 sentes viginti annis praescribitur. (§. 413, 3.) In
 foris tamen Germanicis fere inoleuit opinio, serui-
 tutes rusticorum praediorum, quas discontinuas vo-
 cant, immemorabili demum tempore et adquiri, et
 expirare. *Gail. lib. II. obs. 66. n. 7. Meu. part. VIII.*
decis. 168. n. 9.

§. 1267.

Idem etiam tempus obtinet circa ius hypothecae, *Hypotheca-*
 quod ipsum quoque decem annis inter praesentes, *ria.*
 viginti inter absentes excluditur, si res ad tertium
 posses-

possessorem bona fide et iusto titulo peruenerit. *l. 1. §. 2. C. si aduers. cred. triginta annis*, si tertius mala fide possideat, *l. 7. pr. C. de praescript. trig. ann. quadraginta annis*, si ipse debitor possideat. (§. 451, 4.) *l. 1. §. 1. C. de annal. except.* Et tandiu etiam tunc durat actio **HYPOTHECARIA**.

§. 1268.

An et hereditatis petitio et querela inofficiosa? Solae actiones ex iure hereditario natae diuersae naturae sunt. **HEREDITATIS** enim **PETITIONI** tamquam mixtae triginta annis; *l. 7. C. de petit. hered. l. 3. C. in quib. caus. cess. long. temp. praescript.* **QUERELAE INOFFICIOSAE**, tamquam odiosae, quinquennio praescribitur. (§. 584, 3.)

§. 1269.

An et actio-nes in rem scriptae? Addimus, actionum illarum in rem naturam ex actionibus personalibus in rem scriptis, seruari actionem **QVOD METVS CAVSSA**, quae, quatenus in simplicum concepta est, longo tempore exspirat, si tertius b. f. et iusto titulo possidet. *l. 3. C. de his, quae vi met. caus.*

§. 1270.

Regula II. de actionibus personalibus rei persecuto-riis. Altera regula est: II. *Actiones personales rei persecutoriae, civiles et praetoriae, perpetuae sunt, adeoque triginta annos durant.* Exceptae sunt 1) actio personalis ad seruitutem promissam consequendam, quae actiones reales imitatur, (§. 1265.) et non nisi decennii vel vicennii non vsu exspirat, *l. penult. C. de usufr. l. 13. C. de seruit.* 2) actiones ecclesiarum, ciuitatum, filci, quae quadraginta annos durant. (§. 451, I.) 3) actiones honorariae, quae ad relictionem actus tendunt, quae sunt temporales. Sic actio *Pauliana* annum vtilem, *l. 1. §. ult. l. 10. §. 18. D. quae in fraud. cred.* restitutiones pleraeque quadriennium; *l. ult. C. de temp. in integr. restit.* actio redhibitoria sex menses; quanti minoris annum durat, *l. 38. pr. D. de aedilit. edict.*

§. 1271.

Reg. III. de actionibus poena- III. *Omnes actiones poenales ex delictis priuatis ciuiles perpetuae, praetoriae annales sunt.* Excipitur 1) actio

FVRTI MANIFESTI, quae, tametsi a praetore inuenta, perpetua est, *pr. Inst. h. r.* quia exemplo legis 12. tab. inuenta: 2) actio FVRTI aduersus nautas, caupones, stabularios, et 3) actio ARBORVM FVRTIM CAESARVM, quae itidem praetoriae, et perpetuae tamen. *l. ult. D. naut. caup. stab. l. 1. §. 6. 7. D. arb. fur. caes.* Cuius naturae etiam sunt 4) actio DEPOSITI MISERABILIS, *l. 18. D. depos.* 5) SERVI CORRUPTI, *l. 13. D. de seru. corr.* 6) de EFFVSIS ET DEIECTIS, nisi de occiso libero homine agatur, quo casu annalis est. *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel deiec.* 7) Actio de dolo biennalis est, et ne litis quidem contestatione perpetuatur. *l. ult. C. de dol. mal.*

§. 1272.

Quartum axioma esto: IIII. *Accusationes criminales ordinarie vicennariae sunt. l. 12. C. ad leg. Cornel. de falsis.* Ordinarie inquam. Nam fallit regula, 1) si crimen continuetur, siquidem tunc perpetua est accusatio, *l. 4. C. de apost.* 2) in crimine adulterii, *l. 29. §. 5. sequ. D. ad leg. Iul. de adult.* 3) in crimine peculatus, *l. 7. D. ad leg. Iul. pecular.* et 4) ex SC. Siliano, quibus quinquennio praescribitur. *l. 13. D. ad SC. Silan.*

§. 1273.

Ex eodem fundamento, quod actiones in bonis sint, (§. 1263) eae etiam ex parte heredibus et aduersus heredes dantur. Ex parte inquam. Vnde primum axioma: I. *Omnes actiones rei persecutoriae et poenales heredibus quoque dantur, nisi vel ad meram vindictam comparatae sint, vel actoris speciatim non intulerit.* Vnde facile patet, cur actiones iniuriarum, (§. 1102) de inofficioso testamento, (§. 584, 2.) de calumniatoribus, (§. 1169, 6.) de reuocanda donatione ob ingratitudinem, (§. 463, 3.) omnesque actiones populares (*l. 5. §. 5. D. de his, qui effud.*) heredibus non competant.

§. 1274.

Alterum est: II. *Omnes actiones rei persecutoriae, etiam si ex delicto sint, aduersus heredes dantur. §. 1. II. Inst.*

Inst. b. t. Exemplo est *condictio furtina*, quae et aduersus heredes instituitur, (§. 1062.) l. 9. *D. de condict. furt.* nec non *actio rerum amotarum*, quamuis priorem ideo quidam ex delicto esse negent. Immo axiomatis nostri veritas etiam patet ex §. 9. *Inst. de leg. Aquill.* vbi imperator concedit, actionem legis Aquilliae, quamuis ex delicto sit, tamen *transituram fuisse aduersus heredem, si ultra damnum lis nunquam aestimaretur*, id est, si esset rei persequutoria.

§. 1275.

Axioma
III.

III. *Actiones poenales, siue ex delicto, siue ex contractu, heredibus quidem, sed non contra heredes, dantur, nisi ab ipsis delinquentibus sint contestatae.* §. 1. *Inst. b. t. l. 26. l. 58. D. de oblig. et act. l. 164. D. de reg. iur.*

T I T. XIII.

D E B X C E P T I O N I B V S.

§. 1276.

Connexio.

Hactenus de *actionibus*. Quemadmodum vero actoris est, ius suum persequi in iudicio: ita rei, se defendere; idque fit, vel negando fundamentum actionis, vel causam fatendo quidem, sed subiuncta **EXCEPTIONE**.

§. 1277.

Exceptio
quid?

EXCEPTIO vero latius accepta est *omnis rei allegatio ac defensio, qua intentio actoris vel ipso iure, vel ob aequitatem eliditur.* l. 2. §. 1. l. 15. *D. h. t.* Si vero accipiat *strictius*, est *actionis iure stricto competentis ob aequitatem exclusio.* *pr. Inst. b. t. l. 2. pr. D. h. t. l. 12. D. de dol. mal. et met. except.* Ergo *exceptiones proprie non sunt, quibus ipso iure actio excluditur, vti solutionis, compensatio- nis, quamuis hodie in foro id nomen obtineant, et a doctoribus exceptiones facti appellentur.*

§. 1278.

§. 1278.

Eae sunt vel CIVILES, quae ex iure civili; vel *Civiles et* FRAETORIAE: quae ex iure praetorio nascuntur. §. 7. *praetorias.* *Inst. b. t.* Sic CIVILES sunt exceptio SC. *Moçedoniani, Velleiani, non numeratae pecuniae, praescriptionis*; FRAETORIAE, exceptiones *doli mali, pacti, iurisiurandi, quod metus causa.*

§. 1279.

Deinde aliae PERPETVAE et PEREMTORIAE *Perpetuae* sunt, quae semper agentibus obstant *, et semper rem, et *peremptoriae* de qua agitur, perimunt, §. 9. *Inst. b. t.* quales sunt omnes superiore paragrapho recensitae; vel TEMPORARIAE et DIATORIAE, quae ad tempus nocent, et temporis dilationem tribuunt, §. 13. *Inst. b. t.* siue ob personam et iurisdictionem iudicis, siue ob inhabilitatem actoris vel procuratoris, siue ob modum procedendi, siue ob merita causae. Tales sunt exceptiones *praescriptionis fori, suspecti iudicis, feriarum, libelli obscuri, cautionis, ante diem petitionis.*

* Alio sensu quaedam exceptiones dicuntur *perpetuae*, quia nullo tempore iis praescribitur, quamvis actiones ex eadem causa temporales sint, veluti exceptio doli, quae perpetua est, quamvis actio de dolo sit biennalis. Et tales ordinarie sunt omnes, quia reus non potest prius excipere, quam actione conveniatur. l. 5. §. ult. *D. de dol. mal. et met. except.* Temporariae contra hoc sensu sunt, quae certo tempore expirant, quales sunt, quae per modum actionis proponi possunt, vti exceptio *non numeratae pecuniae*, quam biennalem esse diximus; (§. 894, 2.) l. 4. *C. de non num. pec.* et exceptio *non numeratae dotis*, de qua §. 893. itemque *querelae inofficiosi testamenti*. l. 8. §. 14. *D. de inoff. testam.*

§. 1280.

Postremo quaedam exceptiones IN REM sunt, *In rem et* quae rei cohaerent, et hinc heredibus quoque et fidei- *personam.* iussoribus profunt, vti peremptoriae pleraeque: quaedam IN PERSONAM, quae personam non egrediuntur, vti exceptiones *competentiae*, (§. 1198.) *pacti personalis de non petendo*. l. 22. l. 35. §. 1. *D. de pact.*

§. 1281.

§. 1281.

Quando
opponendae
dilatatoriae?

Exceptiones *dilatatoriae* opponendae sunt ante litis contestationem, *l. penult. ult. C. b. r.* nisi vel ad iudicii substantiam pertineant, idque retro nullam reddant, *l. 24. C. de procurat.* vel post litem contestatam demum aut emerferint, aut ad rei notitiam peruenerint, *l. 4. D. b. r.* Privilegium singulare est exceptionum incompetentis iudicis, *l. ult. C. si a non compet. iud.* et cedendarum actionum, *l. 41. §. 1. D. de fidei-commiss.* quae et post sententiam recte opponuntur.

§. 1282.

Quando
permissio-
riue?

Peremptoriae in iudiciis *bonae fidei* opponi possunt in quacumque parte iudicii: in iudiciis stricti iuris ante litis contestationem allegandae, et post litis contestationem probandae sunt, *l. 8. C. b. r. l. 9. C. de praescript. long. temp.* Exceptis iis, quae litis ingressum impediunt, quae ante litis contestationem allegandae et probandae, et exceptionibus SC. Velleiani et Macedoniani, quae et post sententiam recte opponuntur, *l. 11. D. ad SC. Velleian.*

T I T. XIII.

DE REPLICATIONIBVS.

§. 1283.

Connexio.
Replicatio.

¶ *ti reus* exceptione sua intentionem actoris; (§. 1277.) ita actor noua allegatione exceptionem rei elidit: eaque vocari solet REPLICATIO. *pr. Inst. b. r.*

§. 1284.

Duplicatio.

¶ Quum vero contingere possit, vt replicatio, quae prima facie iusta est, noua allegatione excludatur a reo: ea tunc vocatur DUPLICATIO. *§. 1. Inst. eod.*

§. 1285.

Quos alle-
gationes
partibus
permissio-
dae?

¶ In quibusdam foris et actori TRIPPLICATIO, et reo QUATRIPPLICATIO conceditur, *§. 2. Inst. h. r.* immo et vltiores allegationes admittuntur. Verum in iudiciis bene constitutis id non temere permittitur, sed

sed partes coguntur in replicatione et duplicatione ad sententiam concludere, et, ni id faciant, iudex causam ex officio pro conclusa habet. Ceterum reo ultimam allegationem competere, et ratio iuris, et usus fori probat.

T I T. XV.

DE INTERDICTIS.

§. 1286.

Beati in iure censentur possidentes: quia 1) ab *Beatitudo* editione ac probatione tituli liberantur, *l. 11. C. possiden-*
de pet. her. l. 28. C. de rei vind. 2) quia, si in bona *tium.*
fide sint, fructus quosdam lucrantur, (§. 377. sequ.)
3) quia iidem rem tamdiu retinent, quamdiu alter, suam esse, non probauerit, §. 4. *Inst. h. t.* 4) seque in possessione etiam priuata auctoritate defendunt, *l. 1. C. unde vi*, eaque deiecti deiicientem confestim iterum iure deiiciunt; *l. 3. §. 9. l. 17. D. de vi arm.* ac quia denique 5) eo iure gaudent, vt in pari causa melior eorum conditio existimetur, *l. 2. §. 9. D. uti possid.* et hinc in dubio pro iis feratur sententia, *l. 125. l. 128. D. de reg. iur.*

§. 1287.

Ea commoda facile subigunt homines, vt de pos- *Quid inter-*
sessione litigent. Ea vero lis ne in verbera ac caedes *dictum*
euadat: prodita sunt INTERDICTA, id est iure veteri formulae et conceptiones verborum, quibus praetor in causa verae vel quasi possessionis aliquid fieri iubebat aut prohibebat. *pr. Inst. h. t.* Iure nouo vero extraordinariae actiones, quibus maxime de vera vel quasi possessione summarie agitur. *pr. et §. ult. Inst. h. t. l. 2. §. 2. D. h. t.*

§. 1288.

POSSESSIO in genere est rei detentio: *l. 1. pr. §. Possessio*
1. D. de adqu. vel amitt. poss. l. 9. D. de rei vind. sed quid, et
ita diuiditur in naturalem et civilem. NATURALIS *quotuplex*

Bb

modo

modo dicitur, quae in nuda detentione consistit, modo quae saltem non cum proposito rem sibi iure domini habendi coniuncta est. *l. 12. pr. D. eod. CIVILIS* vero modo est, qua quis rem detinet, in qua ipsius est, modo, qua quis rem detinet animo domini, et rem sibi habendi. *l. 1. § 9. D. de vi et vi arm. l. 2. § 1. D. pro hered.*

§. 1289.

*Interdicta
quodupli-
cia?*

Quamvis vero interdicta maxime ex causa POSSESSIONIS, eiusque civilis, vel latius vel strictius sic dictae, dentur: horum tamen exemplo quaedam inuenta, quae ex causa PROPRIETATIS oriuntur.

§. 1290.

*Prohibito-
ria, resti-
tutoria, ex-
hibitoria.*

Sunt ea vel PROHIBITORIA, velut interdicta *ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit, ne quid in loco sacro fiat, ne quid in loco publico vel itinere fiat, cer.* vel RESTITUTORIA, veluti interdictum *unde vi*, vel EXHIBITORIA, v. c. *de libero homine exhibendo, de tabulis exhibendis*, de quibus tituli singulares existant in Digestis. Immo et MIXTA quaedam esse docemur, *l. 1. § 1. D. h. t.*

§. 1291.

*Adipiscen-
tia, et re-
cuper. pos-
sessionis.*

Deinde alia sunt ADIPISCENDAE, alia RETINENDAE, alia RECUPERANDAE POSSESSIONIS, §. 2. 3. 4. *Inst. h. t.*

§. 1292.

*Quenam
adipiscen-
dae posses-
sionis?*

ADIPISCENDAE possessionis causa praecipue comparata sunt interdicta QUORVM BONORVM, QUOD LEGATORVM, ET SALVIANVM, §. 3. *Inst. h. t.*

§. 1293.

*Interdi-
ctum quo-
rum bono-
rum.*

Interdictum QUORVM BONORVM datur bonorum possessori vel heredi praetorio, *l. 1. pr. D. quor. bonor.* non contra quemvis possessorem, qui titulo singulari, sed aduersus eum, qui pro herede vel pro possessore possidet *, ad consequendam rerum hereditariarum possessionem. §. 3. *Inst. h. t. d. l. 1. pr. D. quor. bonor.*

* Pro

* *Pro herede possidere dicitur, qui se heredem esse ait; pro possessore, qui hereditatem, sciens, nullo ad se iure pertinere, possidet, quia possidet. §. 3. Inst. h. t. l. II. l. 12. l. 13. D. de hered. petit.*

§. 1294.

Differt ergo hic interdictum ab hereditatis petitione, quod hac ius hereditatis, illo eiusdem possessionem; hac et res corporales et iura, illo solas res corporales persequimur. *l. 2. D. quor. bonor. l. 12. l. 19. D. de hered. petit.*

*Eius differe-
rentia ab
hereditatis
petitionis.*

§. 1295.

Ei vero interdicto affine est **REMEDIUM** ex *l. ult. C. de edicto D. Hadr. toll.* quo heres, in testamento scriptus, in possessionem mitti iure petit, si testamentum vitio visibili non laboret.

*Remedium
ex leg. fin.
C. de edicto
D. Hadr.
toll.*

§. 1296.

Alterum interdictum **QVOD LEGATORVM** datur heredi bonorumve possessori, qui satisfecit, *l. 1. §. 16. D. quod legat.* aduersus legatarium, qui rem legatam sine voluntate heredis occupauit, vt eam restituat, quo quarta Falcidia detrahi possit, vel in id, quod interest, condemnetur. *l. 1. §. 2. D. l. vn. C. quod legat.* Quamuis enim legatae speciei dominium sine traditione in legatarium deuoluatur: (§. 606, 3.) non deuoluitur tamen possessio.

*Interdi-
ctum, quod
legatorum,*

§. 1297.

SALVIANVM interdictum datur domino fundi contra colonum ad consequendam possessionem rerum coloni pro mercede oppignoratarum. §. 3. *Inst. b. t. l. 1. §. 1. D. de Salu. interd.* **QVASI SALVIANVM** omni creditori aduersus possessorem rei sibi obligatae ad eius consequendam possessionem. *d. l. 1. §. 1. D. eod.*

*Interdicta
Saluianum
et quasi
Saluianum,*

§. 1298.

Vnde eodem fere modo differunt haec interdicta ab actionibus **Seruiana** et **quasi Seruiana**, quo interdictum

*Quomodo
differant
ab actioni-*

Quis Seruiana? dictum quorum honorum ab hereditatis petitione, *na et quasi Seruiana?* (§. 1294.) nisi quod 1) in actionibus Seruiana et quasi Seruiana probandum: rem in debitoris bonis esse: *l. 15. §. 1. D. de pign.* in interdictis Saluiano et quasi Saluiano, eandem in fundum illatam esse. *l. 1. pr. D. §. 1. seq. l. 2. D. de Salu. interdict.* 2) Illae actiones contra quemcumque possessorem; hoc interdictum directe tantum contra colonum datur. *l. 1. C. de precar.*

§. 1299.

Interdicta retinendae possessionis. RETINENDAE possessionis causa (§. 1291.) prodita sunt interdicta VTI POSSIDETIS et VTRVBI. §. 4. *Inst. b. t.*

§. 1300.

Interdictum, vti possideatis. Interdictum VTI POSSIDETIS competit ei, qui rem immobilem tempore litis contestatae nec vi, nec clam, nec praecario possidet, *l. 1. §. 8. 9. D. vti possid.* contra turbantem, ad id, vt a turbatione desistat, deque eo caueat, et praestet simul, quod interest. *l. 1. §. 4. 6. D. l. vn. C. vti possid.*

§. 1301.

Interdictum, vtrubi. Interdictum contra VTRVBI datur ei, qui rem mobilem tempore litis contestatae nec vi, nec clam, nec precario possidet, *l. ur. §. i. D. vtrubi, §. 4. Inst. b. t.* aduersus turbantem, vt a turbatione desistat, cautionem de non amplius turbando, idque, quod interest, praestet.

§. 1302.

Ea interdicta an et ad iura pertinent? Vfus fori haec interdicta etiam ad seruitutes et iura, ad superficiem, vsumfructum, immo et ius colonorum protulit. *Sand. part. I. tit. 4. def. 2.*

§. 1303.

Interdictum recuperandae possessionis, vnde vi. RECUPERANDAE possessionis causa interdictum VNDE VI competit ei, qui per vim a possessione rei immobilis deiectus est, eiusque heredi, *l. 1. §. 44. D. de vi et vi arm. aduersus deiecentem, non eius heredem,*

dem, nisi in quantum ad eum peruenit, l. 1. §. ult. l. 2. D. l. 2. C. eod. ad restituendam possessionem, cum fructibus ac omni utilitate, damnumque delicti. do datum resarciendum, §. 6. Inst. b. 1. et, si possidere desierit, ad id, quod interest, l. 15. D. eod.

§. 1304.

In praxi affine remedium passim receptum est ex *Actio de interpretatione potius, quam verbis canonis redinte-spolio. granda 3. causs 3. qu. 1. et cap. 18. X. de restit. spol.* nempe ACTIO DE SPOLIO, quo spoliatus agit non modo de re immobili, sed et de mobili, non modo aduersus spoliantem, sed et aduersus quemcumque possessorem ad restituendum spoliolum. Ziegler, *Comm. ad can. redintegrandam*, Gail. lib. II. obs. 75.

§. 1305.

Denique alia interdicta SIMPLICIA sunt, in *Interdictis* quibus facile adparet, quis possideat, adeoque *simplicia est* quis reus sit, e. gr. *quorum bonorum, quod legato. duplicia. rum, Saluianum, unde vi*: alia DVPLICIA, in quibus vterque actoris vel rei vice fungi posset. Qualia sunt interdicta *vi possideris et vrubi. l. 2. pr. D. §. ult. Inst. b. 1.*

§. 1306.

Frequentissima hodie sunt haec interdicta in *Interdicto- foro, vocanturque REMEDIA POSSESSORIA, et rum vsus in fere mandatis cum vel sine clausula expediuntur. foro.*

§. 1307.

Omnibus interdictis hoc commune est, 1) quod *Eorum na-* sint in personam, nec oriuntur ex iure in re, sed *tura.* ex iure ad rem. l. 1. §. 3. D. de interdict. 2) Quod in iis levato velo absque iudicii strepitu procedatur.

§. 1308.

Diuiduntur tamen haec remedia in *SVMMA Possesso-* RIVM quod vocant, et *ORDINARIVM*: inter quae *rium ordi-*

*summa-
rium,*

hoc obseruatur discrimen, 1) quod in sumuario de nouissima et momentanea possessione; in ordinario de antiquiore disceptatur. Vnde ei, qui in sumuario succubuit, ordinarium adhuc saluum est. 2) Quod in illo non quaeritur, an quis possideat vi, clam, precario? sed, an quiete possideat? in hoc vero ad qualitatem possessionis attenditur. 3) Quod in illo non seruato iuris ordine, et absque iudicii strepitu; in hoc solito ordine, et adhibita pleniore causae cognitione proceditur. **POSSESSORIO** opponitur **PETITORIVM**, non nisi finito iudicio possessorio instituendum. *l. 18. §. 1. D. de vi, cap. significauerunt 36. X. de test. et attestat.*

T I T. XVI.

DE POENA TEMERE LITIGANTIVM.

§. 1309.

Poenae temere litigantium,

POENAE temere litigantium hic sunt media coërcendi litigantium temeritatem. Huber. *Prael. ad Inst. h. t.* Coërcetur autem ista temeritas **IVRE-IVRANDO CALVMNIAE**, **POENA PECVNIARIA**, **INFAMIA**. *pr. Inst. h. t.*

§. 1310.

Iusiurandum calumniae quo duplex?

Iusiurandum CALVMNIAE, quo partes et aduocati iurant, se causam suam iustam existimare, vel **GENERALE** est, vel **SPECIALE**. **GENERALE** praestant reus, actor, et aduocatus; et reus quidem iurat, sibi iustam videri causam suam, se non temere negaturum, nec litem prolaturum; actor, se non calumniandi vexandique animo, sed quia se iustam causam habere existimet, actionem instituisse, nec falsis probationibus vsurum esse; aduocatus denique, sibi haecenus causam clientis iustam videri, nec se ei patrocinium commodaturum, si aliud deprehendat. *l. 2. C. de iureiur. propter calumn. l. 14. §. 1. C. de iudic. Non. 49. cap. 3.*

§. 1311.

§. 1311.

Praestandum id ab omnibus, praeterquam ^{Generale} parentibus, patronis, l. 16. D. de iureiur. l. 34. §. 4. ^{a quibus} D. cod. (edit. Haloandr) et aliis, quibus debetur ^{praestandum?} reuerentia. 2. Feud. 37. §. 1. Praestandum in omnibus causis, praeterquam criminalibus, ubi ex parte rei iustissima esset periurii suspicio. Praestandum etiam abscisse, nisi actor causa cadere, reus condemnari velit. *Auth. principales C. de iureiur. propter calumn.*

§. 1312.

SPECIALE, quod et MALITIAE vocatur ex ^{Quando?} cap. 2. §. ult. de iureiur. calumn. in 6. vel ab ad- ^{Speciali} uersario, vel a iudice defertur, quoties calumniae sus- ^{locus sit?} picio in qualibet iudicii parte sese exserit, imprimis, quoties quis vel iusiurandum alteri defert, l. 24. §. 4. l. 37. D. de iureiur. vel editionem instrumen- torum petit, vel rem sibi exhiberi desiderat, vel nouum opus nunciat, l. 5. §. 14. D. de oper. nou. nunciat. vel denique positiones factorum offert, vel ab altero ad illas respondetur, quod iusiurandum *dandorum et respondendorum* adpellatur a pragmaticis, ex cap. 2. de testam. in 6.

§. 1313.

Sed generale quidem iusiurandum non solum ^{Triusque} in Germaniae prouinciis quibusdam, verum etiam ^{usus hodiernus.} in Hollandia, extra usum est. Speciale ubique in foro obtinet, praeterquam quod mos positiones factorum offerendi multis principum Germaniae legibus recentioribus improbat.

§. 1314.

Alter modus coercendi litigantium temeritatem ^{Poena pecuniaria.} est POENA PECUNIARIA. (§. 1309.) Nam 1) iure Romano (rarius hodierno,) lis in quibusdam causis inficiando crescit (§. 1177.) 2) Victus victori, nisi probabilis ei causa fuerit litigandi, in impensas litis

condemnatur. §. 1. *Inst. b. r. l. 79. pr. D. l. 13. §. 6. C. de indic.* 3) Si quis in ius vocauerat, quem non debebat, mulctabatur olim quinquaginta solidis. *l. 1. §. 2. D. de in ius voc.* Quod hodie extra usum est.

§. 1315.

Infamia. Denique et INFAMIA notantur, partim 1) qui ex delicto, et quidem vel priuato, (excepta lege Aquillia, vel publico, vel de dolo actione; partim, 2) qui ex quatuor illis contractibus, quos infamiam inurere, supra (§. 785, 2.) notauimus, suo nomine condemnantur. §. 1. 2. *Inst. b. r.*

TIT. XVII.

DE OFFICIO IUDICIS.

§. 1316.

Connexio. Quum adhuc de partibus actoris aequae ac rei actum sit; proximum est, ut et de IUDICE videamus.

§. 1317.

Magistratus et iudex quomodo differant? Distincta Romae fuisse MAGISTRATVVM et IUDICVM officia, iam supra monuimus. (§. 1181.) MAGISTRATIBVS iurisdictio cum imperio mixto; IUDICIBVS nuda notio competebat. *l. 15. D. de re iud.* Coram illis quae fiebat, IN IVRE; coram his facta, IN IUDICIO peragi dicebantur. Schilt. *exerc. VII. §. 3.* Ille de IVRE; hic de FACTO cognoscebat. (§. 853 *) Si ipse praetor et de iure, et de facto cognosceret, dicebatur id *iudicium* EXTRAORDINARIVM, *l. 178. §. ult. D. de verb. sign.* qualia iure nouo erant *interdicta*, (§. 1287.) aliaque *extraordinariae cognitiones* *tit. D. de extr. cognit.*

§. 1318.

Iurisdictio et imperium quomodo differant? Ceterum, prout magistratus vel ciuiles, vel criminales causas cognoscit; ita ei vel IURISDICTIO tribuitur, vel IMPERIVM, IURISDICTIO est *notia iure*

iure magistratus competens *. Cuius, *Paratitl ad tit. Pand. de iurisdic. IMPERIUM* contra erat *potestas armata*. Sigon. *de iur. civ. Rom. lib. I. cap. 2.*

* Quia tamen sic neque actus extraordinariae iurisdictionis neque iurisdicatio voluntaria sub hac definitione comprehenduntur: definire poteris per *potestatem dandi, dicendi, ad dicendum id, quod secundum ius oportebat, siue iure proprio magistratus, siue ex illius p. n. dato, siue ex speciali lege competentem*. Quam definitionem illustrauimus in *Diff. de locatione conductione turris dictionis*.

§. 1319.

Quia tamen, cui iurisdicatio data est, ei quoque *Sunt ex concessa videntur illa, sine quibus iurisdicatio expli- parte con-*
cari non potest: *l. 2. D. de iurisdic.* voluerant Ro- *iuncta.*
mani, ut et cum iurisdictione imperii quaedam particula, quae in exsequutione et coercitione civili consistit, coniuncta est, quemadmodum et iurisdicatio, quatenus est causae cognitio, non separatur ab imperio. *l. 6. pr. D. de offic. p. iocof.*

§. 1320.

Atque inde est, quod imperium diuiditur in *Imperium*
MERVM et *MIXTVM*; vbi *merum* non accipitur pro *merum et*
vehemente, summo, eccellente, sed eo sensu, quo *mixtum*
opponitur ei, quod *mixtum* est, uti apud Graecos
τὸ ἀρχαιότερον τῷ μίχθειντα (*Pand. P. l. §. 245.* *)

§. 1321.

Ac proinde imperium *MERVM* est *potestas gladii, Vriusque*
ad animaduertendum in homines facinorosos speciali lege
concessa. *l. 3. D. de iurisdic.* *MIXTVM* contra dicitur
imperium, cui etiam iurisdicatio inest. *l. 3. D. de*
iurisdic. siquidem uti potestas gladii sine notione
esse nequit; (§. 1319.) ita partim vis ac potestas
exsequendi et coercendi iurisdictioni cohaeret, quia
iurisdicatio sine modica coercitione nulla est. *l. 1. §.*
ult. l. ult. §. 1. D. de offic. eius, cui mand. est
iurisdic.

§. 1322.

Cui merum et mixtum imperium competat? Ergo cui iurisdictio competit, ei ordinarie et mixtum est imperium: contra cui mixtum est imperium, ei non statim competit merum. l. 1. §. ult. D. cod. Fuit tamen, ubi, cui iurisdictio est, ei mixtum non competeret imperium. Exemplo esse possunt magistratus municipales, quibus negant auctores nostri, quae magis imperii sunt, non quae magis iurisditionis. l. 4. D. de iurisdict. l. 26. pr. et §. 1. D. ad municipal.

§. 1323.

Iurisdictio voluntaria et contentiosa. Iurisdictio porro vel VOLUNTARIA est, vel CONTENTIOSA. Illa inter volentes exercetur; uti adoptio, manumissio, emancipatio: haec etiam inter inuitos cum causae cognitione, uti omnes actiones. l. 2. l. 3. D. de offic. procos. Illa a quocumque magistratu exerceri poterat, dummodo apud eum esset legis actio; (§. 69, 2.) haec a iudice tantum competente, l. 20. D. de iurisdict. Illa etiam diebus feriatis, l. 8. C. de fer. et extra tribunal, (§. 100.) l. 36. pr. D. de adopz. §. 2. Inst. de libertin. immo in causa propria exercetur: l. 3. l. 4. D. de adopz. in hac omnia secus se habent.

§. 1324.

Ordinaria et extraordinaria. Deinde eadem in ORDINARIAM et EXTRAORDINARIAM diuiditur. Iurisdictio ordinaria iure magistratus competit, uti ius discernendi, iudicem dandi, exsequendi. Extraordinaria specialem lege defertur, uti tutoris datio. (§. 242.) l. 7. §. fin. D. de offic. procos. Illa mandari potest, haec non potest. l. 1. pr. D. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.

§. 1325.

Propria et mandata. Porro diuiditur in PROPRIAM, quae iure magistratus sui, adeoque iure proprio competit: l. 5. l. 6. D. de iurisdict. MANDATAM, quam quis nomine

nomine magistratus alterius exercet, l. 5. l. 16. D. eod. l. 1. §. 1. l. 3. D. de offic. eius, cui mand. est iurisdic. et PROROGATAM, quae vel expresso consensu vtriusque partis, vel tacito, vel ex legis praescripto extra terminos exercetur, l. 18. D. de iurisdic. l. 1. l. 2. D. de iudic.

§. 1326.

Hodie his iurisdictionis speciebus accedit alia *Patrimonialis.* passim obuia, quae possessoribus praediorum iure hereditario competit in rusticos, et cum praediis vendi, locari, aliisque modis et in feminas aliquando transferri potest; atque hinc PATRIMONIALIS vocari solet. Sed hanc a veteri potestate dominica in feruos vel homines proprios repetendam, et nihil aliud esse, quam potestatem dominicam, iurisdictionis *σχίματι* indutam, iam supra monuimus. (§. 132.)

§. 1327.

Non autem hodie obseruatur discrimen inter ea, quae *in iure*, et quae *in iudicio* fieri dicuntur. Iudices enim pedanei apud ipsos Romanos dari desierant, non quidem a temporibus Diocletiani, ut ex l. 2. C. de pedan. iud. colligant, (vid. V. C. Geib. Nooht. de iurisdic. et imp. lib. I. cap. 15.) sed tamen ante Iustinianum. §. ult. Inst. de interd. Germanicae autem originis gentibus numquam in usu fuerunt. Eoque sensu accipiendi iureconsulti, dum hodie omnia iudicia aiunt esse extraordinaria, ex d. §. ult. Inst. de interd.

§. 1328.

Quum itaque hodie omnia iudicia sint extraordinaria: (§. 1327.) ipse magistratus et cognoscit, et sententiam fert, et eandem exsequitur.

§. 1329.

Quumque quaedam impertiatur tantum rogatus, quaedam ex officio et aequitate decernat, etiam non rogatus,

bile et mercenarium. rogatus, officium eius in MERCENARIUM et NOBILE a doctoribus diuiditur: et ad hoc pertinet tit. C. vt, quae desunt aduoc. iudex suppleat.

§. 1330.

Quomodo debeant ferre sententiam? In sententiis ferendis non aliter iudicare debet, quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est. *pr. Inst. h. r.* Et consuetudines quidem et statuta primas ferunt: his tacentibus, ad jus commune deueniendum. (§. 17, 7)

§. 1331.

Exempla in inst. tutionibus. Quae in variis actionibus ac iudiciis, imprimis diuisionibus, obseruanda sint a iudice, exemplis docet imperator. §. 1. sequ. *Inst. h. r.*

§. 1332.

Exsequutio sententiae. Rem iudicatam exsequitur iudex, sed ita, vt pusillum laxamenti concedere possit, si ad quantitatem dandam sit condemnatus reus, et hic caueat, se intra certum tempus soluturum. §. 2. *Inst. h. r.* Quadrimestre spatium reo condemnato conceditur in *l. ult. C. de exsec. rei iud.* Species autem statim restituenda. *l. 9. D. de rei vind.*

§. 1333.

In res quasdam adiu dicatas dominium sine traditione consequimur. Et huius modi species iudicio familiae eriscundae, vel communi diuidendo, vel finium regundorum adiudicatae, sine traditione (§. 339.**) statim eius fiunt, cui adiudicata est. *Vlpian. l. ragn. tit. 19, §. 16. §. ult. Inst. h. r.* Dum ne sit res aliena, siquidem tunc vsucapiendi tantum conditio transfertur. *l. 17. D. de vsucap.* Ex reliquis iudiciis per sententiam nec dominium adquirimus, nec aliud ius in re, quia sententia non dat dominium, sed declarat, *l. 8. §. 4. D. si seru. vind.* et hinc actio iudicati non in rem est, sed in personam.

T I T. XVIII.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

§. 1334.

Supra diximus, delicta alia PRIVATA esse, alia PUBLICA, (§. 1035.) quorum cognitio quam non ad magistratus, quibus erat iurisdicctio, sed libera adhuc re publica vel ad eos, quibus imperium merum lege datum fuerat, vel, si de capite civis Romani ageretur, ad ipsum populum; sub imperatoribus ad praefectum urbi et praesides provinciarum pertineret: de his sub finem libelli imperator agit.

*Connexio.
Crimen pu-
blicum
quid?*

§. 1335.

Maxime haec crimina publica differunt a pri-
vatis. Nam 1) ea non privati persequuntur, quo-
rum interest, sed res publica: et hinc 2) unicui-
que accusandi ius est, nisi quis speciatim prohi-
beatur, §. 1. *Inst. h. t.* dummodo 3) accusator sub-
scribat in crimen, id est, libello se obstringit ad
poenam talionis, si calumnise convictus fuerit.
*l. 7. pr. l. ult., C. de accus. et inscript. l. ult. C. de ca-
lumn.* Quin et 4) non actor hic persequitur poe-
nam pecuniariam sibi adplicandam, sed ad vindictam
publicam agit accusator.

*Differentia
iudiciorum
publicorum
et privato-
rum.*

§. 1336.

Poena vel CAPITALIS est, vel NON CAPITALIS. Illa vel vitam naturalem, vel caput civile (§. 223. *) tollit: haec nec vitam, nec caput civile, libertatem puta aut civitatem aufert. *l. 6. §. ult. D. de poen. §. 2. Inst. h. t.*

*Poena quo-
tuplex.*

§. 1337.

Poenae capitales apud Romanos receptae erant damnatio ad furcam, viucomburium, capitis amputatio, damnatio in metalla, deportatio in insulam.

*Poenae ca-
pitales es-
sunt non capita-
les.*

iam: l. 28. pr. §. 11. l. 8. §. 1. sequ. D. de poen. non capitales fustium admonitio, flagellatio, damnatio ad operas publicas, relegatio, infamia, dignitatis priuatio. l. 6. §. ult. l. 7. l. 8. pr. l. 28. D. de poen.

§. 1338.

*Crimina
extraordi-
naria.*

Quum vero illae poenae vel certis legibus de publicis iudiciis definitae sint, vel eiusmodi leges de iis non existent: iudicia illa κατ' ἐξοχήν PUBLICA; haec EXTRAORDINARIA dicebantur. (§. 1036.) De his libro Pandectarum XXXXVII, de illis solis in Institutionibus iam agitur.

§. 1339.

*Leges de
iudiciis pu-
blicis,*

Leges autem, quae de publicis iudiciis existant, sunt I. lex Iulia MAIESTATIS, II. lex Iulia DE ADULTERIIS, III. lex Cornelia DE SICARIIS, IIII. lex Pompeia DE PARRICIDIIS, V. lex Cornelia DE FALSIS, VI. leges Iuliae DE VI PUBLICA ET PRIVATA, VII. lex Iulia DE PECULATV. ET RESIDVIS, VIII. lex Fabia DE PLAGIARIIS, VIII. leges Iuliae AMBITVS, REPETVNDARVM, ET DE ANNONA.

§. 1340.

*Lex Iulia
maiestatis,*

I. Lex Iulia MAIESTATIS, lata a Iulio Caesare (Cic. Philipp. I.) in eos animaduerti iubet, qui contra rei publicae vel principis summam potestatem aliquid moliti sunt. §. 5. Inst. b. r. l. 1. §. 1. D. ad leg. Iul. Maieft. et tum PERDVELLIONEM, tum CRIMEN MAIESTATIS, speciātim ita dictum, vindicat. l. ult. D. eod. l. ult. D. de aboliz. crim. [Hister. iur. lib. I. §. 97.]

§. 1341.

*Quid per-
duellio et
crimen ma-
iestatis?*

PERDVELLIONIS crimine se obstringit, qui ho-
stili animo aduersus rem publicam vel principem anima-
tus est. l. 1. l. 2. l. ult. D. ad leg. Iul. maieft. §. 3. Inst. b. r.
CRIMINIS MAIESTATIS in specie reus fit, qui
iura

iura maiestatis inuadit, aut aliquid verbis vel factis, sine animo hostili, in contumeliam principis committit, l. 6. l. 7. l. ult. D. eod.

§. 1342.

Ob criminis enormitatem plura hic occurrunt *Singularia* singularia, veluti 1) quod et alioquin accusare prohibiti accusare possint, l. 7. pr. §. 1. 2. l. 8. D. ad leg. *circa crimen per-* *duellionis.* *Iul. maieft.* 2) quod aduocati non admittantur, l. 5. §. 2. C. eod. 3) quod adpellationi locus non fit, l. 6. §. 9 D. de *inuult. rupt. irriu. testam.* 4) quod et testes inhabiles admitti possint, l. 7. §. i. C. ad leg. *Iul. maieft.* 5) quod etiam aduersus principis ministros, qua tales, committi possit hoc crimen, l. 5. pr. C. h. t. 6) quod et nudum consilium, et nuda scientia vel consilii silentium puniatur. * l. 5. §. 6. 7. C. eod.

* Ita sane ex illa lege statuendum videtur cum Bartolo, At Baldus *Consil. 1, 34* eius animam ob hanc sententiam in inferno cruciari ait. In praxi facie cum Baldo fecerint, quamuis *lex §. C. de maieft.* vere suffragetur Bartolo.

§. 1343.

Poena criminis *perduellionis* est 1) supremum *Eiusdem* supplicium, l. 5. pr. §. 6 C. eod. 2) memoriae post *Poena.* mortem damnatio, §. 3. *Inst. h. t.* 3) publicatio bonorum, l. ult. D. l. 5. 6. 7. 8. pr. C. eod. 4) filiorum a materna, auita, omniumque propinquorum successione, immo et testamentis extraneorum delata hereditate, nec non ab omni dignitate exclusio; filiarum hereditate materna ad legitimam tantum portionem restricta. l. 5. §. 1. 3. 6. D. eod.

§. 1344.

Rei criminis maiestatis speciatim dicti pro eius *Poena reo-* *rum maie-* *statis.* qualitate capitis damnantur, vel deportantur, vel relegantur, nec ea poena ad liberos extenditur. §. 3. *Inst. h. t. l. 24. D. de poen. Arg. l. ult. D. l. 5. pr. §. 1. C. h. t.*

§. 1345.

§. 1345.

*Vfus bo-
diernus.*

Firmauit hanc atrocem legem Nemesis Carolina *art. 129.* nisi quod non gladio percutitur perduellis, sed corpus eius in quatuor partes secari, easque in locis publicis suspendi iubetur. Nec mores ab hoc supplicio abhorrent [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit 23. §. 121. sequ.*]

§. 1346.

*Lex Iulia
de adulte-
riis.*

II. *Lex Iulia* de ADULTERIIS non solum *adulteria*, verum etiam *nefandam et monstruosam Venerem, incestum, stuprum, et lenocinia* coercet. *Meretricum* enim improbitas apud Romanos, satis poenae tantae turpitudinis professioni inesse existimantes, extra poenam civilem fuit. *l. 12. l. 29. §. 1. C. ad leg. Iul. de adult. l. 13. §. 2. D. eod.* [*Histor. iur. lib. I. §. 164.*]

§. 1347.

*Adulte-
rium quid?*

ADULTERIVM est *mulieris alii nuptae vel desponsatae vitatio.* *l. 6. §. 1. l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. D. eod.* Adeoque ex principiis iuris Romani non solum maritus, sed et caelebs, qui alienam subagitaui uxorem vel sponsam, adulterium commisit, non maritus, qui cum innupta rem habuit, quippe stupri tantum reus. *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* At ex principiis iuris canonici *can. 15. caus. 32. qu. 5.* omnis violatio fidei coniugalis adulterium habetur.

§. 1348.

*Fius poena
publica.*

Id crimen et *publica* seueritate ex hac lege coercetur, et privatim quibusdam casibus iure vindicatur. Poena publica ex lege Iulia non fuit gladii, (viti Iustinianus tradit *§. 4. Inst. b. r. l. 19. C. de transact. et l. 9. C. ad leg. Iul. de adult.*) sed relegatio in insulam, et publicatio dimidiae partis bonorum, tum adulteri, tum adulterae, et huius simul dimidiae dotis. Paull. *Sent. rec. lib. II. tit 25. §. 14.* Postea Constantinus capitale esse iussit adulterium.

l. 30. §. 1. C. ad leg. Iul. de adult. Iustinianus adulteram verberatam in monasterium mitti, et, nisi eam intra biennium recipiat maritus, attonderi voluit. *Nov. 134. cap. 10.*

§. 1349.

Præstatim vindicta permittitur et marito, et patri adulterae. Sed illi occidere licet tantum adulteram, non uxorem, immo nec illum, nisi domi suae, vel alibi post trinam denunciationem, testibus tribus munitam, deprehensum: huic et filiam familias, domi suae generiue in adulterio deprehensam, una cum adultero occidere licet, *l. 20. sequ. D. ad leg. Iul. de adult. Nov. 117. cap. 15.*

§. 1350.

Hodie per Germaniam adulterium duplex gladio punitur in Saxoniam, Palatinatu, Marchia, Hassia, ducatu Brunsvicensi: at in provinciis Austriacis, Bauaricis, et ubi ius Lubecense viget, multa coercetur. Si maritus cum innupta rem habuit, extra Saxoniam ille fustibus caeditur, haec relegatur, nisi et in duplici multa recepta sit. In Saxoniam maritus capite plectitur, innupta virgis caesa relegatur. Denique si caelebs uxorem alienam corrumpit: extra Saxoniam, ubi multa hoc crimen expiari non solet, masculus capitis damnatur, adultera fustigatur. In Frisia itidem multa obtinet, Statutis expressa *lib. II. tit. 11. §. 3.*

§. 1351.

Monstruosae et nefandae Veneris poenae similiter capitalis est. *l. 31. C. ad leg. Iul. de adult. §. 4. Inst. h. t.* Et ex Constitutione quidem crim. art. 116. viiicomburio plectuntur rei quidam tam nefandae turpitudinis, quam scire non proficit. *l. 31. C. de adulter.*

Cc

§. 1352.

§. 1352.

Incestus.

*Incestus est coitus illicitus inter eas personas, quae ob consanguinitatem vel adfinitatem coniungi non possunt. (§. 152. sequ.) l. 6. l. ult. C. de incest. nupt. Illud crimen inter ascendentes et descendentes commissum deportatione; in reliquis gradibus arbitrarie punitur. l. 5. D. de quaestio. Nou. 12. cap. 1. l. ult. D. de ritu nupt. Hodie fere obtinet poena capitalis, si personae quas ius diuinum *Leu. cap. 18. et 20.* coniungi non patitur, coierint. Alibi saltem, si ascendentes cum descendentibus rem habuerint, poena gladii; si personae, inter quas parentum liberorumque ratio est, vel fratres et sorores, poena suffigationis, inter personas supplicio remotiores obtinet. *Carpzou. Prax. crim. qu. 74.**

§. 1353.

Stupri.

*Stuprum est, quod virgini vel viduae honeste viventi sine vi inferitur. l. 6. §. 1. l. 34. pr. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. Eius poena iure Romano in personis honestis est publicatio dimidiae partis bonorum, in humilibus corporis coercitio cum relegatione. §. 4. *Inst. b. 1.* Stuprum vi illatum capitis supplicio luitur. l. 1. §. 2. D. de extraord. crim.*

§. 1354.

*Vfus bo-
diernus.*

Moribus Germanicis eatenus obtinuit ius diuinum, *Deut. cap. 12. v. 29.* ut stuprator stupratam virginem aut dotare, aut ducere cogatur. *cap. 1. 2. X. de adult.* Alterutrum si fecerit, poena est pecuniaria, vel carceris aliquot dierum. Si virgo matrimonii spe illecta stuprum passa est: abscisse eam ducere tenetur stuprator, et tunc eandem poenam subeunt coniuges. Alibi sola poena pecuniaria obtinet.

§. 1355.

Lenocinii.

Lenocinium est, quando quis feminas aliis questus causa prostituit. l. 29. pr. D. eod. Poena capitalis

pitalis est, si quis filiam vel vxorem prostituat, alias arbitraria. *Nou. 14. l. 29. §. 3. D. eod.* Id et *Const. crim. Carol. art. 122. sequ.* et mores sequuntur. [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 24. §. 147. seqq.*]

§. 1356.

III. *Lex Cornelia* DE SICARIIS coërcet homicidia et veneficia. HOMICIDA vero est, qui dolo malo hominem occidit, *l. 1. §. 3. l. 14. D. ad leg. Cornel. de sicar.* qui dolus praesumitur, si quis telus vsus sit. *l. 1. §. 3. D. eod.* Homicidium tale dolum capite; §. 5. *Inst. h. t. Genes. cap. 9. v. 5. 6. Const. crim. art. 147. sequ.* culpa commissum extraordinem punitur; *l. 4. §. 1. l. 7. D. eod.* casu commissum a poena immune est, eoque et moderamen inculpatæ tutelæ pertinet. (§. 1082, 2.) Et eo iure utimur, nisi quod assassinatores, qui percussorem conduxere, poena gladii; assassini, qui operas locarunt, nec non latrones, (§. 1079.) crurifragio puniri solent. *Carpzou. ibid. quaest. 19.*

§. 1357.

VENEVICIVM adpellatur vel crimen, quo quis venena mala necandi hominis causa fecit, vendidit, dedit, *l. 1. §. 1. l. 3. pr. §. 1. 2. D. eod.* vel quo quis susurris et incantationibus magicis homines occidit, vel occidere conatus est. *l. 13. D. eod. §. 5. Inst. eod.* Horum quoque poena capitalis est. §. 5. *Inst. h. t. l. 1. l. 4. l. 5. C. de malef. et mathem.*

§. 1358.

Qui venenis malis occiderunt, ex *Constitutione criminali Carol. art. 130.* si masculi sunt, crurifragio plectuntur, sin feminae, culleo insutæ in aquis suffocantur. Sortilegi, qui susurris et incantationibus nocuerunt, gladio feriuntur; qui pactum cum daemone expressum inierunt, viui comburuntur. *Const. crim. art. 109.* Sed si vlla in re, in hac sane causa,

tot vulgi implicata erroribus, non nimis credulum esse decet iudicem. [*Elem. iur. Germ. l. c. §. 253. seqq.*]

§. 1359.

Lex Pompeia de parricidiis.

III. *Lex Pompeia de PARRICIDIIS* vindicat homicidium inter proximos cognatos commissum: et quidem, si quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patrualem, matrualem, patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, priuignam, priuignam, patronum, patronam (§. III.) occiderit. *l. ii. pr. D. ad leg. Iul. de parricid.*

§. 1360.

Eius poena.

Poena in eo consistit, quod parricida, virgis sanguineis caesus, culleo insuitur, & cum cane, gallo gallinaceo, vipera, et simia, inter ferales istas angustias comprehensus, in vicinum mare vel amnem proiicitur. §. 6. *Inst. b. r. l. 9. pr. D. cod. l. vii. C. de his, qui par. vel. lib. occid.* Si mare vel flumen sit remotius, parricida vel viuus comburitur, vel obicitur bestiis. *l. 9. pr. D. cod.*

§. 1361.

Et huius usus bardiernus.

Poenam cullei et *Const. crim. art. 131.* in parricidio inter ascendentes et descendentes admissio, probat. Alias fere gladii poena obtinet, reusque ad supplicium trahitur, vel ante illud forcipe candente aliquoties vritur, si atrocius fuerit parricidium. *Const. crim. ibid. et art. 137.* [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 27. §. 290. seqq.*]

§. 1362.

Lex Cornelia de falsis.

V. *Lex Cornelia de FALSIS* coercet crimen, quod in veritatis imitatione ac suppressione, in alterius fraudem dolose facta, consistit. §. 7. *Inst. b. r. l. 16. §. 2. l. 23. D. l. 20. C. ad leg. Cornel. de fals.* Cuius criminis rei sunt, qui in testamento vel aliis instrumentis, in alio nomine adsumendo, in testamento perhibendo, in supponendo partu, in mensuris, ac denique in nummis adulterandis, falsam committunt. [*Histor. iur. lib. I. §. 92.*]

§. 1363.

§. 1363.

Ob falsa haec omnia serui supremo supplicio; liberi *Falsi poe-*
 deportatione et publicatione bonorum adficiuntur. *na.*
l. 1. §. ult. l. 27. §. ult. l. 52. D. ad leg. Cornel. de fals.
 Adulterantes monetam viuicomburio plectuntur ex
 constitutione Constantini M. *l. 1. de fals. mon.* quam
 poenam retinuit Carolus V. in *Const. crim. art. 111.* si
 quis monetam, quoad materiam falsam, cudidit, vel ab
 alio cusam sciens dolo malo expendit. Saepius tamen
 gladii poena irrogatur. Capitale quoque est crimen
 suppositi partus, *l. 1. C. de fals. falsum testimonium,*
 ob quod quis capitis damnatus est, *l. 1. §. 1. D. ad leg.*
Cornel. de fscar. immunitas a tabulario ciuitatis falso
 concessa. *l. 1. C. de immuni. nem. conced.* Reliqua falsa
 poenis arbitrariis coërcentur. Quod in Frisia obtinere,
 patet ex Huberi *Praelect. ad tit. D. ad leg. Cornel. de*
fals. [Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 28. §. 307 seqq.]

§. 1364.

VI. *Lex Iulia* etiam vim publicam et priva- *Lex Iulia*
 TAM coërcet. PUBLICA est vis atrocior, maxime ar- *de vi publi-*
 mata, per quam securitas publica violatur. *l. 13. pr. et §.* *ca et pri-*
ult. D. ad leg. Iul. de vi publ. Quo et raptus virginum *uata.*
 et viduarum, nec non vis a persona publica, vel per-
 sonae publicae, illata pertinet. *l. 7. l. 10. pr. D. ad*
leg. Iul. de vi publ. PRIVATA est vis minus atrox, et
sine armis commissâ. §. 8. Inst. h. t.

§. 1365.

Vis publica deportatione punitur, §. 8. *Inst. h. t.* Si *Poenâ.*
 cum telo aedes alienae expugnatae, vel raptus commif-
 tus, poena est capitalis, *l. 5. §. 2. l. 11. D. ad leg. Iul.*
de vi publ. l. 11. C. de rapt. virg. Vis priuata publica-
 tione tertiae partis bonorum et infamiae coërcetur. *l. 1.*
pr. l. ult. D. l. 2. C. de vi priuat. §. 8. Inst. h. t. Circa
 vim publicam idem fere hodie obtinet. Crimen raptus
 etiam ex *Constit. crimin. Carol. art. 118.* capitale est, si
 quis inuitam rapuit. *Add. cap. penult. et ult. X. de*
rapt. virg. Vis priuata fere arbitrarie punitur. *CARP-*
ZOV. Prax. criminal. quaest. 40. num. 7. [Elem. iur.
Germ. lib. II. tit. 25. §. 219. seqq.]

§. 1366.

*Lex Iulia
de peculatu
et sacrile-
gis.*

VII. *Lex Iulia de PECVLATV et SACRILEGIIS* coërcet eos, qui pecuniam publicam, aut sacram, quam non administrant, furantur. §. 9. *Inst. b. t. l. 4. pr. l. 9. §. 2. D. ad leg. Jul. de peculat.*

§. 1367.

Pœna.

Peculatus poena est deportatio, l. 3. *D. eod. §. 9. Inst. b. t. aliquando quadrupli l. 6. §. ult. l. penult. D. eod. Sacrilegium extra ordinem, et aliquando capitali poena, coërcetur l. 4. §. 1. l. 9. pr. D. eod. Horrenda est sacrilegii poena, iis proposita, qui monstrantiam, quam vocant, surripiunt. *Const crim. art. 172.* Hodie, quum nobis res sacrae extra extra usum nullae sint, et poena furti plerisque locis satis atrox videatur: nihil causae est, cur sacrilegii et peculatus poena a poena furti discernatur. [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 29. §. 361. sequ.*]*

§. 1368.

*Lex Fabia
de plagia-
riis.*

VIII. *Lex Fabia de PLAGIARIIS* eos, qui liberos homines vel alienos seruos dolo malo celant vel furripiunt, multa pecunia incoërcuit. l. ult. *D. ad leg. Fab. de plagiar.* Postea poena arbitraria, et aliquando capitalis esse coëpit. l. 1. l. ult. §. 10. *D. l. 6 l. 7. l. ult. C. eod. [Histor. iur. lib. I. §. 93. Elem. iur. Germ. lib. I. c. §. 330. sequ.]*

§. 1369.

*Lex Iulia
repetunda-
rum, de
ambitu, et
aliae.*

VIII. Exstiterunt etiam *leges Iuliae REPETVNDARVM, DE AMBITV, DE ANNONA, DE RESIDVIS,* quae criminina animae amissionem non irrogant, et ex parte hodie fere rariis, pro laxa saeculi disciplina, puniuntur. Quare iis non iminoramus. [*Elem. iur. Germ. lib. II. tit. 29. §. 363. sequ.*]

§. 1370.

*Accusatio-
nes priua-
torum cur
bodiprario-
res?*

Id monere satius fuerit, rariores hodie, ac alicubi poene sine exemplo esse accusationes criminum, a priuatis susceptas. Alibi enim res publica per procuratorem fisci, alibi magistratus per modum inquisitionis, quam vocant, facinorosos persequitur, et sollicitè agit, *ut malis hominibus purgetur prouincia.* l. 3. *D. de offic. praesid.*



INDEX PRIMVS TITVLORVM.


<p>De Actionibus. <i>Lib. III. tit. 6.</i></p> <p>- - acquisitione per arrogationem. III, II.</p> <p>- - ademptione legatorum. II, 21.</p> <p>- - adoptionibus. I, I.</p> <p>- - adquirendo rerum dominio. II, I.</p> <p>- - adsignatione libertorum. III, 9.</p> <p>- - Attiliano tutore, et eo, qui ex lege Iulia et Titia datur. I, 20.</p> <p>- - auctoritate tutorum. I, 21.</p> <p>- - Bonorum possessionibus. III, 10.</p> <p>- - Capitis deminutione. I, 16.</p> <p>- - codicillis. II, 25.</p> <p>- - contractu emphyteuseos. III, 25.</p> <p>- - curatoribus. I, 34.</p> <p>- - Diuisione stipulationum. III, 19.</p> <p>- - donationibus. II, 7.</p> <p>- - duobus reis stipulandi et promittendi. III, 17.</p> <p>- - Emptione et venditione. III, 24.</p> <p>- - eo, cui libertatis causa bona addicuntur. III, 12.</p> <p>- - exceptionibus. III, 13.</p> <p>- - excusationibus tutorum vel curatorum. I, 25.</p>	<p>De exheredatione liberorum. II, 13.</p> <p>- - Fideicommissariis hereditatibus, et ad SC. Trebellianum. II, 23.</p> <p>- - fideiussoribus. III, 21.</p> <p>- - fiduciaria tutela. I, 19.</p> <p>- - Gradibus cognatorum. III, 6.</p> <p>- - Heredibus instituendis. II, 14.</p> <p>- - hereditatibus, quae ab intestato deferuntur. III, I.</p> <p>- - heredum qualitate et differentia. II, 19.</p> <p>- - his, qui sui vel alieni iuris sunt. I, 8.</p> <p>- - his, per quos agere possumus. III, 10.</p> <p>- - ingenuis. I, 4.</p> <p>- - iniuriis. III, 4.</p> <p>- - inofficioso testamento. II, 18.</p> <p>- - interdictis. III, 15.</p> <p>- - inutilibus stipulationibus. III, 20.</p> <p>- - iure naturali, gentium, et civili. I, 2.</p> <p>- - iure personarum. I, 3.</p> <p>- - iustitia et iure. I, I.</p> <p>- - Legatis. II, 20.</p> <p>- - lege Aquillia. III, 3.</p> <p>- - - Falcidia. II, 22.</p> <p>- - - Fufia Caninia tollenda. I, 7.</p>
--	---

INDEX PRIMVS.

- De legitima agnatorum successione. III, 2.
- - - - - tutela. I, 15.
- - legitima parentum tutela. I, 18.
- - - - - patronorum tutela. I, 17.
- - legitimatione. I, 10.
- - libertinis. I, 5.
- - litterarum obligationibus. III, 22.
- - locatione et conductione. III, 25.
- - Mandato. III, 27.
- - militari testamento. II, 11.
- - Noxalibus actionibus. III, 8.
- - nuptiis. I, 10.
- - Obligationibus. III, 14.
- - - - - ex consensu. III, 23.
- - - - - quae ex delicto nascuntur. III, 1.
- - - - - quae quasi ex contractu nascuntur. III, 28.
- - - - - quae quasi ex delicto nascuntur. III, 5.
- - officio iudicis. III, 17.
- - Patria potestate. I, 9.
- - perpetuis et temporalibus actionibus, et quae ad heredes et in heredes transeunt. III, 12.
- Per quas personas cuique acquiritur. II, 9.
- - nobis obligatio acquiritur. III, 29.
- De poena temere litigantium. III, 16.
- - publicis iudiciis. III, 18.
- - pupillari substitutione. II, 16.
- Qui et ex quibus causis manumittere non possunt. I, 6.
- Quibus alienare licet, vel non. II, 8.
- - modis ius patriae potestatis soluitur. I, 12.
- - modis re contrahitur obligatio. III, 15.
- - - - - testamenta infirmantur. II, 17.
- - - - - tollitur obligatio. III, 30.
- - - - - tutela finitur. II, 22.
- - non est permittum facere testamentum. II, 12.
- Qui testamento tutores dari possunt. I, 14.
- Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. III, 1.
- De rebus corporalibus et incorporalibus. II, 2.
- - replicationibus. III, 4.
- - rerum diuisione, et adquirendo earum dominio. II, 1.
- - Satisfactionibus. III, 11.
- - satisfactione tutorum vel curatorum. I, 24.
- - SC. Orphitiano. III, 4.
- - - - - Tertulliano. III, 3.
- De fer

TITVLORVM.

De seruii cognatione.	III, 7.	- - successioneibus sublatiſ, quae	
- - ſeruitutibus praediorum,		ſiebant per bonorum vendi-	
	II, 3.	tiones, et ex SC. Claudio.	
- - ſingulis rebus per fideicom-			II, 13.
miſſum relictiſ,	II, 24.	- - ſuſpectiſ tutoribus et cura-	
Si quadrupes pauperiem feciſſe		toribus	II, 26.
dicatur.	III, 9.	- - Teſtamentiſ ordinandiſ.	II,
de ſocietate.	III, 26.		IO.
ſponſalibus.	I, 10.	- - tutelis.	I, 13.
- - ſtipulatione ſeruatorum.	III,	- - Verborum obligationibus.	
	18.		III, 16.
- - ſucceſſione ab inteſtato ſe-		- - vi bonorum raptorum.	III,
cundum <i>Nouellam CXVIII.</i>			2.
	III, 14.	- - uſucceptionibus, et longi	
- - - adſcendentium.	<i>ibid.</i>	temporiſ praefcriptionibus.	
- - - collateralium.	<i>ibid.</i>		II, 6.
- - - coniugum.	<i>ibid.</i>	- - uſu et habitatione.	II, 5.
- - - deſcendentium.	<i>ibid.</i>	- - uſufructu.	II, 4.
- - - filii.	<i>ibid.</i>	- - vulgari ſubſtitutione.	II, 15.



INDEX SECVNDVS
A V C T O R V M.

- A** gathias.
Aggenus (Vrbicus.)
Alciatus.
Alteserra.
Amaya.
Appianus.
Aristoteles.
Arrianus.
Attaliota.
- Bachouius.
Baldus.
Barbeyracius.
Baronius.
Bartolus.
Beyerus.
Blondellus.
Boehmerus (Iust. Henning.)
Broëus.
Brunnemannus.
Burmännus.
Barnerus.
Bynkerfhoekius.
- Caius.
Capitolinus.
Carpzouius.
Cafaubortus.
Cassiodorus.
Cassius (Dio)
Censorinus.
Christianaeus.
Charifus.
- Chrysoftomus.
Cicero.
Claudianus.
Connanus.
Constitutio criminalis Carolina.
Corafius.
Cuiacius.
- Dionysius Halicarnassicus.
Dodwellus.
Donatus.
Dukerus.
- Eusagrius.
Eunapius.
Eusebius.
Eutropius.
- Faber (Petr.)
Fabrottus.
Feltmannus.
Frontinus.
- Gailius.
Galuanus.
Gellius.
Gentilis (Scip.)
Giphanius.
Goeddeus.
Gothofredus (Iac.)
Grænewegen.
Gronouius (Io. Fried.)

Grotius

A V C T O R V M.

Grotius.
Gudelinus.
Gundlingius.
Gutherius.

Harmenopulus.
Heineccius.
Hertius.
Hilliger.
Homborgk zu Vach.
Homerus.
Huberus (Vlr.)
- - (Zach.)

Idacius.
Isidorus.
Ius Saxonicum.

Kulpifius.

Laëtantius.
Laërtius (Diogenes.)
Lancellotus.
Libanius.
Lipfius.
Litterae sacrae.
Liuus.
Ludewigius.
Lyklama.

Macrobius.
Maecianus (Volufius.)
Malala.
Maranus.
Marcellus (Nonius.)
Maximus (Valerius.)
Merillius.

Meuius.
Mynflingerus.

Noodtius.
Norifius.
Nyffenus (Gregorius.)

Otto. (Eu.)

Pagenstecherus (A. A.)
Palladius.
Pancirolus.
Paterculus (Velleius.)
Perizonius.
Perfius.
Pictetus.
Pighius.
Piftoris.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pollio (Trebellius.)
Polybius.
Potgiefferus.
Procopius.
Pufendorfthius.

Quintilianus.

Raeuardus.
Recessus imperii.
Reinesius.
Reinoldus.
Rittershufius.

Salmafius.
Sande.
Schilterus.

INDEX SECUNDVS AVCTORVM.

Schultingius.
Schurzfleischius.
Seneca.
Seruius.
Sidonius.
Sigonius.
Simplicius.
Sozomenus.
Spanhemius.
Statuta varia.
Strauchius.
Struuius.
Strykius.
Suetonius.

Tacitus.
Theophilus:

Thomasius.
Tiraquellus.

Valerius.
Valesius.
Valla.
Varro.
Vinnius.
Vlpianus.
cētius.
Vossius.

Wissenbachius.

Zieglerius.
Zypaeus.



INDEX

INDEX TERTIUS

R E R V M

A.

Absentia rei publicae causa
an a tutela excuset?
291.

Acceptilatio quid? 1022. qua-
lia debita tollat? 1025. vsus
hodiernus. 1028
— Aquilliana. 1027. a quo
inuenta? 1026

Acceptum ferri quomodo possit?
1024. quomodo non possit?
1023

Accessio quid? 354. quotuplex?
354, usus hodiernus. 360
— industrialis quid? 354.
variae species. 361
— mixta quid? 372. variae
species. 372
— naturalis quid? 354. variae
species. 355

Accusationes priuatorum cur
hodie rariores? 1370

Actio quid? 1126
— confessoria quamdiu duret?
1266
— hypothecaria quamdiu
duret? 1277
— negatoria quamdiu duret?
1266
— quod iussu quid? 1207.
eius natura. 1208
— de spolio? 1304

Actiones arbitrae. 1185
quaenam sint? 1188. earum
origo et natura. 1184
— bonae fidei. 1185
— legis quid? 69

Actiones mixtae? 1172
— perpetuae. 1265
— personalis rei persecuto-
riae quamdiu durent? 1270
— poenales quid? 1172. an
heredibus et aduersus heredes
duntur? 1275. ex delictis pri-
uatis quamdiu durent? 1271.
— rei persecutoriae an he-
redibus et aduersus heredes
duntur? 1273. 1274
— in simplum. 1176. in du-
plum. 1177. in triplum 1178.
in quadruplum. 1179. an eae
hodie in vsu? 1180
— stricti iuris. 1181
— temporariae. 1265

Actionum cedendarum benefi-
cium quid? 885. eius natura.
886

Actor in tutela vel curatione
quis? 277

Actus quid? 408. eius spatium.
409
— legitimi quid? 70

Adferraminatio cui acquirat?
363. contra eam quaenam
actio competat? 364

Adfinus

INDEX TERTIVS.

- Adfinitas quid? 152. quae regula in ea obseruanda? 156. quasi adfinitas quid? 161
- Aditio quid? 592. eius effectus. 596
- Adiunctio quid? 362
- Administratio tutoris quando impediatur? 206
- Adnotationes quid? 53
- Adoptare qui possint? 176. an etiam iuuenes, et qui liberos habent? 177
- Adoptari qui possint? 184
- Adoptio an sit modus patriam potestatem acquirendi? 144. eius effectus et diuisio in plenam et minus plenam. 180. plena an patriam potestatem soluat? 191. quid sit? 175. quomodo facta? 185. quotuplex? 178. stricte dicta quid? 183. vsus hodiernus. 187
- Adrogatio quid? 179. an in ea adrogandus auctor fieri debuerit? 180. eius effectus. 182. impuberum quomodo fiat? 181
- Aelia Sententia lex an duobus tantum capitibus constiterit? 115*. eius caput prius. 115. caput posterius. 120. mittendi licentiam duobus capitibus circumscriptis. 115. quando lata? 106
- Agere an sit Icti officium? 29
- Agnati qui? 220*. quando succedant? 761
- Agnationis iura quomodo tollantur? 222
- Agri acrifinii qui? 358*. limitati qui? *ibid.*
- Albi corrupti actio quid? 1168
- Alienandi ius an dominii effectus? 464
- Alieno iuri subiecti qui? 128
- Alluio an sit species naturalis accessionis? 355. cuius sit? 359
- Aluei mutatio an sit species naturalis accessionis? 355. cuius sit? 459
- Aquaeductus quid? 411
- Aquillia lex, ex ea actio quotuplex? 1094. actio directa. 1094. in factum. 1094. utilis. 1094. vsus hodiernus. 1095. an ex ea actio ob liberum hominem vulneratum competat? 1092 an ex ea lis inficiendo crescat? 1093. quot potissimum eius capita fuerint? 1095. caput primum quaenam damna vindicari? 1086. quomodo vindicari? 1087 caput secundum. 1088. caput tertium 1089. quaenam damna vindicari? 1090 quomodo ea damna vindicari? 1091
- As hereditarius in quot uncias diuisus? 541. de eo casus varii. 543
- Atilia lex quando lata? 241
- Auctoritas tutoris quid sit? 249 quomodo

R E R V M.

quomodo interponenda? 250
 quando ea opus? 251. unde
 dicatur? 258
 Aua an iure nouo tutelam legi-
 timi suscipiat? 221
 Authenticae an auctoritate pol-
 leant? 16. quid sint? 16

B.

Beneficium abstinenti quid? 589
 — competentiae quid? 1199.
 quibusnam competat ob be-
 neficium? 1202. ob cala-
 mitatem? 1203. ob mili-
 tiam, 1201. ob necessitatem?
 1200.
 — inuentarii quid? 599
 Beneficia quaenam heredi con-
 cessa? 589
 Bestiae quid? 1086. * ferae?
 345*. mansuetactae? 345*.
 mansuetae? 345*
 Bonorum possessio quid? 715.
 quando petenda? 726

C.

de **C**alumniatoribus actio in
 factum quid? 1169
 Capite censi qui? 223*. desti-
 tuti qui? 223*
 Capitis deminutione an tute-
 la finiatur? 259. an hodie
 in usu? 227. maxima. 226
 media 229. minima 228. quid
 sit? 224. quocumplex? 225.

Captiuus an heres esse possit? 537
 Caput quid? 223. liberum quid?
 203.* 223*
 Cassiani qui? 7*
 Casus quando praestetur? 785
 quid sit? 784
 Cauere an Ictus debeat? 29
 Causa liberalis quid? 1142
 quinam ex ea agat? 1143
 Causae iustae, ex quibus minor
 25 annis manumittat? 121
 Cautio damni infecti quid? 854
 de dolo? 856. legatorum ser-
 uandorum causa? 855. de
 persequendo seruo, qui in
 fuga est? 857. de pretio re-
 stituendo? 858. qualis exigi
 soleat? 1256. quocumplex sit?
 1255. rem pppilli saluam
 fore? 280. *sequ.*
 Cautiones an hodie in usu? 860.
 conuentionales quocumplex?
 860
 Charta deletitia quae? * 498*
ὀπισόγραφοι? *ibid.*
 Ciues qui non sint, an testen-
 tur? 514
 Clausula codicillaris quid? 685
 quid operetur? 686. quid
 hodie) 687
 Coactio an emtionem venditio-
 nem vitiet? 902
 Codex. Ita collectiones princi-
 palium constitutionum appel-
 latae. 5*
 — Iustinianus quando com-
 pilatus et editus? 5. quoniam
 601.

INDEX TERTIVS.

- constitutiones eidem infer-
tae? 5
- Codex repetitae praelectionis
quando editus et publicatus?
10
- Codicilli an sollemnitatem re-
quirant? 682. an testes re-
quirant? 684. circa eos quid
iuris? 679. eorum variae de-
nominaciones. 678.* iniure
nostro quid? 680. quoru-
plices? 681. veteribus quid?
677
- Coeci an possint testari? 518
- Cognati an iure nouo sint tuto-
res legitimi? 221. qui? 152.
220.* quando succedant?
761. quid si cognatio ex le-
gitimatione vel adoptione
orta? 67. 762
- Cognatio. Eius iura quomodo
tollantur? 222. ciuilis quid?
161. spiritalis quid? *ibid.*
- Colonus qui dicatur? 916*
partarius qui dicatur? 922
- Commodati actio contraria quid?
805. directa?, 804. quo-
tuplex 803
- Commodatum quid? 797. de eo
axiomata. 798. an merces in-
tercedere possit? 800. quae-
nam culpa praestanda? 801.
quamdiu re commodata et
quomodo vtendum? 799
- Commixtio quid? 370. quid
circa eam iustum? 371
- Communi diuidendo actio
quid? 983
- Compaternitas canonistis quid?
161*
- Compensatio quid? 1003. eius
effectus. 1005. eius requisi-
ta. 1004
- Conditiones quotuplices? 1147
earum natura. 1146
— causa data, causa non
sequuta? 992. ob turpem vel
iniustam causam? *ibid.* sine
causa? *ibid.*
— furtius quid? 1062. an
actionem furti tollat? 1064.
an hodie in vsu? 1066
— indebiti quid? 991. quo-
modo ab aliis conditionibus
differat? 992
— ex lege quid? 1055
- Conditio quid? 545. quotuplex?
ibid. casualis? 546. mixta?
ibid. potestatiua? *ibid.*
— impossibilis quotuplex?
547. de ea regulae. *ibid.*
— possibilis? 548. de ea re-
gulae. *ibid.*
- Conducti actio quid. 929
- Confessoriae actionis natura.
1137. directa quid? 1135.
utilis quid? *ibid.*
- Confirmatio tutoris an hodie in
vsu? 217. an et quando ea
sit opus, si tutor testamento
sit datus? 215. quomodo
fiat? 216
- Confraternitas canonistis quid?
161*
Confasio

- Confusio quid? 370. 1006. circa eum quid iustum? 371
 Coniuges quando sibi inuicem succedant? 764
 Consolidationis quinam effectus in seruitutibus? 396
 Constitutiones quid? 51. quotuplices? 52. 59. speciales quid? 52. *
 Consuetudo quid? 44. * 71. vide *ius non scriptum*. Eius vis et potestas. 62
 Contractus quid? 776. quotuplices? 770. consensuales quot sint? 897. quasi? 778. quo sensu reales dicantur? 790. reales quot sint? 791. verbales quot? 828
 — bilaterales an sint bonae fidei? 781. * quid sint? 781. quot actiones producant? 782
 — nominati qui? 779. quotuplices? 780
 — veri qui? 778. quotuplices? 779
 — unilaterales an sint stricti iuris? 781. * quid sint? 781. quot actiones producant? 782
 Conuentio quid? 773. quotuplex? 774
 Cornelia lex de falsis quodnam crimen coërceat? 1362. eius poena. 1363
 — de ficariis quaenam crimina coërceat? 1356
 Corporis iuris libri quinam sibi inuicem derogent? 15
- Correi quomodo hodie fiant? 844. an eis inuicem competat actio? 847
 Creditor an alienare pigraus queat? 467
 Crimen quid? vide *delictum*. suspecti quid? 301
 Culpa. Eius triplex fundamentum 786 quaenam in commo-dato praestanda? 801. quando praestetur? 788. quid sit? 784
 Culpa lata quid? 787. leuis quid? *ibid.* leuissima quid? *ibid.*
 Curatio an quodammodo ignominiosa? 270. datiuia quid sit? 273. legitima? *ibid.* quid sit? 266. quomodo finiatur? 275. quotuplex? 273
 Curator an iure nouo omnibus et inuitis detur? 272. a quibusnam detur? 274. qui hodie? 278. quomodo differat a tutore? 267

D.

- D**amnum quid? 784
 — iniuria datum quid? 1080. an damnum casu datum huc pertineat? 1083. an damnum illatum alteri ab eo, qui iure suo vitur? 1082. an damnum, quo non patrimonium, sed vita laeditur? 1084. an dolo datum? 1081
 Dd Datio

INDEX TERTIVS.

- Datio tutoris an mandari possit?** 243
- Decisiones L. quando editae?** 7.
an in Codicem repetitae praelectionis migrarint? 7
- Decreta quid?** 54
- Dedititiorum conditio quaeenam?** 109
- Defensor qui?** 1247. *
- Deficere pars quando dicatur?** 627
- Delegatio quid?** 1033. in quo differat ab aliis negotiis? 1017 eius effectus. 1016
- Delictum quid?** 1015. ex quo natae actiones quotuplices? 1037. earum natura. 1038.
— publicum quid? 1035
privatum quid? *ibid.* quali? 1034. verum? *ibid.*
- Depositi actio contraria quid?** 816. directa quid? 815
- Depositum an & cur infamet?** 809. quid sit? 806. quotuplex? 812. de eo axiomata. 807. de eo conclusiones. 808. *sequ.* miserabile. 812
- Dies cadere qui dicatur?** 931. * venire qui dicatur? *ibid.* eo veniente & conditione existente an tutela testamentaria finiatur? 261
- Dignitate an patria potestas solvatur?** 192
- Dissensus mutuus quid?** 1030. quando ei locus? 1031
- Divisionis beneficium quid?** 881 eius natura 682
- Dolus an cautionem venditionem vitiet?** 903. quando praestetur? 785. quid? 784. de dolo malo actio quid? 1152
- Dominium quid?** 335. modus id acquirendi an idem cum titulo? 339
— bonitarium seu naturale quid? 336. civile quodnam hodie dicatur? 337. minus plenum quid? *ibid.* naturale quodnam hodie dicatur? 336. * plenum seu directum quid? 337. Quiritarium seu legitimum? 336
- Dominus an possit agere cum iis, qui cum institore vel magistro navis contraxerunt?** 1213 an et hodie? 1214 1215
— quaeenam iura in servos habeat? 130. quaeenam hodie? 132
- Donare qui possit?** 457
- Donari cui possit?** 458. quaeenam res queant? 459
- Donatio an modus acquirendi civilis?** 454. an rescindi queat? 462. ex ea quaeenam detur actio? 461. quotuplex? 455. inter vivos quomodo differat a mortis causa donatione? 460. inter vivos vel non mortis causa quid? 456. mortis causa quid? *ibid.*
- Dos quid?** 465. de ea ex stipulari actio? 1189
- Duplicatio quid?** 1284

E.

E cclesiae an heredes esse possint? 538	an coactione vitietur? 902. an dolo? 903. an errore? 904. eius essentia. 899. in ea quatenus poenitentiae locus? 901
Edendo (Actio de) quid? 1148	quaenam inde obligatio? 910
Edicta quid? 55. an ius fecerint? 58. varia nomina acceperunt. <i>ibid.</i>	quando perfecta? 900. quotuplex ex ea actio? 912. huius actionis natura. 914
— magistratum quid? 64. an ius facere potuerint? 65. quotuplicia? <i>ibid.</i>	Epistolae quid? 53
Edictum perpetuum quid? 66. quotuplex? <i>ibid.</i> praetorium quid? <i>ibid.</i> provinciale quid? <i>ibid.</i>	Error an emtionem venditionem vitiet? 904
Emancipatio Anastasiana quid? 196. Iustiniana quid? 197. quotuplex sit? 194. vetus quid? 194. vsus hodiernus. 198	Exceptio quid? 1277. civilis quid? 1278. in personam quid? 1280. in rem quid? 1280. praetoria quid? 1278.
— an ad eam pater cogi possit? 198. an patriam potestatem soluat? 191	Exceptiones perpetuae et peremptoriae quid? 1279. quando opponendae? 1282
Emi vendi quid possit? 905 quid non possit? 906	— temporariae et dilatoriae quid? 1279. quando opponendae? 1282
Emphyteusis an hodie contractus consensualis? 930. eius natura. 932. eius origo. 931. quomodo expiret? 938	Excusatio quid? 288. an alleganda sit? 297. an ea tutela finiatur? 262. an et hodie in vsu? 299. quomodo alleganda? 298. quotuplex? 288
Emphyteuta quodnam ius in disponendo habeat? 935. quodnam ius in vindicando et alienando? 936	Excusationes necessariae. 295. <i>sequ.</i> voluntariae. 289. <i>sequ.</i>
Emphyteuticus contractus quid? 933. eius natura. 934. ex eo quaenam actio? 939. quotuplex ea actio sit? 940	Exercitoria actio quid? 1210
Emti actio quid? 913	Exercitor qui dicatur? 1209
Emtio venditio quid? 898	Exhereditatio an patriam potestatem soluat? 192. eius origo. 520. quid? 528. quomodo fieri debeat? <i>ibid.</i>
	Exhibendum (Actio ad) quid? 1148
	Expromissor qui? 1015

INDEX TERTIVS.

- Exsequutio sententiae cui competat? 1332
 Extranei an nobis adquirant? 482
- F.
- F**abia lex de plagiaris et eius poena. 1368.
- Factum. In factum contra eum, qui exemit, actio. 1168. in factum praescriptis verbis actio. 1164. qui promisit, an liberetur praestando id, quod interest? 836. ex aliis factis illicitis quot actiones dentur? 1168. 1169
- Falcidia lex quando lata? 648. quid cauerit? *ibid.* de ea axiomata. 650. huius legis causa. 649
- quarta. Quis eam detrahat? 651. quibus detrahatur? 653. quibus non? 654. quomodo computanda? 632.
- Faminae an olim tutelae subfuerint? 202
- Ferae quamdiu nostrae maneant? 347. ob eas iuxta viam habitas quaenam actio competat? 1240
- Feudorum libri a quo et quando Corpori iuris additi? 14
- Fide bona possidere qui dicantur? 377
- Fidei bonae actiones quid? 1185 earum origo et natura. 1183.
- quaenam sint. 1186. quomodo effectu differant ab actionibus stricti iuris? 1190
- Fideicommissa quid? 655. an ex iis olim heres obligatus fuerit? 662. expressa quid? 658. iis necessitatem iuris an Augustus addiderit? 663. quot personas requirant? 657. quotuplicia? 656. tacita. 658. vniuersalia. 656
- singularia quid? 673. an legatis exaequata? 674. an per omnia exaequata? 675
- Fideicommittere qui possint? 659. 660
- Fideicommitti qua forma debeat? 660. quomodo possit? 661
- Fideiubere qui possint? 875. qui non possint? 876
- Fideiussio. An et quaenam ex ea obligatio? 879. de ea axiomata. 874. quibus in negotiis locum habeat? 877
- Fideiussor qui? 973. an in duriorum causam possit obligari? 878. quaenam eorum beneficium? 890. quaenam obligatio? 284
- Fides bona an in usucapione requiratur? 442
- Filiae suae, naturales, et primi gradus an nominatim exheredandae? 522
- Filiisfamilias adoptiui an nominatim exheredandi? 525. an et quando possint matrimonium

nium inire? 150. an nobis adquirant? 472. an sint alieni iuris? 133. an testentur? 515. emancipati an nominatim exheredandi? 524. illegitimi an nominatim exheredandi? 525. vti de peculio castrensi testentur? 507	Furtum quid? 1040. eius re- quisita quatenus? 1041. an filius familias facere possit? 1045. an furiosus, infans, iupubes, pauper facere pos- sit? 1042. an rei propriae et nullius fiat? 1034. an fiat sine animo lucri faciendi? 1046. diurnum. 160 no- cturnum. 1060. possessionis. 1050. quot actiones produ- cat? 1061. quotuplex? 1047. 1051. 1060. rei quid sit? 1048. usus quid? 1049
Filii sui, naturales, et primi gradus an nominatim exhe- redandi? 51	— conceptam. 1054. actio 1058
Fiscus quando succedat? 765. quinam ei praeferrantur? 766	— manifestum. 1052. actio 1058
Flumen quomodo a filicidio differat? 404	— nec manifestum. 1053 actio. 1058
Foetura, an sit species natura- lis accessionis? 355. anima- lium cuius sit? 356	— non exhibitum. 1057 actio. 1058
Fratres et sorores an nomina- tim exheredandi? 327. et so- rores unilaterales quando suc- cedant? 760. germani eorum- que liberi quando iure novo succedant? 759. ob quas causas exheredes fiant? 531	— — oblatum. 1055. actio 1058
Fructuum perceptio, quid? 376 quosnam bonae fidei posses- sor lucretur? 377. quosnam b. f. possessor restituat? 378	— prohibitum. 1055. actio 1058
Funeraria actio quid? 1165	Fusca Caninia lex quando lata? 124. quid sanxerit? 125. quando abrogata? 126
Furiosi an curatores accipiant? 268. an testentur? 516	
Furti actio quid? 1063. an con- ditionem furtivam tollat? 1064. earum usus hodie- rnus. 1059. 1066	

G.

G entiles qui? 320*
G enus Ictis quid? 619
Gerere pro herede qui dicatur? 592
Gradus quid sit? 153

INDEX TERTIVS.

H.

I.

- H**abitandi ius quale? 430.
 quomodo finiatur? 437
 Habitatio quid? 429
 Hereditas. An eam per procuratorem & sub conditione possimus adire? 595. a quibusnam repudiari possit? 600. eam adire qui possint? 593. quomodo adeunda? 594. quomodo diuidenda? 542. quomodo duplex? 484
 Hereditatis aditio quid? 985
 — communio an sit quasi contractus? 980. quaenam culpa in ea praestanda? 984
 Heres quis 534. an peregrinus et captivus esse possit? 537. an servus esse possit? 536. eorum differentia. 586. necessarius quis? 587. quis esse possit? 535. esse an quis cogatur? 585. suus et necessarius? 588
 — fiduciarius an ad adeundam hereditatem cogi possit? 671. an cum fidei commissario actiones diuidat? 670. cur tam saepe hereditatem repudiarint? 664
 Heres voluntarius quis? 591. quot modis hereditatem adquirat? 592
 Homicida qua poena afficiatur? 1356. quis sit? *ibid.*
 Homo quid? 65. proprius, et eius conditio? 85
- I**mperium quid? 1318
 — merum quid? 1321
 cui competat? 1322
 — mixtum quid? 1321. cui competat 1321
 Impotentia an a tutela excuset? 293
 Impuberes an olim tutelae subfuerint? 202
 Inaedificatio cui adquirat? 363. aduersus inaedificantem quaenam actio competat? 366.
 Incapaces hereditatum simpliciter qui? 539. secundum quid? 540
 Incestus quid? 1352. quomodo puniatur? *ibid.*
 Inclusio cui adquirat? 363. aduersus includentem quaenam actio competat? 364
 Infamia qui notentur. 1315
 Infans qui. 247. * an agere possit. 248
 Infantia maior qui? 278. an sine tutore auctore agere possit? 248
 Ingenui quinam sint? 89. unde dicti? 88. de iis axiomata. 90. consecratoria de ingenuis natiuitate. 91. consecratoria de ingenuis ob iusiurandum vel rem iudicatam. 92
 Inhabitatio quid? 429
 Inimicitiae capitales cum pupilli patre an a tutela excusent? 294
 Iniuria

- Iniuria quid? 1096. quotuplex? 1097. 1098. quid supponat? 1099. atrox. 1098. realis. 1097. simplex 1098. verbalis. 1097
 Iniuriarum actio quotuplex? 1101. criminalis extraordinaria quae? 1103
 — ex lege Cornelia civilis quid? 1105. criminalis quid? 1106 quomodo a praestoriis differant? 1107
 — praetoria vel aestimatoria quid? 1102. an cum criminali cumulari possit? 1104
 — actiones an hodie in vñ? 1109. quomodo cessent? 1111
 — agere qui possit? 1100
 Inquilinus qui dicatur? 916. *
 Institor qui dicatur? 1209. an conveniri possit? 1212
 Institoria actio quid? 1211
 Institutio heredis quotuplex? 544
 Institutiones quando publicae et confirmatae? 9. quorum opera conscriptae? 8
 Insula cuius sit? 357. in flumine nata an sit species naturalis accessionis? 355
 Interdicta quid? 1287. eorum natura. 1307. quotuplicia? 1289. sequ. eorum in foro vsus. 1306. duplicia quid? 1305. ordinarium. 1308. petitorium. *ibid.* recuperandae possessionis. 1303. simplicia quid? 1305. summarium. 1308. unde vi. 1303. vii possessiditis. 1300. vtrubi. 1301
 Interdictum quorum bonorum quid? 1293. quomodo ab hereditatis petitione differat. 1294
 — Saluianum et quasi Saluianum. 1297. quomodo differat ab actione Seruiana et quasi Seruiana? 1298
 Interitus rei an modus tollendi obligationem? 1009. eius effectus 1010
 Interpretatio declarativa quid? 28. extensiva? *ibid.* restrictiva? *ibid.*
 Intextura cuius sit? 363. quaeenam aduersus intextentem actio? 364
 Inuentio quid? 350
 Inundatio cui adquirat? 359
 Iter quid? 408. eius spatium. 409
 Iudex an hodie a magistratu differat? 1327. quanam litem suam facere dicatur? 1113. quomodo a magistratu differat? 1327
 Iudicium publicum quomodo a priuato differat? 1235
 Iulia lex de adulteriis in quonam animaduertat? 1347. de ambitu? 1369. de annonae. *ibid.* de residuis? *ibid.* repetundarum? *ibid.*

INDEX TERTIVS.

L.

- L**atini qui? 107. ex lege Iunia Norbana quanam facti? *ibid.* eorum conditio. 109
- Legari an ius accrescendi possit? 625. an legatum d. biti? 616. an liberatio? *ibid.* annomen? 616. an optio et electio? 622. an praelegatum dotis? 618. an res alienae? 612. an res alienatae? 615. an res futurae? 611. an res incorporales? 616. an res oppignorate? 614. an species, quantitas, et genus? 619. a quibus possit? 609. quanam res possint? 610. quotupliciter possit? 630
- Legata quid? 602. de iis axiomata. 606. captatoria an possint relinqui? 638 in diem et ex die. 632. indignis erepta. 147. poenae nomine. 630. pro non scriptis habita. 647. pura. 631. quando factis adimantur? 642. quando ope exceptionis? *ibid.* quando verbis? *ibid.* quibus actionibus petantur? 639. quomodo differant a fideicommissis? 602. quomodo extinguantur? 646. quoties transferantur? 644. quotuplicia sint? 603. quotupliciter adimantur? 641. relinquere quis possit? 607. relinqui quibus possint? 608. si transferantur, quot opus sit testibus? 645. speciei, et quid circa ea iuris? 620 sub causa. 635. sub conditione. 633. sub demonstratione. 634
- generis. Circa ea quid iuris? 621. et quantitatis quid commune habeant? 623
- quanam inter ea iure veteri differentia? 604. an ea sublata? 605
- sub modo? 636. quid circa ea iuris? 620
- Legatarii coniuncti qui et quotupliciter? 628. re tantum. *ibid.* verbis tantum. *ibid.*
- Legatarius si rem legatam habeat, quid tunc iuris? 613
- Leges quo interpretandae? 27
- Legis actiones quid? 69
- Legitima quid? 527
- Legitimatio quid? 166. quando introducta? 165. per eurisdationem quid? 170. per rescriptum principis quid? 171. per subsequens matrimonium quid? 169. quanam hodie in usu? 173
- Legitimatorum iura? 172
- Leguleius qui? 272
- Lenocinium quid? 1355. quomodo puniatur? *ibid.*
- Lex Romanis quid fuerit? 46. quid hodie? 73
- regia quid? 50*. quando abrogata? 122

Liberi

- Liberi adoptiui quando succedant? 749. an hodie ueniri dari possint? 141. an noxae dari possint? 143. an per eos hodie nobis acquiratur? 42. eorum nomine qui veniant? 212*. ex diuersis matrimonijs nati quomodo iure nouo succedant? 747. legitimati quando succedant? 748. ob quas causas exheredes fiant? 529. quinam iure nouiori nominati exheredandi? 526. respectu patris an fuerint res? 135. — illegitimi, quando succedant? 750. quinam his succedant? 757. — legitimi quando succedant? 745. quando in capita et quando in stirpes? 746. Libertas quid? 79. an actione Paulliana reuocari potuerit? 116. Libertini quinam? 93. eorum status quotuplex? 108. an olim vna eorum omnium conditio fuerit? 105. iis quando ingenuitas concessa? 110. Linea quid? 153. — obliqua quid? 143. aequalis et inaequalis? 155. quaenam nuptiae in ea prohibita? 159. quaenam regula utriusque iuris in ea obseruanda? 155. — recta quid? 153. quaenam regula in ea obseruanda? 154. Litis dominium quid? 1247. Locare conducere qui possint? 920. Locati actio quid? 927. Locatio conductio quid? 916. quotuplex? 917. eius essentialia quaenam? 918. in quibus rebus et operibus locum habeat? 921. operarum, 917. operis, *ibid.* quaenam ex ea obligatio? 924. quaenam inde actiones? 927. quando perfecta? 918. quomodo differat ab emtione venditione? 925. quotuplex? 926. rerum, 917.
- M.
- M**acedoniani Scitorigo, 1223. de eo axiomata, 1224. confectaria, 1225. *sequ.* Maeniana quid? 103*. Magister nauis an conueniri possit? 1212. quid dicatur? 1209. Magistratus an a tutela excludatur? 292. an hodie differant a iudicibus? 1327. an hodie ipsi iudicent? 1328. quando possit in subsidium a pupillo conueniri? 285. quomodo ferre sententiam debeat? 1330. quotuplex eorum officium? 1329. Maiestatis crimen quid? 1341. quomodo punitur? 1344. quomodo hodie puniatur? 1345.

INDEX TERTIVS.

- Mandata quid?** 55
- Mandatarii quaenam obligatio?** 910
- Mandati actio quotuplex?** 962.
contraria. 964. *directa.* 963
- Mandatum quid?** 953. *eius natura?* 957. *quomodo differat ab aliis negotiis adfinibus?* 954. *quomodo finiatur?* 961. *quotuplex?* 955. *seqq.*
 — *condicionale quid?* 957. *dilatatum in diem.* *ibid.* *expressum.* 955. *extraiudiciale.* 957. *generale.* 956. *in rem alienam.* 958. *in rem suam.* *ibid.* *iudiciale.* 957. *purum.* *ibid.* *speciale.* 956. *tacitum.* 955
- Manumissio quid?** 94. *in SS. ecclesiis.* 98. *inter amicos.* 102. *per censum lustralem.* 97. *per conuiuium.* 103. *per nominationem filii.* 104
 — *per epistolam?* 101. *an hodie in vsu.* 113
 — *per testamentum?* 99. *quotuplex?* *ibid.*
 — *per vindictam?* 100. *quo ritu perfecta?* 100*
- Manumittendi licentia valde restricta?** 114 *modi minus sollemnes?* 69. *modi sollemnes?* 95
- Manumittere in fraudem creditorum quid?** 117. *an liceat?* 116
- Maritus an possit alienare fundum dotalem?** 465
- Mater an iure nouo tutelam legitime suscipiat?** 221
- Mensor. Contra eum actio in factum quid?** 1169
- Merces in locatione conductio-
 ne quid?** 922. *qualis esse debeat?* 923
- Merus causa (Actio quod) quid?** 1151
- Milites an soluti sollemnitati-
 bustestamenti externis?** 503
an et internis? 504. *quando hoc privilegio gaudeant?* 606. *quinam hoc privilegio gaudeant?* 505. *vsus hodiernus.* 508
- Minores quando curatores ac-
 ceperint?** 271
- Modi acquirendi dominium quid?** 339. *quotuplices?* 340
 — — *ciuiles quid et quota-
 plices?* 435. *singulares quid?* 435 *quotuplices?* 437. *uni-
 uersales quid?* 435. *quotu-
 plices?* 436
 — — *iuris naturalis deriva-
 tiui?* 341. *originarii.* *ibid.*
 — *ipso iure soluendi obliga-
 tionem quotuplices?* 996 *de
 his axioma.* 997
 — *quibus testamenta infir-
 mantur, quotuplices.* 568
 — *quinam quibusdam contra-
 ctibus proprii?* 1020. *eorum
 fundamentum.* 1021
- Mohatra quid?** 1227*
- Morte ciuili an patria potestas
 soluatur?**

R E R V M.

- soluatur? 191. an et naturali?
ibid.
 — an finiatur tutela? 258
Muti an possint testamenta facere? 517
Mutuum quid? 792. de eo axiomata. 793. ex eo quaenam nascatur actio? 796. quaenam inde obligatio? 795. qui dere possit? 794
- N.**
Negatoria actio ex libertate naturali quid? 1136. eius natura. 1137
Negotiorum gestio quid? 969. quoruplex ex ea actio? 972. contraria actio quid? 974. directa quid? 973
Negotiorum gestor quomodo differat a mandatorio, procuratore et defensore? 969. eius obligatio. 970
Novatio quid? 1011. in quibus contractibus locum habeat? 1012. quoruplex? 1013. sine delegatione quando fiat? 1014
 — necessaria quid? 1013. eius effectus? 1019
 — voluntaria quid? 1013. eius effectus? 1018
Novellae constitutiones a quo editae et collectae? 11. 12 qua lingua conscriptae? 11
Noxa an sequatur caput? 1231 quid sit? 1219
Noxalis actio quid? 1219. eius natura. 1230. an ob delicta filiorum familias detur? 1233 an hodie in usu? 1234. quomodo ea agatur. 1232
Noxia quid? 1229
Numerus liberorum an a tutela excuset? 289
Nuptiae quid canonistis? 146. iure naturae? *ibid.* Protestantibus? *ibid.*
Nuptiae an in linea recta inter ascendentes et descendentes prohibita? 158. fiunt consensu accedente hierologia. 148. incestae quae? 152. indecorae an prohibita? 162. iniustae quomodo puniantur? 164. noxiae an prohibita? 163 quoto gradu in adfinitate permittae? 163
- O.**
Oblatio quid? 1007. eius effectus. 1008
Obligatio quid? 768. an ordinarie inter duos promittentes et stipulantes diuisa? 839. quando non diuisa? 840. mere civilis. 769. mere mixta. *ibid.* mere naturalis. *ibid.* mixta civilis. 770. mixta praetoria. *ibid.* quaenam eius, cuius negotia geruntur? 971. quaenam ex emtione venditione, 970. quaenam ex locatione conductione? 924. quot modis tollatur? 995
 con.

INDEX TERTIVS.

- consensus: unde ita dicta? 895. earum natura 896
- litterarum ad quos contractus pertineat? 891. an ad epochas? 892. an ad dotem cautam, non numeratam? 893. de ea axiomata. 889. de ea conclusiones. 890. 891. quaenam inde actio? 894. quid sit? 888. unde dicta? 887
- Occupatio quid? 342. de ea axiomata. 343. eius species. 344. vsus hodiernus. 353
- bellica quid? 348. eius fundamentum. *ibid.*
- Officium iudicis mercenarium quid? 1309 nobile quid? *ibid.*
- Operae feruorum quid? 452
- Ordinis beneficium quid? 883. eius natura. 884.
- Orphitianum Sacrum? 699
- P.
- P**actio quid 773. quotuplex? 774
- Pactum quid? 775. quotuplex? 777. adiectum quid? *ibid.* legitimum, non nudum, nudum, praetorium quid? *ibid.*
- Palinodia. Actio ad eam quid? 1109. eius natura. 1110
- Pandectae quando compilatae? 6
- Parentelae respectus quid? 157
- Parentes an nominatim exheredandi? 527. ob quas causas exheredes fiant? 530
- Partibus quot allegationes permissae? 1285
- Partus. De eo agnoscendo actio quid? 1144
- Paternitas quid? 161*
- Patrimonium vniuersitatis quid? 327
- Patroni quis? III. 230. an ad tutelam legitimam vocati? 232. an et hodie sint? 113. an libertis successerint? 231. eorum iura. 112
- Paulliana actio an sit personalis? 1141. quid sit? 1154
- Pauperes an heredes esse possint? 538
- Pauperies quid? 1235 de ea actio quando locum habeat? 1236. eius natura. 1237. vsus hodiernus. 1241
- Pecudes quid? 1086*
- Peculium quid et quotuplex? 478 de eo actio quid? 1219 an hodie in vsu? 1220
- aduentitium quid? 477. quodnam ius filio competat in extraordinario? 481. quodnam in ordinario? 480
- castrense quid? 474 quodnam ius in eo filio competat? 478
- profectitium quid? 476 filii ius? 479

quasi

- quasi castrense quid? 475
 filii ius? 479
 Pecunia ICris quid? 311. 312.
 de constituta pecunia actio
 quid? 1158
 Pegafiani quinquam dicti? 7*
 Pegafianum SCtum cum Tre-
 belliano in vnum conflatum.
 668. quando latum? 666.
 quando locum habuerit? 667
 quid eo cautum? 666
 Perduellio quid? 1340. eius
 singularis. 1341. quomodo
 puniatur? 1343
 Peregrinus an heres esse possit?
 537
 Periculum rei venditae ad quem
 transeat? 911
 Persecutio criminalis an heredi-
 bus et aduersus heredes de-
 tur? 1273. an hodie in vsu?
 1066. quamdiu duret? 1272.
 quid sit? 1065
 Persona quid? 75. de iis, per
 quas nobis acquiritur, axio-
 ma. 993. de iis conclusio-
 nes. 994. incerta an heres
 esse possit? 538
 Petitio hereditatis quid? 1133.
 quamdiu duret? 1268
 Pictura an tabulae cedat? 365
 Pignorationis priuatae origo et
 indoles. 1242
 Pignoratitia actio contraria
 quid? 826. directa quid?
 825
 Pignus an a creditore alienari
 queat? 467, de eo axioma-
 ta. 820. de eo conclusiones.
 821. *seqq.* ex eo quot actio-
 nes dentur? 1138. quatenus
 sit contractus? 879. quate-
 nus sit ius in re? 818
 Plantatio an sit species accetfio-
 nis mixtae? 372. circa eam
 quid iustum? 374. de ea a-
 xiomata. 373. vltus hodiernus.
 375
 Plebiscitum quid? 47
 Poenae capitales quid? 1337*
 non capitales quid? *ibid.* qui-
 nam in poenam intestabiles.
 519. temere litigantium quid?
 1309
 Poenitentiae quatenus in emuo-
 ne venditione sit locus? 901
 Polygamia simultanea an licita?
 149
 Pompeia lex de parricidiis quae-
 nam homicidia vindicet?
 1359. eius poena? 1360.
 poena hodierna 1361
 Portio legitima quibus debeat-
 tur? 527
 Positio Stoicis quid? 30*
 Possessio quid? 776. 1288. ciui-
 lis quid? *ibid.* continua an
 ad vsucapionem requiratur?
 446. naturalis quid sit? 776.
 1288
 Possidentes cur beati in iure di-
 cantur? 1286
 Postliminii ius quid? 349
 Postumi an nominatim exhere-
 dandi? 523
 Postu

INDEX TERTIVS.

- Postumi Aquiliani qui? 523*
 Corneliani, Saluiani, Velleiani qui? *ibid.*
 Potestas quid? 203*
 — patria an sit propria civium Romanorum? 134.
 an eadem, quae dominica? 137. eius effectus. 138. 139.
 quibus modis adquiratur? 144. quid sit? 136. quomodo seluatur, axioma. 190.
 quae Iustinianus ea liberavit? 193
 Praejudiciales actiones quid? 1142
 Praescriptio quid? 438. centum annorum quando locum habeat? 452
 — immemorialis quid? 453.
 quando praescribat? *ibid.*
 — longissimi temporis quid? 435. quotuplex? 449
 — quadraginta annorum? 450
 — triginta annorum? *ibid.*
 Pretium in emtione venditione quale? 907. eius natura. 908. ejus requisita. 909
 Priuilegia quid? 60. fauorabilia quid? 61. personalia quid? 62. quis concedat. 63. realia quid? 62
 — odiosa quid? 61. an legibus 12. tabb. vetita? 61*
 Proculiani qui? 7*
 Procuratores actoris quomodo caueant? 1260. an et hodie adhibeantur? 1253, a quibus constituentur? 1249. esse qui possint? 1250. in quibus causis esse possint? 1251. quando cessent? 1252. qui dicantur? 1248. quomodo olim admitti potuerint? 1246. rei quomodo caueant? 1259
 Prodigii an curatores accipiant? 269. an testentur? 516
 Professiones quaenam a tutela excusent? 292
 Promittere pro alio an possimus? 868
 Puberes an matrimonium contrahere possint? 149
 Publicanus qui dicatur? 916*
 Publiciana (Actio praetoria) quid? 1131. utilis quid? *ibid.*
 Pulsare quid? 1105*
 Pupilius an possit alienare? 466.
 an sine tutoris auctoritate alios sibi obliget? 252. an sine tutoris auctoritate hereditatem recte adeat? 253. an sine tutoris auctoritate obligetur? 252
- Q.
- Quadrupedes quid? 1086*.
 si agrum depascendo nocuerint, quaenam actio competat? 1239. si quis instigaverit. quaenam actio aduersus instigantem competat? 1239
 Quanti minoris actio quid? 913*
 Quarta Trebellianica cui hodie detra-

- detrahatur? 669. quando ces-
set? 672
- Quasi contractus. Ex iis quando
agatur? 1121. fundamentum
967. quid? 966. quot sint?
968
- Quasi delictum. Quando ex eo
agatur? 1122. quid sit? 1112
vltus doctrinae hodiernus.
1124
- I. iudicis litem suam facien-
tis 1113
- II. ob effusa vel deiecta.
1114. quanam inde actio?
1115. quanam huius actio-
nis natura? 1116
- III. ob suspensam vel posi-
tum. 1117. actio quanam
inde? 1118. an actio inde na-
ta aduersus patrem detur, si
filius seorsum a patre habitans
criminis alicuius reus factus
sit? 1119
- IIII. nauarum, caupo-
num, stabulariorum, quorum
familia peccauit. 1120
- V. ob misericordiam intem-
pestiuam. 1123
- VI. ob conuenientiam
1173
- Querela inofficiosi a quibus in-
stituatur? 583. eius occasio.
579. eius origo. 580. quam-
diu duret? 1268. quando ces-
set, et quis eius effectus? 584.
quid sit? 581. 1134
- Quod metus causa (Actio)
quamdiu duret? 1269
- R.
- Abula qui? 29
- Rapina quid? 1071. for-
ma eius an in dolo consistat?
1075. quanam actio inde
nata? 1076. quomodo a furto
differat? 1072
- Ratio. De rationibus distrahen-
dis actio quando competat?
263
- Receptitia actio quid? 1158*.
an adhuc in vsu? *ibid.*
- Reconductio tacita quid? 925
- Redemptor qui dicitur? 616*
- Redhibitoria actio quid? 613.
- Reficere quinam teneatur? 397
- Rei qui dicantur? 841. quando
caueant? 1261. quomodo ca-
ueant? 1257
- Rei promittendi qui? 842. quae-
nam eorum obligatio. 845
- stipulandi qui? 843. eo-
rum iura 846
- Relegatione an patria potestas
soluatur? 192
- Relocatio tacita quid? 926
- Remedium ex *leg. fin. C. de
edict. diu. Hadr. toll.* quid?
1295
- Remotione an tutela finiatur?
262
- Replicatio quid? 1283
- Res lictis quid? 311. 312. ca-
paces an vsucapi queant?
444. ecclesiasticae quid. 321.
fungi-

INDEX TERTIVS.

- fungibiles? 792. humani iuris quid et quotuplices? 324. mancipi? 330*. nec mancipi? *ibid.* nullius. 342. priuatae, vid. *singularum*, pro delictis habitaee an inuentione adquirantur 352. *singularum*. 329 vniuersitatis. 325. vlticapi quaenam possint? 446
- commodata si casu perierit, cuiusnam pereat? 802. ea quamdiu et quomodo vtendum. 799
- communes quid? 325. vt diuidantur, quaenam actio competat? 952
- corporales quid? 386. immobiles. 389. mobiles. *ibid.*
- diuini iuris quid et quotuplices? 313. vsus huius doctrinae hodiernus. 323
- incorporales quid? 386. an in quantitibus et qualitibus consistant? 387. earumdem indoles. 388
- Res publicae quid? 325. cuius iuris sint hodie? 328
- religiosae? 316. quid canonicis? 222. quodnam ius circa eas obtineat? 317
- sacrae? 314. quid iuris circa eas? 315
- sanctae. 318. an fiant per consecrationem. 320. quodnam ius circa eas obtineat. 319
- Rei fiscalis administratio an a tutela excuset? 290
- persequutoriae actiones quid? 1172
- vindicatio quid? 1130. quando expiret? 1265
- Rem (In) actiones quot sint? 1128. earum natura. 1129. quamdiu durent? 1265
- (In) versus quid dicatur? 1221. de eo actio quid? 1222.
- Rerum amotarum actio quid? 1044.
- communio an sit quasi contractus? 980. quaenam culpa in ea praestetur? 984. quaenam inde actio? 981
- Rescissoria actio quid? 1132
- Rescripta quid? 53. an ius fecerint? 56
- Respondere de iure an ad Icti officium pertineat? 29
- Responfa prudentum quid? 67. iis varia iura inuecta 68
- Restitutiones in integrum quid? 1150. an minoribus et absentibus datae? 1152
- Retorsio iniuriarum extraiudicialis quid? 1108
- Romani an fuerint ambitiosi in manumittendis seruis? 123
- S.
- Sabiniani qui dicantur? 7*
- Sanctiones pragmaticae quid? 53
- Satio an sit species accessionis mixtae?

R E R V M.

- mixtae? 372. circa eam quid
 instum? 374 de ea axiomata.
 373 vsus hodiernus. 375
- Satisficere quinam cogantur? 282.
 quinam non? 281. quinam
 magistratus satisficere iubeant?
 283
- Satisficere quid? 279 quotuplex?
ibid. vsus hodiernus 286
- Scriptura an chartae cedat? 363.
 quaenam actio aduersus eam
 retinentem detur? 367
- Sectae a quibusdam Ictis origi-
 nem traxerint? 7*
- Sectio veteribus quid? 735
- Senatus consulta quid? 49 eo-
 rum origo. 48. quamdiu du-
 rarint? 50
- Separatio liberorum secundum
 ius Lubecense quid? 200
- Sequester quid? 813 quae-
 nam ex eo actio? 817
- Seruiana actio quid? 1139.
 quasi Serviana vel hereditaria
 quid? 1140
- Seruitus quid? 79 292. an ho-
 die abolita? 85 an in ea con-
 solidationi locus? 396. an pro
 parte constitui possit? 398 cur
 contra naturam? 80 quomo-
 do ab usufructu differat? 433.
 quomodo constituitur? 396.
 quomodo finitur? 413. quo-
 tuplex? 392
- affirmatiua? 395*. altius
 non tollendi 405. altius
 tollendi. *ibid.* aquae haustus
 411. arenae fodiendae. *ibid.*
 calcis coquendae. *ibid.* cre-
 tae eximendae. *ibid.* ius pa-
 scendi. *ibid.* luminum. 406.
 negatiua. 408. ne luminibus
 officietur. 406. pecoris ad a-
 quam appulsus. 411. perso-
 nalis. 4 4 proiciendi. 403.
 prospectus 407. protegendi.
 403 realis. 393. rustica.
 394 stillicidii vel fluminis
 recipiendi. 404. non reci-
 piendi. *ibid.*
- oneris ferendi quid? 400.
 an anomala? 401
- urbana quid? 394. quo-
 tuplex? 399
- Seruus an et quatenus stipule-
 tur? 848. an ex ancilla nasci-
 tur? 81. an factum stipulan-
 do domino adquirat? 850. an
 fiat iure civili? 83. an et iu-
 re gentium? 82. an fuerit
 olim in dominio Quiritario?
 129 an heres esse possit? 536.
 an hodie domino adquirat?
 851. an nuptias facere pos-
 sit? 150. an per eos nobis ad-
 quiratur? 470. an per usu-
 fructuarios nobis adquiratur?
 471 an sit persona? 77. an
 stipulando adquirat domino?
 849 de eo corrupto actio in
 factum quid? 1169 eorum
 operae quid? 432. eum he-
 redem necessarium instituens
 an in fraudem creditorum me-
 num?

INDEX TERTIVS.

- numittat? 119. in Germania
 an nascatur et fiat? 86
 Societas quibus modis solvatur?
 949. 950. quid sit? 942. quo-
 modo perficiatur? 943. quo-
 tplex sit? 944
 — generalis quid? 944. in-
 aequalis an subsistat? 945.
 leonina an subsistat? 946. sin-
 gularis quid? 944. vniuer-
 salis quid? *ibid.*
 Sociorum obligatio quaenam?
 947. quomodo lucrum et da-
 num diuidant? 948. quo-
 tplex actio pro socio detur?
 951
 Soluendo esse qui se putat, an
 in fraudem creditorum ma-
 numittat? 118
 Soluere quis possit? 999. quis
 et cui non possit? 1000. quo-
 modo debeamus? 1001
 Solutio quid? 998 eius effe-
 ctus 1002
 — indebiti quid? 987. eius
 fundamentum. 988
 Solutum indebite quando repe-
 ti possit? 989 990
 Sortilegi qua poena afficiantur?
 1358. qui sint? *ibid.*
 Species Ictis quid? 619
 Specificatio quid sit? 368. quid
 circa eam iustum? 369
 Sponsalia quid? *vid. tit. de nu-*
ptiis.
 Statu liber qui? 84
 Status quid? 76. quotplex?
ibid.
 Stillicidium quomodo a flumi-
 ne differat? 404
 Stipulari an alter alteri possit?
 865. quando alter alteri pos-
 sit? 866
 Stipulatio quid? 819 quotplex?
 830 831. 852. an ei inter ab-
 sentes locus? 871. communis
 quid? 853 conventionalis
 quid? *ibid.* de ea axiomata.
 832. 833. ex ea actio certi
 quid? 834. 835. ex ea actio
 incerti quid? *ibid.* iudicialis
 quid? 853. poena conventio-
 nalis cur addita? 437. prae-
 toria quid? 853. vltus hodie-
 nus. 838
 Stipulationes quot modis inuti-
 les? 862. an ob vnitatem per-
 sonarum inutiles? 864 an ra-
 tione personarum inhabilium
 inutiles? 863. quando nam ra-
 tione formae externae inuti-
 les? 870. quando ratione for-
 mae internae? 869. quando
 ratione materiae vel obiecti
 inutiles? 867
 Stoici an brutis rationem tri-
 buerint? 364
 Stuprum quid? 1353. quomo-
 do puniatur? 1354
 Subnotationes quid? 53
 Substitutio quid? 551. directa.
 552 fideicommissaria. *ibid.*
 militaris. 567. origo & causae
 550
 — exemplaris quid? 564
 an eadem cum pupillari et
 iusti-

- Iustinianae? *ibid.* eius fundamentum 565. quomodo fiat? 566
- — pupillaris? 559. a quibusnam pupillariter quibusue substituatur? 561. de ea axiomata. 560 quamdiu dureret? 562. quomodo fiat et quonam effectu? 563
- — vulgus? 554. quis eius effectus? 557. quo casu locum habeat? 555. quomodo fiat? 556 quotuplex sit? 553. 556
- Succedere in capita quid? 746. in stirpes quid? *ibid.*
- Successionis novae ordines 742
- — ascendentes quando succedant? 751. quomodo succedant? 754 liberis illegitimis an mater soli succedat? 757. parentes adoptatorum et arrogatorum an et quando succedant? 757. proximi an vni cum germanis eorumque liberis succedant? 753 quomodo germani eorumque liberi concurrant? 755
- — collaterales an et quando succedant? 758. cognati vel agnati proximi quando et quomodo succedant? 761. cognati per adoptionem vel arrogationem quando et quomodo succedant? 762. fratres sororesque unilaterales, eorumque liberi, quando succedant? 760. germani germanorumque liberi quando succedant? 759. legitimati an et quando succedant? 759
- — coniuges an et quando olim successerint? 763 quando iure nouo succedant. 764
- — descendentes quando succedant? 749 an legitimi omnes liberi succedant? 745. quando in capita, et quando in stirpes succedant? 745. illegitimi an et quando succedant? 750. legitimati per rescriptam principis, vt et per subsequens matrimonium an et quomodo succedant? 748. liberi ex diuersis matrimoniis nati, quando et quomodo succedant? 747
- — filius quando succedat? 765. quoniam illi praeferantur? 766
- Suggrundia quid? 403*
- Sui iuris quoniam? 128
- Suitatis effectus quis? 590
- Surdi an testentur? 517
- Suspecti quoniam postulentur? 305. suspectos accusare quoniam possint? 304
- Suspecti crimen quid? 302. cur quasi publicum dicatur? 307. quomodo in eo procedatur. 306
- Suspendil poena an tollat rei persecutionem? 372. an ex

INDEX TERTIVS.

- Constitutione criminali Carolina et moribus sit? 1068. quando mitigetur? 1069. vndenam descendat? 1067
- T.**
- T**abulam retinens qua actione conueniri possit? 357
 Tempus lege definitum quodnam ad usucapionem requiratur? 445
 Tertullianum SC. quando latum quidue eo cautum? 696
 Testamentum quid? 490. actio personalis ex testamento quid? 986 actis insinuatum quid? 411. ad pias causas? *ibid.* an fieri debeat sollempniter? 492 an mutet successionem legitimam? 485 cur olim factum in comitiis? 486 destitutum quid? 577. facere qui possint? 412 holographum? 496 inofficiosum? 581. militare? 502. minus sollempne vel priuilegium? 502 parentum inter liberos solos? 509 praetorium? 489. principi oblatum? 411. quot modis infirmetur? 568. ruri factum quid? 411. scriptum? 491. sollempnitas testamenti interna quid? 493. tempore pestis conditum? 410. usus doctrinae hodiernus? 500
 Testamentum iniustum quid? 570. an corruat? 571
- — in procinctu conditum quid? 502. quando ab usu recesserit? 502*
 — — irritum quid? 575. quatenus corruat? 576
 — — nullum quid? 569 an corruat? 571
 — — nuncupatum quid? 491 quid in eo requiratur? 499
 — — per aes et libram cur olim factum? 487. quonam ritu? 488
 — — ruptum per agnationem postumi. 572. per testamentum posterius. 573 testamentum posterius quatenus corruat. 574
 Testatoris subscriptio an necessaria? 496
 Testes septem an in testamento necessarii? 495. eorum subscriptio an necessaria? 498
 Theophilus quandonam vixerit? 8*
 Thesaurus inuentus cuiam cedat? 351
 Titulus acquirendi dominium quid? 339*. iusto titulo possidere qui dicatur? 376. iustus an in usucapione requiratur? 442
 Traditio quid? 380. a quonam recte fiat? 383. breui manu facta quid? 382. de traditione axiomata. 381. longa manu facta quid? 392. quando transferat dominium? 384. quo-

- quomodo fiat? 382. quotu-
 plex sit? *ibid.* sine ea an et
 in quasnam res dominium
 consequamur? 1333. symbo-
 lica quid? 382
 Trebellianum SC. an cum Pe-
 gasiano in vnum conflatum?
 668 quando eo opus fue. it?
 667. quando latum? 665*
 quid cauerit? 665
 Tribuere quid? 1216
 Tributoria actio quid? 1217
 an et hodie in vsu? 1218
 Tutela quotuplex? 209. ab ea
 quaenam caussae excusent?
 287. actio tutelae quando
 competat? 263. an existente
 conditione finiatur? 261. an
 hereditati comparata? 208.
 an sit munus publicum? 204.
 fiduciaria Iustiniano quid?
 239. finita quaenam actiones
 competant? 263. pupillaris
 quid? 203. quinam olim
 tutelae subfuerint? 202. quo-
 modo finiatur? 257. vsus
 hodiernus. 264
 — dativa quid? 239. de eius
 indole axiomata. 240. eius
 origo vnde? 241. quando ei
 locus? 244
 — ex ea descendens actio quo-
 tuplex? 976. actio tutelae con-
 traria quid? 979. directa.
 977. utilis. 979
 — legitimae fundamentum
 et diuisio. 219. quandonam
 ei locus? 218. quinam ad
 eam vocentur? 220
 — parentum cur patri, ac
 non potius filii emtori defe-
 ratur? 235. eius fundamen-
 tum, *ibid.* quid sit? 233.
 vsus hodiernus. 236
 — testamentariae fundamen-
 tum 211. eiusdem ratio 210.
 quandonam ei locus? 214
 Tutor an cogatur curator fieri?
 296. an cum pupillo contra-
 here vel litigare possit? 225.
 an et hodie accusari possit?
 309 an etiam res pupilli ad-
 ministret? 207*. an et quan-
 do extra ordinem puniatur?
 307. an excusationes allegare
 teneatur? 297. an in rem
 suam auctor fieri possit? 254.
 a quibusnam dari possit? 242.
 a quibus hodie detur? 246.
 cui teneatur satis dare? 280.
 eius accusatio quando expi-
 ret? 308. eius administratio
 quando impediatur? 206.
 eius datio an mandari possit?
 243. eius vis ac potestas qua-
 lis? 203. 247. quando alie-
 net? 468. quibus detur? 207.
 quibus testamento detur? 212.
 quis esse possit? 205. quomo-
 modo dari possit? 245. quomo-
 do et quinam testamento da-
 ri possit? 1213. suspectus
 qui? 301. vsus doctrinae ho-
 diernus. 256

INDEX TERTIVS RERVM.

V.	Vnio prolium in Germania quid? 188
Venatio quid? 345. circa eam quid iustum? 346	Vnitas contextus an in testamento necessaria? 494
Venditi actio quid? 915	Vniuersitatis patrimonium quid 327
Veneficium quid? 1357. quomodo puniatur? 1358	Vsucapere qui possit, et quo effectu? 441
Veneris monstrosae et nefandae crimen quomodo puniatur? 1351	Vsucapio quid sit? 438. eius fundamentum. 439. eius requisita. 442. sequi. quomodo interrumpatur? 447
Verberare quid? 1105*	Vsfructuarius an de re libere disponat? 418. quatenus onera subeat? 420
Verborum obligatio quid? 827	Vsus et abusus quid? 426. de iis axiomata. 427. quomodo differant? 415. quomodo vrendum? 328
Via quid? 498. spatium eius quale? 409	Vsus fructus an consolidatione, interitu, et non vii extinguatur? 423. an morte naturali et civili? 422. an soluto iure constituentis et lapsu temporis? 424. quid sit? 416. quid hodie? 434. quomodo constituatur? 421
Vi bonorum raptorum Actio an locum habeat in rebus immobilibus? 1075. an in rebus propriis alteri ereptis? 1074. an quandoque criminalis fuerit? 1078 quid sit? 1076. quadruplum, an vero solam poenam contineat? 1077. vsus hodiernus. 1079	— quasi vsufructus quid? 419.
— — priuata quid? 1364 publica? <i>ibid.</i>	
Vis quid sit? 203*. fluminis an sit species naturalis accessionis? 355. cuius sit? 358.	

FINIS.



Rescriptum de beneficiis locum habet
a. in donatione iuris iuris & 460 25.

